ARCHIWUM UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO

ZESPÓŁ:

Rękopisy XV–XVIII w.

SYGNATURA:

Rkps 2 – Liber Conclusionum Universitatis Cracoviensis ad a. 1767 ad 1780

DIGITALIZACJA:

Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego

2017 r.

1. NR ARCHIWUM:	2. NAZWA ARCHIWUM:	
805	Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego	
3. NAZWA ZESPOŁU:		
Rękopisy XV–XVIII w. (Rkps)		
4. NR ZESPOŁU:	5. SYGNATURA OBIEKTU:	
2	Rkps 2	
6. LICZBA STRON/KART:		7. LICZBA SKANÓW:
724		332
8. DATA WYKONANIA:	9. NAZWA PRACOWNI:	10. WYKONAWCA KOPII CYFROWYCH:
2017	Archiwum UJ	Maciej Janik
11. UWAGI:		
-		


No 2.
Conclusionum Universitatis
ab Anno 1767 ad 1780.
Liber.
AB A.D. 1767


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
Blue
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color


Inches
Centimeters
Colour Chart #13
DANES PICTA
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
Blue
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color

2 Ak:



ACTA
seu
CONCLUSIONES
Almae Universitatis
Cracovien
ab
Anno Domini
1767.



IN NOMINE DOMINI

RECTORATU II.

MAGNIFICI PERILLUSTRIS &
REVERENDISSIMI DOMINI
D.M. JACOBI
MARCISZOWSKI
U.I. DOCTORIS & PROFESSORIS. Facultatis Iuridicae PROCANCELLARII, & DECANI, Ecclesiarum, Cathedralis Cracovien. CANONICI, Collegiatae SS.OO. PRIMICERII, Parochialis in Koniusza CURATI, Ordinandor & Approban. Synodalis EXAMINATORIS, Coloniae Academicae Tarnovien. & Conuberni or Regio-Jagell: & Iurisperit: PROVISORIS, Studij Generalis Universit: Cracovien. RECTORIS.



CONVOCATIO 1ma.

Annô Domini 1767. die 24. Mensis Maji. Extradita fuit Convocatio Universitatis, de tenore tali: Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra hodie in Stuba Communi Collegii Majoris, immediatè post funus peractum Perillustris olim et Reverendissimi M. Adalberti Grzymała, S. Thæ Dris et Pfris, Canonici Cathlis Cracovien, Collgtæ OO.SS. Præpositi, Qui die 21. Mensis et Anni currentium, obiit in Domino, Ejusdemq Anima requiescat in Sancta Pace. Idq ad conferendum Canonicatum Cathedralem Cracoviensem, morte et obitu dicti Perillris olim Grzymała, immediati ejusdem Canonicatûs Possessoris vacantem. Tum ad alia, si quæ proponentur per Rectorem. Detur omnibus et singulis CC. DD. Doctoribus et Professoribus duntaxat Salariatis et incorporatis, sub pœna non contradicendi, et prout diligitur bonum commune.

Ex Parte Rectoris Studii Generalis Almæ Universitatis.

CONCLUSIO.

Invocatô Dei Auxiliô per devotè recitatum Veni S. Spiritus etc. post liberum recessum ab optando et petendo suprafato Canonicatu, vigore anteneitatis seu Senii et Meritorum suorum, Perillustrium Clarissimorum et Admodum Reverendorum Dominorum M.M. Antonii Krzanowski, Universitatis Senioris Patris, Collgtæ S. Floriani ad Cracoviam Præpositi; Casimiri Stęplowski, Collegii Majoris Senioris Patris, dictæ Collgtæ Decani; et Michaëlis Czyrnicki Collegæ Majoris, Collgtæ ejusdem Custodis, Sæ Thæ Doctorum et Professorum; unanimi voto et assensu Almæ Universitatis, electus est in Canonicum Cathedralem Cracoviensem Perillustris Clarissimus et Adm Rndus D. M. Antonius Zołędziowski, Sæ Thæ Præsentatus et Professor, Collega Major, Collegiatarum S. Floriani ad Crac: Canonicus, Visliciensis Scholasticus, Romæ ad negotia Universitatis Plenipotens, ac præcipuè in Causa Canonizationis S. Joannis Cantii, Patriarchæ et Patroni Universitatis et totius Regni, ab Annis quindecem Postulator, hucusq in dicta Urbe degens, et Actum prælibatæ Canonizationis, cujus definitivum Decretum die secunda Februarii, in Festo Purificationis Smæ Virginis Mariæ, Annô currenti publicatum est, idemq Actus solennissimè expediendus, in diem 16tam Julii, uti Anniversariam Coronationis Regnantis Pontificis, eodem Annô, feliciter (: ut in Domino sperandum :) consummandus, determinatus est; expectans et promovens, idq interveniente petitione sui Procuratoris Illustris Joannis Rygalski, Sæ Thæ Præsentati. Quem honorem in præmium magnorum meritorum collatum memorato Rndmo Canonico Electo, Alma Universitas gratulatur, eundemq ad multos Annos cum Divinis Benedictionibus apprecatur.

CONVOCATIO 2da.

Annô Domini 1767. die 3. Mensis Julii. Extradita est Convocatio Universitatis de tenore tali = Adm Rde Pater, Egregie Domine Doctor et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra hodie horâ 2dâ pomeridiana, in Stubâ communi Collegii Majoris, dum signum pulsu campanæ datum fuerit, ad tractandum super sequentibus Punctis :

1mô Ad prælegendas Conclusiones anteriorum Convocationum, si debitæ executioni demandatæ sunt.

2dô Ad faciendam relationem de Summa Sexaginta Millium fl. pol. in rem et necessarias expensas Canonizationis S. Joannis Cantii Patriarchæ Nostri, à RR. PP. Sacri Ordinis Camalduensis Eremi Montis Argentei totaliter recepta et super Bonis Universitatis inscripta et asecurata.

3tiô Ad determinandum Directorem Colonia Alba Ducalis.

4tô. Ad eligendum Directorem Colonia Pinczoviensis et succurrendum ruinis ejusdem.

5tô Ad deputandos Revisores Beneficiorum in Nasiechowice, Proszowice et Korczyn.

6tô Ad deputandos Revisores Beneficiorum Vieliciensis et S. Nicolai extra muros Cracovia.

7mô Ad deputandos Revisores Ecclesiarum S. Maria Magdalenæ et S. Adalberti Cracovia

8vô Ad consulendum, nè Beneficia Collationis Universitatis arendentur sine consensu Ejusdem.

9nô. Ad deputandos Revisores Bonorum Sieborowice et Pielgrzymowice, post fata Rdmi olim Przymata vacantium, et disponendum de iis, idq; juxta Conclusiones Universitatis, et juxta Resolutionem Celsissimi Domini Visitatoris per Oeconomum Generalem.

10mô Ad reassumendum et rigore juris vallandum Statutum Universitatis de Testamentis per Personas Academicas conficiendis, et consulendum, quomodo Executores circa res derelictas se gerere debent.

11mô Ad resolvendum desiderium Illmi Mostowski Palatini Masovia, respectu Agrorum pertinentium ad Directorem Colonia Varsaviensis, ati Schola Parochialis B.V.M. ibidem Professorem.

12mo. Ad audiendum de Citatione à Consistorio ad Judicia Assessoralia evocatoria, ex parte Nobilis Magistratus Universitati edita, respectu Bibliopolarum, quos Jurisdictioni Suæ Civili subjicere contendit.

13tiô Ad providendum Causæ contra Collegium Leopoliense Societatis post Citationes ex parte Universitatis Cracoviensis et Zamoscensis, ad Judicia Relationum S. R. Mtis recenter editas.

14tô Ad consulendum de Summa Sex Millium flor. pol. et Jure Patronatus ad Decanatum Ecclesiæ Neocorcinensis, ad Directorem et Professores illius Colonia pertinentibus. Tum ad interloquendum de Scholastena ejusdem Ecclesiæ, quæ Directorem dictæ Coloniæ concernit.

15tô Ad consulendum de Summa Viginti Millium flor. pol. Coloniæ Neocorcinensi serviente, quam Synoga Judæorum ejusdem loci, levare intendit.

16tô. Ad inquirendum de Historiographo Petriciano et Scriptis ejusdem.

17mô. Ad consulendum de Calendariis CC. Mathematicorum, quotannis prælo mandari solitis.

18vô Ad informandum de Studio Scholarum Novodworscianarum, eoq; in quantum opus fuerit, reformando.

Agnô.

1gno. Ad dispensandum cum Excellente Camelin, Phia Dre, Linguæ Gallicæ Professore, à præsentia et tradenda Lectione, ad Instantiam Magnifici Zaluski Capitanei Checinensis.

2omo. Ad conferendam Præposituram S. Nicolai extra mœnia Urbis Cracovid, post obitum Perillustris olim M. Antonii Woyciechowski Sæ Theæ Præsentiæ et Professoris vacantem.

21mò. Ad acceptandum Hebraistam nomine Celsissimi Cancellarii Universitatis commendatum.

22dò. Ad conferendam Præposituram Premecoviensem.

23tio. Ad conferendum Provisoratum Contubernii Hierosolymitani.

24to. Ad præstandum consensum exstruendi Epitaphium in Ecclesia Collegiata Divæ Annæ.

25to. Ad revidendum Agros grandine concussos in Bonis Rasiechowice.

Tum ad alia si quæ proponentur per Rectorem. Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus duntaxat incorporatis, sub pœna non contradicendi et prout diligitur bonum commune. Die et Anno ut supra.

Ex parte Rectoris Universitatis.

Extra Puncta.

1mò Ratione Summæ fl. 6000. accommodandæ Magnifico Bratkowski.

2dò. Ratione Grammaticæ reformandæ per Clarum Szylarski.

3tio Contra Mandatum, quod ab Officio Illmi Archiepiscopi Leopoliensis Excellenti Podhajecki Colonia Academica Leopoliensis Directori, utpote Professori ab illa jurisdictione exempto, intimatum est, utrum debita Juris diligentia facienda sit?

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Relecta sunt Conclusiones anteriores Convocationis, ex quibus quæ nondum sunt effectuatæ, ut quantocyus executioni demandentur, injunctum. Et quidem 1mò ob absentiam Illustris Niegowiecki, non est facta informatio de Borcanis, num ad debitum et plenum ordinem per Eundem uti ad id deputatum
1º sint reductæ, ut aliàs dubia et defectus circa dictas Borcanas in Actu Visitationis adinventi, ex integro amoti et evacuati sint. 2dò Iterum commissum est Illustri Tonani, uti Contubernii Jurisperitorum Seniori et S. Joannis ad Portam Latinam in Ecclesia Cathedrali Altaristæ, quatenus ratione tam Summæ Capitalis quàm Censuum retentorum ad idem Altare pertinentium, Processum in ante formatum inquirat, eundemq; ad effectum præmissorum continuet et perducat. 3tio similiter non est facta relatio, num peracta fuerit transfusio Characterum in Typographia Universitatis, idq; ob absentiam Illustris Niegowiecki, qui id negotii in se assumpsit. 4tò Commissum est Illustri Putanowicz, ut assumpto Clarmo Jaworski Geometra Jurato exactam delineationem tam Contubernii Jurisperitorum, quàm tapideæ eidem contiguæ, quam RR. PP. Soc. Jesu Collegii ad S. Petrum, in vim commutationis, pro Area ejusdem Contubernii posteriori et deserta offerunt, sine mora expediant, pro sufficienti informatione tam Celsissimi Principis Cancellarii et Visitatoris, quàm Andmi Capituli, uti Protectorum Fundationum in præfato Contubernio existentium, necnon totius Almæ Universitatis. 5to Illustres Revisores ad Beneficium Liborzycense deputati, à Perillustri Lipiewicz nondum requisiti obtulerunt se agere agenda, modò requisito, quæ sperantur intercedat. 6tò. De Revisione Apothecarum, an omnes vel aliquæ revisæ extiterint, ob absentiam CC.DD. Medicæ Doctorum informatio haberi non potuit, quæ tamen in futurum reservatur. Similiter de revisione Officinarum Librariarum Perillris Lipiewicz in sequenti Convocatione præsens informabit.

Ad 2dum.

Ad 2dum. De Summa Sexaginta millium flor. Pol. ab Adm Rndis Patribus Camaldu-
ensibus, Premi Montis Argentini vulgò Bielany, pro Canonizatione S. Joannis Cantii Uni-
2. versitati accommodata, per Illustrem Procuratorem ejusdem facta est relatio ejusmodi.
Almò dicti Adm Rndi Patres Annò currenti 1762. die 5. Aprilis dederunt Summam
flor. Pol. 40000, et quidem in Aureis bis mille trecentis, reliquum in Regia Argentea
moneta, videlicet flor. Pol. 324. gr. 18. 2dò Idem A. RR. PP Anno eodem die 7.
Mensis Maji dederunt Summam Viginti millium flor. Pol. idg. in Aureis 5442. nume-
rando quemlibet Aureum à fl. 16. gr. 22. et ℔ reliquum in Moneta Cæsarea. Ex qua Sum-
ma ut promissum est, Sexaginta millium flor. Pol. missi sunt Romam Perillri Domino Zde-
dziowski pro Actu Canonizationis, Aurei bis mille, reliqua verò Summa in Archivio Uni-
versitatis reposita est. 3tiò Annò eodem 1762. die verò 5ta Mensis Maji Transactio
cum iisdem Adm Rndis Patribus inita est coram Actis Castrensibus Capitanealibus Cracovi-
ensi, dictaq; Summa generalis Sexaginta Millium flor. Pol. super omnibus Universitatis Bo-
nis, ac respective super Sorte Biata locata et asecurata est, unà cum Provisione
per 5. à Centum Annò immediatè futuro 1763. die 1ma Maji exsolvenda, et sic
deinceps usq; ad integrum triennium. Caverunt enim sibi dicti Adm Rndi Patres
eadem suprascripta Transactione, nè Universitas Summam Capitalem suprasspe-
cificatam iisdem restituat, nisi elapsò triennio, avisatione per prius facienda ante
menses sex. Hanc itaq; officiosam Transactionem uti ratam et gratam, et in summa
exigentia opportune subsecutam, in omnibus punctis, clausulis et conditionibus
Alma Universitas admisit et approbavit.

Ad 3tium Licet quidem Clarmus Olchawski Ipsemet Literis suis missivis ad præsenta-
neum Magnificum Dominum Rectorem directis, revocari se à Directoratu Colonie
Albæ Declalis expetierit, et in locum Ejusdem Clarmus Bularzi ad gerendum
3. eundem Directoratum destinatus extitit, ibidemq; actu Scholam Rhetoricam et
Linguam Gallicam docet, quia tamen Illmus Et Rndmus Wollowicz Episcopus
Luceoriensis et Brestensis, tanquam illius Colonie Faventissimus Protector, pro di-
cto Clarmo Olchawski, ut diutius ibidem Directorem agat, Literis et Authorita-
te sua intercedit, ideo Eundem circa hujusmodi Directoratum, Universitas con-
servandum duxit ad annum sive ad arbitrium sui, præfatum verò Clarissimum
Bularzi, tam circa Professionem, quàm ibi laudabiliter exercet, quàm circa fu-
turam ejusdem Directoratus succesionem manutenuit.

Ad 4tum In Directorem Colonie Academicæ Pinczoviensis electus est Illustris
Clarmus Adm Rndus M. Romualdus Laskiewicz, Phiæ Dr et Pfr, Collega Mi-
nor, in Ecclesia Collgta OO.SS. Concionator Canonicus, Cui commissum est, ut rui-
nas Ædificiorum illius Colonia revideat et adaquatè conscribat, conscriptas
4. Magnifico Domino Rectori, sine mora transmittat. Quia verò eadem Colonia ex
vi Fundationis sua pro reparatione Scholarum, constitutum habet annuum Cen-
sum, tenebuntur antecedanei Clarissimi Directores exhibere calculum Perillri
Domino ejusdem Coloniæ Provisori, in quos usus et in quas reparationes con-
verterunt præfatos Census, de his autem Idem Perillris Dominus Provisor Almæ
Universitatem informabit.

Ad 5tum, 6tum et 7mum. Quoniam Universitati plenè innotuit, Revisiones Beneficiorum
eidem incorporatorum summopere utiles esse, illasq; in ante quolibet triennio practica-
tas fuisse, ad præsens verò non modico tempore neglectas, ideo reassumendo anti-
quum laudabilem usum, etiam in posterum continuò observandum, ad dicta Beneficia
5. juris sui destinavit Revisores tenore sequenti. Almò ad Beneficium in Waschcho-
wice Perillrem Dnum Krzanowski cum altero pro libitu sui assumendo. 2dò ad
Proszowicense Perillrem Dnum De Clos, similiter cum assumendo. 3tio ad Neoconi-
ense Perillres Dnos Casimirum Stęplowski et Michaelem Czyrnicki. 4to ad Vie-
liciense. 5to ad Præposituram S. Nicolai, Magnificus Dominus Rector suam Gra-
tiam obtulit, cum sibi assumendis. 6to Ad Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, Illres
Rygalski et Szczkowski, 7mò Ad Præposituram S. Annæ Illres Mrugaczewski et
Szopiarski; quibus opportuna facultates concessæ, ut status dictorum Beneficiorum

prout

prout expedit, sufficienter desenbant, et successivè coram Universitate producant.

Ad 8vum. Inhærendo antiquæ praxi et rationabili consuetudini, quòd Beneficia Academica, non aliter nisi prævio Universitatis consensu, locare seu in arendam mittere licitum
6o fuit, id ipsum etiam in futurum inviolabiliter servandum esse censuit Universitas, nè amplius (salvis duntaxat Possessoribus modernis?) dicta Beneficia, sub quovis prætextu et ingenio arendentur, nisi prius consensus ejusdem Universitatis præcesserit, qui spectatis justis et legitimis Causis, facilè impetrari poterit.

Ad 9num. Occurrente gravi difficultate ex parte Perillris Rndmi Ankwicz Canonici Cathlis Cracovien, uti primi Executoris Testamenti Perillris olim Grzymata, Bonorum Sieborowice et Pielgrzymowice (cùm in vivis extaret) Tenutarii, cui ob spem Obligationis Contractus in iisdem Bonis continuandi, Summam mille Aureorum in rem Canonizationis Romæ erogandam accommodaverat, ratione cujus Summæ et obligationis Contractus dictus
7m Reverendissimus Executor de Bonis suprafatis cedere recusat, ideo ad sopiendum amicabiliter isthoc negotium, censuit Universitas deputandos esse Perillrem Dnum Krzanowski et Procuratorem suum Illrem Clarissimum Rygalski, prout deputavit, et eam ob causam præsens Convocatio ad Feriam Iam immediatè sequentem, dilata et limitata est. Quo Termino adveniente fecerunt relationem Perillustres Delegati, quòd Reverendissimus Canonicus Ankwicz appromiserit libenter dimissurum se eadem Bona à Festo S. Joannis Baptistæ Annô currenti, sed non aliter, nisi exsolutâ sibi per prius Summâ mille Aureorum, uti à Perillri olim Grzymata in mutuum et sub titulo Contractus accepta; ex qua Summa sicut et aliis colligendis seu vindicandis, promisit etiam Illmô soluturum se solitum post fata Concernens, juxta præscriptum Universitatis.
2dò. pro Actu Canonizationis S. Joannis Cantii Summam distinctam repositurum. Ità tandem ex eodem peculio dicti p.d. Testatoris, inito Consilio cum aliis Perillribus DD. Coexecutoribus, benefacturum sè tam Universitati, quàm Collegiatis S. Floriani Omnium Sanctorum et S. Annæ, ob memoriam et pia suffragia prælibati Rndmi olim Testatoris. Quam relationem gratô animô acceptavit Universitas, Rndmo Canonico Ankwicz et DD. CoExecutoribus ejusdem gratias egit, simul ac Perillribus Delegatis. Jam verò Summam requisitam mille Aureorum decrevit enumerandam, et in Manus Rndmi Dni Ankwicz Canonici Cathedralis Crac: reponendam, ex Summa Sexaginta millium in rem Canonizationis Romæ peragendæ, apud RR. PP. Camaldulenses Montis Argentini ad Cracoviam accommodata et disposita, idq; cum recipienda super exsolutis dictis Aureis mille quietantia, ad quem effectum deputati sunt Perillris Procurator Universitatis, et Illustris Potanowicz.

Ad 10mum. Hoc Punctum ob rationes sibi bene visas censuit Universitas differendum esse ad futuram Convocationem.

Ad 11mum. Concludit Universitas negotium hoc totaliter committendum esse Perillustri Domino Lipiewicz, uti Provisori Colonia Academica Varsaviensis tractandú
8o cum Illmo Dno Mostowski Palatino Masovia, cum omni utilitate et indemnitate ipsum dicta Colonia; et factis opportunis Consiliis et informationibus per Directorem illius loci, quem uti Scholæ B.V.M. Seniorem seu Professorem sive Baccalaureum Agri ab Illmo Palatino specificati respicere dignoscentur, sive etiam per Plenipotentem Universitatis Varsaviæ commorantem, ad proficuum effectum deducendum. Tenor autem Literarum Illmi Palatini, sequitur talis =

Magnifice Perillustris Reverendissime Domine, Patrone Observandme.

Prawdziwego szacunku y przywiązania do Przezacney Akademii, o pomnożeniu pożytecznych całemu Kraiowi czynności, nie tylko iako Gospodarz y Woiewoda Kię=
stwa Mazowieckiego, ale y partykularnie z Osoby moiey oświadczaiąc dowody, informowany o własności teyże Przezacney Akademii, y Jey prawa należące=
go do Pułtuzkiey dotąd zostaiącey w Dzierżawie Parafialnego Kościoła Panny Marii Warszawskiego, gdy z Jllmią X. Muranowiczem Proboszczem tegoż Kościoła wszedłem był Jare Emphyteutico na lat siłkadziesiąt w akceptacyą tego gruntu, y oraz w posessyą, z wypłaceniem umowionego Czynszu, teraz uważaiąc sprawiedliwość Przezacney Akademii do tego Placu, z chęci moiey dopomagania

w Jey

w Iey interessach, y iako słusznie należy się Iey, chciałbym na ten sam Czynsz płacić co Rok ugodzoną kwotę, y in ordine tego zawrzeć z Przezacną Akademią Transakcyą przez JX. Kłosinskiego staraiącego się tu o pomyslność zleconych interessow Przezacney Akademii etc. Ja z moiey przychylnosci wcale dbaiący na pożytki Kraiowe z Przezacney Akademii, upraszam o specyalną Plenipotencyą do takiey Rzeczy na tegoż JX. Kłosinskiego, choć ma generalną, y do zakonczenia ze mną. To w szczerosci samey ieżeli mam honor wyrazić y donieść, tym usilniey rozumiem pozna Przezacna Akademia moie intencye, im bardziey Ja w Iey interessach dopomagać zawsze pokażę się. Polecam się przytym przyiazni y dobroci, zostaiąc z dystyngwowaną obserwancyą

Magnifici Perillustris et Reverendissimi Domini,

addictus et humilis servus.

Mostowski Palatinus et Generalis Ducatus Masoviæ.

z Warszawy d. 6. Maji 1767.

Ad 12mum. Circa interesse Bibliopolarum visum est Universitati, ut conquisitis omnibus juribus ad hocce Negotium spectantibus, fieret recursus ad Celsissimum Principem Cancellarium et Visitatorem, ut vel Authoritate sua, cæpta litigia hæc sopire di-
9. gnetur, vel alicui bono Viro tanquam Arbitro committat, ut ortas dissensiones amicabiliter componat. Quia tamen Nobilis Magistratus Cracovien. in præfata Causa Bibliopolarum, tam ad Judicia Assessoralia Regni, quàm à Decreto Illmi Consistorii Crac: viâ Appellationis ad Sacram Nuntiaturam, Universitatem citari fecit, ideo in utroq. Foro diligentiam juris servandam esse, commendatum est.

Ad 13tium. Totum Negotium contra Collegium et Scholas Patrum Soc. Jesu Leopol. Titulum Academiæ, obstantibus publicis Legibus, usurpantes seu prætendentes, commissum est Illustri Clarmo Mrugaczewski, uti Provisori Coloniæ Academicæ Leopoliensis, cum referentia in omnibus ad Magnificum Dominum Rectorem, ut
10 denuò singula jura et documenta ad tuitionem legitimæ Universitatis Nostræ et Zamoscensis servientia conquirat et colligat, transmittenda in Manus Excellentis Axan Coloniæ Varsavien. Directoris, qui ea Procuratori Universitatis reddat, cùm Causa hæc in Judiciis Assessorialibus S. R. Mttis inciderit, ad quæ per speciale Rescriptum Serenissimi Stanislai Augusti D. N. C. feliciter Regnantis (: obstante rara Cadentia Judiciorum Relationum:) ob favorem Universitatis Nostræ et Zamoscensis, iterum remissa est.

Ad 14tum Recepta informatione à Perillustri Procuratore Universitatis, quòd Summa Capitalis Sex millium florenorum, per Illrem Clarmum Adm Rndum M. Joannem Cantium Pruss Boguslawski super Bonis Oppidi Olesnica coram Officio
11. Neocorcinensi Fer. 6. post Dominicam Lætare Ao 1723. inscripta, pro Fundatione Decanatus Ecclesiæ Neocorcinensis, cum Jurepatronatus passivo Professoribus ejusdem Coloniæ competente, per Testamentum dicti Fundatoris in Consistorio Gnrli Crac: die 8. Mensis Octobris Annô 1734. sit disposita, ideo rogatus est Magnificus Dominus Rector, quatenus instet et postulet Celsissimum Principem Cancellarium et Visitatorem, ut inhibeat receptionem Censuum à dicta Summa provenientium Perillustri Paszyc præsentaneo Præposito Neocorcinensi, et eosdem Census unà cum Summa Capitali et serviente Jure Patronatus Professoribus Neocorcinensibus juxta mentem Testatoris applicari faciat. Similiter, quatenus Idem Celsissimus Authoritate sua id efficiat, nè Scholasteria Neocorcinensis cum Summa Capitali Viginti Millium et Censibus ab eadem provenientibus, conferatur Ex Directoribus Coloniæ Neocorcinensis, sed potius Directoribus actu in eadem laborantibus.

Ad 15tum. Audita pariter informatione Perillris Procuratoris Universitatis, placuit Eidem locari Summam 20000. flor. Pol. Coloniæ Neocorcinen. servientem et à Judæis ejusdem Civitatis levatam, super Synagoga Judæorum Pinczovien-
12. sium, modò Summa hæc ab iisdem accipiatur in deportationem aliorum Onerum ex dicta Synagoga Pinczoviensi, idq. præcedente Consensu Illmi Marchionis Vexilliferi Regni, uti dictorum Bonorum Hæredis, necnon cum obliga-

tione

tione pendendi integrum Censum per 7. à Centum, prout hucusq; in tali quota pendebatur, ac demum inito consilio cum practicis Jurisperitis, nè Lex Novella Constit. Regni hujusmodi translationi dictæ Summæ noceat et obsit.

Ad 16tum. Ex Erectione et Approbatione Historiographi Petritiani de Anno 1620. pro notitia Almæ Universitatis hæc compendiosè desumuntur. 1mò. quia Illris olim Clarmus Sebastianus Petricius Phiæ et Medicinæ Doctor, Collgtæ S. Annæ Canonicus, memor juramenti, quo se obligavit promoturum bonum Commune Academiæ Cracovien. ex Summa integra Sex millium flor. Pol. Suæ Fundationis disposuit, quatenus à Summa Duorum Millium penderetur Census Annuus Historiographo in flor. protunc 120. 2dò quòd jus præsentandi Historiographi sit penes Capitu-
13. lum S. Annæ, quod rejecto omni affectu et respectu, pro juramento Academiæ præstito, tenetur illum eligere, qui cum dignitate Academiæ possit hoc munus sustinere. 3tiò quodsi nemo fuerit ex Capitularibus S. Annæ, Cui cum laude Academiæ possit imponi Professio Historiographi, quivis Professor sive ex Collegio aliquo sive extra Collegium vivens, actu tamen in Academia laborans, si dignè scribere potest, admitti debet ad hocce Officium Historiographi. 4tò. Si in electione Historiographi inciderent aliquæ Controversiæ inter aliquem Candidatorum, qui eligentur vel ex unanimi consensu vel ex pluralitate, tunc Rector cum Decanis Facultatum decidant. Quodsi neq; sic satisfactum fuerit alicui Parti, Illmus Episcopus Cracovien. erit ultimæ Instantiæ Judex. 5to Officium Historiographi est, singulis Annis res domi forisq; gestas, breviter, dilucidè et fideliter notare, externas quidem illustriores, domesticas etiam privatas, quæ ad Ecclesiam, Rempublicam, Academiam et aliquem usum communem spectant. Quidquid scripserit, duo Viri à Capitulo sive ex medio ejusdem, sive ex quovis Collegio ad eam rem deputati, prævia diligenti consideratione, quid sit vulgandum, quid soli Archivio Universitatis tradendum, judicabunt: quæ autem sine metu vulgari poterunt, ea, die Trium Regum Communitati Collegii Majoris, publicè et solemniter legenda D. Historiographus offeret: quæ judicabuntur celanda, Custodibus Thesauri Universitatis, simul cum vulgato exemplari dabit servanda. 6to Præter Censum Annuum flor. 120. honor illi præstabitur, et quoties Actus publicos ingredietur, dicet Bedellus: Bene transeat Excellens Dominus Doctor vel Venerabilis Magister, Historiographus Academiæ Crac: Ille autem sic salutatus mente orabit, ut requiem sempiternam det Deus D. Fundatori. Ex quibus Punctis luculenter deducitur, attendentiam circa Historiographum pertinere ad Universitatem, Quæ præcustodito Jure Patronatus ac aliis in Erectione expressis, Ubi Capitulo S. Annæ competentibus, censuit manutenendam esse Ordinationem Fundatoris Petritii, non tam de rigore, cùm parum quid de dicto Censu percipiat, quàm potius ob amorem Boni Academici, petiitq; Illrem Niegowiecki præsentaneum Historiographum, ut præcipuè his calamitosis temporibus, ad publica Acta Regni ac alia opportuna animum simul convertat et calamum, de Antecedaneorum suorum Scriptis hujusmodi sedulò inquirat, cum iisq; quæ agenda sunt agat, ac de his Universitatem tempore sibi bene viso informet, donec hujusmodi Professioni adeò Publico necessariæ, aliquis Benefactor aut Universitas, modo quo fieri poterit, sufficientius non providebit.

Ad 17mum. Quoad Mathematicas lucubrationes ritè et competenter typis imprimendas, juxta mentem Celsissimi Principis Cancellarii Nostri, commisit Universi-
14. tas id negotium Magnifico Domino Rectori, Perillribus Krzanowski et Steplowski, ut ab illis Excellentes Matheseos Professores informentur, quæ circa laudandam non improbandam Calendariorum impressionem in posterum observare debebunt.

Ad 18vum. Ob absentiam Perillris Provisoris et Vice Provisoris, cùm non potuit ha-
15º beri informatio de Studiis Scholarum Novoduorscianarum, commendavit

Universitas

Universitas hocce Punctum Magnifico Domino Rectori, ut ea omnia fiant, quæ viderit proficua, tam ad incrementum humaniorum Studiorum, quàm satisfactionem postulantium, seu pro Studiosa Iuventute intercedentium.

Ad 19num. Annuendo votis et petitis Illustris Magnifici Załuski Capitanei Chęcinensis, Filium suum sub Academica Institutione foventis, Professorem ejusdem Ex-
16. cellentem Camelin, ab audiendis sive tradendis hac Commutatione Æstiva Lectionibus, ac præcipuè Gallica dispensavit Universitas, et eundem pro præsenti declaravit, interea ut substituatur aliquis ad danda principia Linguæ Gallicæ, Illrem Putanowicz uti Ordinarium ejusdem Professorem obligavit.

Ad 20mum. Pro obtinendo Beneficio Præposituræ S. Nicolai ad Cracoviam, instituerunt petitionem vigore Turni Collegio Iuridico servientis Illustres Clarissimi
17. Carolus Marxen et Franciscus Minocki U. J. Pfres, sed ex pluralitate Votorum idem Beneficium collatum est Illustri Marxen, salvis salvandis.

Ad 21mum. Ad requisitionem Celsissimi Principis Cancellarii acceptatus est Hebraista, Opolski vocatus, ex Iudaismo conversus, ad tradendam in Universitate juxta morem antiquum Hebraicam Linguam, idq; ex recommendatione Celsissimi
18. Principis Poniatowski, protunc Canonici Cathedralis Crac: Equitis S. Stanislai, et Fratris Serenissimi Regis, Cui in vim Salarii proventus Fundi sui Canonicalis cessit, Universitas vero mansionem eidem in Seminario suo commodam, unà cum victu honesto assignavit.

Ad 22dum. Quoniam ex Literis Celsissimi Principis Cancellarii et Visitatoris Apostolici ac Regii innotuit Universitati, quòd Beneficium Premycoviense
19. interea conferri non debeat, donec de Statu ejusdem Beneficii altememorato Celsissimo Domino plena non dabitur informatio, ad quem effectum à Magnifico Domino Rectore et CC.DD. Consiliariis, jam sunt propositi Commissarii, et per Celsissimum Dominum admissi; ideo Universitas præcustodiendo Sibi Jus præsentandi, et tempus amplius ad illud, cum per eam non stet, quin intra Menses præscriptos non præsentet, censuit deferendum esse Voluntati Celmi Domini.

Ad 23tium. In Provisorem Contubernii Hierosolymitani electus est unanimi voto et assensu Perillris Clarmus et Adm Rndus Dnus M. Antonius Krzanowski
20. Sacræ Theologiæ Doctor et Professor, Collegiatæ S. Floriani Præpositus, Almæ Universitatis Senior Pater.

Ad 24tum. Annuendo pio desiderio Rndmi Canonici Ankwicz et Perillrium Coexecutorum Testamenti Perillris olim Adalberti Grzymała Sæ Thæ Dris et Pfris,
21. Canonici Cathlis Crac: ob respectum appromissorum ut supra beneficiorum ex peculio et Substantia derelicta p. d. Testatoris, consensit Universitas in exstructionem Epitaphii decentis, ob memoriam ejusdem; in Ecclesia Collgta S. Annæ, et in loco, qui convenientior assignabitur.

Ad 25tum. Damnum, quod passus est Perillris Dnus Krzanowski in Bonis Nasiechowice et Dziewięcioły, per concussas grandine Segetes, condonavit libenter,
22. quam gratiam Perillris Domini gratô animô acceptavit Universitas.

Extra Puncta.

1. Annuit Universitas postulatis Magnifici Bratkowski in accommodanda Summa Sex millium, inquantum haberi poterit, quod commisit Perillri Do Procuratori.
2. Datus est consensus Clarmo Szylarski Varsaviæ protunc degenti, ut Grammaticam Polonicam nova methodo et facili per se compilandam, ad publicum usum edere possit, Cui transmissi sunt fl. 200. pro coemendis Libris ad idem Opus conficiendum necessariis, quod tamen pro cognitione, Correctione et Approbatione ad Universitatem mittere omnino debebit.
3. Monitorium ex Officio Illustrissimi Archiepiscopi Leopoliensis contra Excellentem Podhajecki ibidem Coloniæ Academicæ Rectorem emanatum, nè aliquando et quomodocunq; Juribus et Professoribus ejusdem Coloniæ noceat et præjudicet, Perillris Provisor præfatæ Coloniæ, Manifestationem Nomine suo et totius Universitatis, coram Notario Apostolico facere procurabit.

Convocaõ.

CONVOCATIO 3tia.

Annô Domini 1767. die sexta Mensis Julii. Extradita est Convocatio Universitatis, more et stylo solitis, ad tractandum super sequentibus Punctis:

1mò Ad legendas Literas Magnifici Stadnicki Burgrabii Arcis Cracoviensis, pro Summa per Testamentum Illmi olim Petri Stadnicki Castellani Voyniciensis pro Canonizatione S. Joannis Cantii legata, unà cum Provisionibus et Processu ad Summam fl. 32304. ascendente, duntaxat Summam Viginti quatuor Millium, per modum amicabilis Compositionis offerentis. Et ad resolvendum simile desiderium Gnosi Skąpski.

2dò Ad determinandum tempus Solemnis Actûs Canonizationis S. Joannis Cantii Patriarchæ Nostri Cracoviæ expediendi, tum ad eligendos Viros, quibus cura hujus Negotii incumbat.

3tio. Ad audiendam relationem de exsoluta Summa mille Aureorum Dnis Executoribus Rndmi olim Grzymała, ac de Bonis Sieborowice et Pielgrzymowice deportata, disponendumq; de iisdem Bonis.

4tò Ad designandos Plenipotentes, qui negotium respectu Bonorum Młodzieiowice et Bolen per Universitatem possessorum, cum Illustri Magnifico Nowosielski Castellano Ciechanoviensi efficaciter tractent, Summas ex iisdem Bonis per Eundem Illmum Castellanum deportandas recipiant, et super præmissis Transactiones Officiosas peragant.

5tò Ad disponendum de iisdem Summis ex Bonis Młodzieiowice et Bolen levatis et deportatis.

6tò Ad audiendam petitionem Illustris Magnifici Ankwicz Castellani Becensis, lapideam minorem Bursæ Hungarorum contiguam per se coemere intendentis, resolvendumq; de Citatione ab eodem Illustri Magnifico Castellano, respectu ejusdem lapideæ, Universitati ad Officium Consulare edita.

7mò Ad audiendum de Citatione per Nobilem Magistratum Cracovien. Universitati et Magistris Pictoribus, ad Judicia Assessorialia edita, et consulendum super eadem.

8vò. Ad consulendum super acceleratione Causæ Universitatis Nostræ et Zamoscensis, contra Collegium Leopoliense Societatis, vigore Specialis Rescripti Serenissimi Regis feliciter Regnantis, dictæ Causæ denuo ad Judicia Assessorialia Remissivi.

9no. Ad conferendam Capellam S. Mariæ Magdalenæ Professioni Juridicæ annexam.

10mò. Ad vocandum Professorem ad Collegium Juridicum.

11mò Ad eligendum Plenipotentem Universitatis in locum Rndmi Zołędziowski Romam mittendum.

12mò. Ad audiendas Rationes Perceptorum et Expensorum pro fabrica Ecclesiæ S. Annæ, per DD. Executores productas.

13tiò. Ad audiendam relationem de Statu Magistrorum Musicæ ad Ecclesiam S. Annæ, pro quorum conservatione Illris Præfectus sufficere non potest.

14tò. Ad audiendam relationem Perillris Procuratoris de receptis Bonis Tęgoborz et Biała ex Tenutarii possessione; et disponendum de iisdem; tum ad informandum de invasione fundi in Sorte Biała, per erutum Canalem seu fossam in eodem.

Tum ad alia, si quæ proponentur per Rectorem. Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus duntaxat incorporatis sub pœna non contradicendi, et prout diligitur bonum Commune.

Ex parte Rectoris Universitatis.

Extra.

Extra Puncta.

1mo Ultra 32. Loca Montium Romæ relicta, utrum plura emenda.

2do Utrum Panegyres et per quem scribendæ Celsissimis Principibus Primati defuncto, et Superstiti Nominato.

3tio Magnates Confœderati si Cracoviam convenerint, quomodo per Universitatem salutandi.

4to Negotium Contubernii Jurisperitorum cum RR. PP. Societ. ad S. Petrum, continuandum et perficiendum, quibus committendum.

5to Ad Summas ex Bonis Młodzieiowice et Bolen accipiendas, recurrunt Illma Jordanowa Castellana Voyniciensis, Magnifici Otfinowski Subjudex Terrestris Crac: et Romer Thesaurarius Palatinatus Crac: quomodo resolvi debeant?

6to Utrum juxta Resolutionem ex parte Celsissimi Domini Visitatoris datam, respectu erigendi Decanatus et reformandæ Scholasteriæ Neocorinen' procedendum.

7mo. Ad legendum Rescriptum ejusdem Celsissimi Domini, ratione revisionis Archivii Universitatis secundariò emanatum.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Quoniam post longum et arduum Processum cum notabilibus damnis et expensis, in Judiciis tam Castri Capitanealis Crac: quàm Tribunalis Regni
1o Lublinensis perductum, Magnificus Sadnicki acsi viâ concordiæ exsolutionem debitarum Summarum præstare intendit, prout et Thomas Skapski, ideo totum negotium hoc, sive jure vindicandum, sive amicabiliter componendum commisit Universitas Perillustri Dno Krzanowski, uti Procuratori Canonizationis S. Joannis Cantii, ad Quem dictum interesse et Summa regulantur.

Ad 2dum. Tempus Canonizationis seu Actus ejusdem in Metropoli Crac: ad Collegiatam S. Annæ, ubi Corpus S. Joannis Cantii in suo Altari reconditum quiescit et colitur, peragendi, non aliud determinandum esse duxit Universitas, nisi diem 16tam Julii in Anno immediatè sequenti 1760. occurrente tunc Festo Scapularis B.V.M. idq; conformando se Anniversariæ diei Ca-
2. nonizationis, Romæ sit firmiter sperandum in Domino?) expediendæ. Quam autem majestate et decentia hic Actus celebrari et exornari debeat, tempestivæ deliberationi commisit Universitas unicuiq ex CC. DD. Doctoribus et Professoribus, ut quæcunq visa fuerint, ad picturam, sculpturam, architecturam, illuminationes et artificiosos ignes quadrantia, Cultumq; Honorem et devotionem erga Neocanonizandum Sanctum afferentia, ea singula connotent, in Scripturam redigant, et Perillri Dno Procuratori in manus consignent, cui Perillis Procurator cum Magnifico Domino Rectore, convocatô quoties opus fuerit Consiliô, et Personis ad illud necessariis, eligent eligenda, perficient perficienda, et decernent decernenda, cum responsibilitate ad Universitatem, in quibus opus esse censebunt.

Ad 3tium. Fecit relationem Perillis Procurator Universitatis, quòd vigore Con-
3o clusionis immediatæ Convocationis ejusdem, exsolverit Summam Mille Aureorum Perillribus Dnis Executoribus Andmi olim Krzymata, Scriptum seu Assecurationem dictæ Summæ Aureorum Mille, ex parte Universitatis datum, acsi in vim quietationis recepert. Ex prafata verò Summa Mille Aureorum, realiter et in effectu exsoluta, Perillres Dni Executores dignati sunt extunc enumerare Aureos Centum pro Actu Canonizationis S. Joannis Cantii, titulo Pietatis Perillis olim Adalberti Krzymata, et pro Cæco seu ad fiscum Universitatis Aureos Viginti. Cæterùm quia relictum restans ex Summa 6500. fl. à RR. PP. Camalduensibus accommodata et Romam transmissa, non sufficerat ad exsolutionem Summæ Mille Aureorum Perillribus Dnis ut supra

Executoribus,

Executoribus reponendam, Perillis Dñis Krzanowski de proprio accommodavit aureos Centum quinquaginta duos, ideo dicti Centum Aurei à Dñis Executoribus recepti, illico Eidem prout debuerant restituti sunt, et præterea adhuc quinquaginta duo Aurei Eidem Perillri Krzanowski ad exsolvendum debentur. Bona tandem Sieborowice et Pielgrzymowice dimissa sunt, et in continenti Administrationi Generalis Oeconomi - commissa, ad ulteriorem dispositionem Universitatis.

Ad 4tum et 5tum. Inhærendo anterioribus Conclusionibus favore Illmi Nowosielski Castellani Cracoviensis, quoad faciendam eidem Cessionem Bonorum Mło-
4to dzieiowice et Bolen latis, censuit finaliter ex pluralitate votorum Universitas levandas esse Summas ex dictis Bonis Młodzieiowice et Bolen, per memoratu Illustrem Magnificum Nowosielski exsolvendas. Ad quod Interesse et negotiu rite et legitime peragendum deputati sunt Perillres Dni Andreas Lipiewicz U. J. Dr et Pr, Joannes Rygalski Procurator Universitatis, Michael Mrugacze-wski S. Theæ Pr, Casimirus Czerwinski Phiæ Dr et Pr et Josephus Zybalski Fa-cultatis Phicæ Decanus. Datus quoq; est consensus Magnifico Domino Rectori, Perillribus Dnis Doctoribus et Pribus, Contributoribus seu specialia et respecti-va Jura ad præcensitas Summas ex dictis Bonis Młodzieiowice et Bolen - transportandas habentibus, necnon Perillri Procuratori Universitatis, Summas præfatas levandi, de levatis quietandi, easq; in aliis Bonis mundis et non prægravatis locandi, officiosas Transactiones respectu earundem ineundi, ali-às, cum omni prærequisita facultate et in forma plenissima.

Ad 6tum. Quoniam Illmus Antwicz Castellanus Bkensis post manifestatam intentionem suam et Magnifico Dño Rectori denuntiatam, emendi Lapide-
am Meysztynensis dictam, utpote Aciali suæ Lapideæ contiguam et conter-
5to minam, non expectata resolutione Universitatis, citari eandem fecit ad Officium Consulare Crac: ratione cujusdam actus servitutis seu Canalis muros utriusq; hæreditatis intermedianti, ibidemq; Decretum sibi favorabile, Lapideæ ve-rò Academicæ lasivum et præjudiciosum obtinuit, ideo stantibus his in diven-ditionem dictæ Lapideæ minimè esse consentiendum duxit, imò vigore appella-tionis interpositæ, Jura ejusdem Lapideæ manutenenda, et in Superiori subselio defendenda Perillri Procuratori commisit. Cum verò non solum dictæ Lapideæ Meysztynensis ast simul et Lapideæ Hungarorum, utpotè immediatè sibi vi-cinarum et conjunctarum divenditionem ex rationibus sibi bene visis, oppor-tunam esse arbitratur Universitas, ideo ante omnia recursum faciendum esse ad Celsissimum Dominum Cancellarium et Visitatorem pro expetendo con-silio et consensu censuit, quo obtento utramq; simul Lapideam, idq; juxta plus offerentiam, divendibilem esse declaravit.

Ad 7mum. Indolendo super vexatoriis litibus tam ratione Bibliopolarum, quàm ratione Pictorum, ab antiquo pacificæ Jurisdictioni Rectorali et Universita-
6to tis subjectorum, per Nobilem Magistratum Crac: his præcipuè temporibus, excitatis; nisi obtemperare velint requisitioni et persuasioni Illmi et Rmi Dni Młodzieiowski Supremi Regni Prosancellarii, per Literas Ejusdem sibi-injunctæ, quatenus bonam harmoniam cum Academia constanter teneant, po-tiusq; ad Actum Canonizationis et Cultum S. Joannis Cantii, Regni et Urbis hujus Patroni concurrant, prout Literæ ad Magnificum Dominum Rectorem ab Eodem Illmo Dño Procancellario directæ edocent, censuit Universitas an-nuendum esse petitioni Virtuosæ Congregationis Magistrorum Pictorum prout et Bibliopolarum, illisq; dandam Protectionem, ubi de jure venerit, sumptibus tamen præfatarum Communitatum.

Ad 8vum. Ad manutenenda Jura Universitatis tam suæ quàm Zamoscen-
7mo sis, Causamq; hanc (quæ gravissimi momenti et non mediocris oneris est:) contra Collegium Leopoliense et Scholas Patrum Soc: Jesu, ritè et feliciter promovendam

promovendam, iteratis vicibus postulavit Universitas Perillrem Dñum Lipiewicz UJD. et Pfrem, ac Illustrem Mrugaczewski S.Th. Pfrem, uti Colonia Academica Leopoliensis Provisorem, ut habitis sive conquirendis necessariis documentis, Juribus et rationibus, Prerogativas Academicas tot seculis legitimè possessas, totiesq; defensas et vindicatas, ab impetitione et usurpatione Patrum S.J. iterum iterumq; excitata, salvas et immunes reddere contendant. Cui juvando negotio singuli CC.DD. Doctores et Pfres cum Magnifico Domino Rectore, cooperaturos se, quantum fieri potest obligant, præcipuè hoc feliciori tempore, cùm S. Regia Majestas D.N.C. per Rescriptum suum, ut supra, ad Judicia sua Assessionalia Causæ ejusdem remissivum, necnon Illmi Zamoyski et Modzieiowski Supremi Regni Cancellarius et Procancellarius, legitimis Universitatibus nostris gratiosè favere dignoscuntur.

Ad 9num. Beneficium Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ, seu Professio Magdalenistica dicta, Collegio Juridico incorporata, unanimi assensu Universitatis collata est Illustri Clarmo Adm Rndo M. Francisco Minocki, U.J. Pfri, Collegæ Juridico, Collegiatæ Omnium Sanctorum Crac: Canonico.

Ad 10mum. Quoniam Illustris Clarmus et Adm Rndus Dñus M. Stanislaus Fiszkiewicz U.J. Præsentatus et Pf. Collgte OO.SS. Cancellarius, ad Præposituram Collegiatæ S. Annæ uti distinctam Professionem ascendit, eandemq; aliquot ab Annis actu possidet, ideo in locum Ejusdem censuit Universitas vocandum esse ad Collegium Jundicum Illrem Clarmum et Adm Rndum M. Joannem Cantium Toriani, U.J. Pfrem, Contubernii Juniorum Seniorem, prout vocavit unanimi voto et assensu ad recommendationem Consultissimæ Facultatis Juridicæ.

Ad 11mum. In locum Rndmi Zakrzewski post consummatum Actum Canonizationis in Patriam et ad Universitatem redituri, censetur quidem aliquis Professor idoneus necessariò Romam mittendus, quia tamen interdum de modo Subsistentiæ ejusdem in illa Urbe, deliberandum venit, ideo electio ejusdem, meritò in aliud tempus dilata est.

Ad 12mum. Rationes per Dnos Executores Testamenti Perillis olim Biegaczewicz S.Th. Dris et Pfris, Collgiæ S. Annæ Decani, uti Fabricæ ejusdem Ecclesiæ S. Annæ Procuratoris, nominum per Illres Clarmos Mrugaczewski et Skrzekowski, factas et productas, censuit approbandas esse Universitas, et residuam ab expensis Summam ad fl. Pol. 900. et Sol. unum ascendentem Illustri Dño Niegowiecki uti Decano ejusdem Collgiæ et Fabricæ Ecclesiæ Procuratori reddendam.

Ad 13tium. Audita petitione et rationibus justis ab Illri Clarmo Putanowicz Capella Musicorum Provisore illatis, consensit Universitas in accommodationem Mille fl. Pol. pro Salariis sive conservatione eorundem Musicorum, ex Archivio suo extradendum, salva restitutione ejusdem debiti intra Annum.

Ad 14tum. Fecit relationem Perillis Procurator, quòd Bona Tęgoborz et Bialla recepta sint ex tenutaria possessione Magnifici Waxman, exsolutis eidem per prius fl. Pol. 852. pro expensis reparationis verificatis et liquidatis: quæ Bona illico dimissa sunt in administrationem Generalis Oeconomi ab Universitate constituti. Informavit quoq; Idem Perillis Procurator, quòd Jnous Straszkowski invasent fundum Bialla Sortis Academicæ, obtento clandestino consensu malitiosè Emethonis et Subditi Villæ ejusdem, eruerità fossam grandem in longum ad Cubitos 200. in latum ad Cubitos 6. extensam, cum ingenti immissione aquarum. Et Universitas quantocyus jure agendum esse contra Eundem J. Straszkowski conclusit, et Causam eandem Perillri Procuratori suo commisit.

Extra Puncta.

Cum Universitas indigitibus et notoriis debitis gravata sit, nec providere possit facilem modum exsolvendi eadem, licèt utile esse advertat, his temporibus minori pretio posse sibi coemere Loca Montium Romæ, tamen ob evidentem pecuniæ peculii, nullatenus id effectuare valet.

Obtulit alacritatem suam Illris Clarmus Skrzekowski Orator Tylicianus, scribendi Panegyrim Celissimo Nominato Podowski, Primati Regni et M.D.L.

Funebrem

14 Funebralem autem Panegyrim Celsissimo olim Lubienski Archiepiscopo Gnesnensi et Primati Regni licèt acceptavesit scribendam Idem Illustris Orator, cum tam ex Illmus Procancellarius Regni Mlodzieiowski uti Testamentarius Executor, non scribendam esse ad Mentem Celsissimi Testatoris, per Literas suas detulit, standum esse huic dispositioni censuit Universitas; interim in recognitionem sui affectus erga tantum Protectorem suum, statuit solemnes Exequias celebrandas esse pro Anima Wladislai Ejusdem Primatis Celsissimi, cum numerosis suffragiis, et cum Mandato à Magnifico Dño Rectore extradendo.

3tiò Magnates Annô hoc Confœderati, si Cracoviam advenerint, non intrando quidpiam in Colloquia et Acta publica, solito more Academico salutari debebunt.

4to Ratione commutationis fundi posteriorris Contubernii Jurisperitorum pro lapidea vicina, quam offerunt Patres S.J. ad S. Petrum, ut utiliter pro parte Universitatis succedat, allaborabunt Perillres ad id negotium Deputati, juxta conditiones et informationes in ante illatas et allegatas, quod prudenti Illorum arbitrio et activitati in toto committitur.

5tò Summa ex Mlodzieiowice et Bolen levata, in quenam Bona transportanda, et quibus Magnificis Concurrentibus numeranda, id commissum est Magnifico Dno Rectori et Perillribus Patribus, qui in Suo Consilio inquirent, quibus in Bonis major securitas, et qui Concurrentes, ad solvendas in tempore debito provisiones seu Annuos Census, promptiores sunt; quibus consideratis, quod melius Ipsis videbitur decident.

6to Quoad promovendum Negotium tam Decanatûs quàm Scholasteriæ pro Colonia Neocorcinensi, affirmativè responsum, et Patrocinio Magnifici Domini Rectoris id commissum.

7mò Visо et lecto Subalterno Rescripto Celsissimi Domini Visitatoris, conclusum est, ut vigore ejusdem debitus effectus subsequatur.

CONVOCATIO 4ta.

Clarissimorum Dominorum Consiliariorum.

Annô Domini 1767. die 14. Mensis Julii. Extradita est Convocatio CCDD. Consiliariorum de tenore tali. Adm Rnde Pater, Egregie Domine Doctor, et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra, hodie in Stuba communi Collegii Majoris, horâ 2dâ pomeridianâ, non exspectato Campanæ pulsu, idq.

1mò Ad revidendos labores Clarissimorum et Excellentium Inclyta Facultatis Philosophicæ Professorum.

2dò Ad dismembrandam pecuniam ex Beneficiis pensionalibus per D. Procuratorem Universitatis collectam.

3tiò Ad disponendum de paramentis Cubicularibus ex pietate Illustrissimi Domini Joannis Wielopolski Palatini Sandomiriensis pro cultu S. Joannis Cantii donatis, et apud Magnificum Dñum Rectorem relictis.

4to Ad providendum ex Margaritha libus Excellentibus Secretariis Szyszkowski et Oczykowski ad scribendas Literas plurimas, variasq. expeditiones publicas, à Magnifico Domino Rectore assumptis,

Tum ad alia, si qua proponentur per Rectorem. Detur Perillribus Dñis Quatuor Facultatum Decanis, Procuratori Universitatis, Oratori Tyliciano, et Duobus Dnis Consiliariis Facultatis Philosophicæ, idq. juxta tenorem et obloquentiam Conclusionis Universitatis Annô elapso 1766. die 12. 7bris latæ.

Ex parte Magnifici Dni Rectoris Almæ Universitatis.

Conclusiones.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Lecti sunt per Illrem Dnum Facultatis Philosophicæ Decanum labores Clarissimorum et Excellentium Professorum, per duas immediatas Commutationes protracti.

Ad 2dum. Dismembrata est pecunia ex Beneficiis Pensionalibus collecta, more solito, inter CC. DD. Consiliarios, juxta Novellam Ordinationem ut supra, et inter Clarmos et Excellentes Dres et Pfres Facultatis Philosophicæ.

Ad 3tium. Conclusum est, ut paramenta ex serico ac alia præstantiori materia confecta, licet aliquo-modo inveterata, apta tamen ad aliquem ex iis comparandum decorem, ut reponantur in Sacristia Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ, et juxta mentem Illustrissimi Offerentis disponantur, cujus rei cura commissa est Illustri Clarmo Putanowicz, uti Canonico dictæ Collegiatæ, Eidemq præfata paramenta actu extradita sunt, juxta Regestrum per Magnificum Rectorem subscripta.

Ad 4tum. Pro Excellentibus Secretariis supra nominatis, Perillris Procurator Universitatis, appromisit ex Borcanis condignam pensionem se provisurum.

Conclusiones suprà exaratas manu Perillustris Clarissimi & Adm Rndi M. Stanislai Ficzkiewicz Utriusque Juris Præsentati, Ecclesiarum Collegiatt SS. OO. Crac. Cancellarii, Sanctæ Annæ Præpositi, conscriptas legi et revidi, quas cum suis Originalibus concordare adinveni. De quo fidem facio.

M. Andreas Lipiewicz U.J.Dr et Pfr Facultatis Juridicæ Decanus, Publicus S. Authoritte Apostolica Notarius. mpp

Suprascriptas Conclusiones ab Alma Universitate Latas et publiatas revidi, et quod concordent cum suis Originalibus, præsenti mea recognitione attestor. et me Subscribo.

M. Joannes Camelin Phiæ et Medicinæ Doctor Ejusdemq Facultatis Medicæ pro tunc Decanus. Mpp ria

Conclusiones intro contenta concordant cum suo Originali. Ita testor: M. Josephus Aloysius Putanowicz Sæ Thæ Dr. Facultatis Philosophicæ Decanus. mpp

RECTORATU 3tio

MAGNIFICI PERILLUSTRIS & REVERENDMI DOMINI

D.M. JACOBI

MARCISZOWSKI

U.I. DOCTORIS & PROFESSORIS Facultatis Juridicae PROCANCELLARII Ecclesiae Cathedralis Cracovien. Canonici Collgtae SS.OO. PRIMICERII, Parochialis in Koniusza CURATI Ordinan. & Approban. Synodalis EXAMINATORIS, Collegio Academico Tarnovien. & Conuben. Regio-Jagell. & Jurisperit. PROVISORIS Studii Gnlis Universit. Cracov. RECTORIS.



CONVOCATIO 1ma.

Annô Domini 1767. die 2. Mensis Decembris. Extradita fuit Convocatio Universitatis de tenore tali = Adm Rnde Pater Egregie Domine Doctor et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra hodie horâ 2da pomeridianâ in Stuba Communi Collegii Majoris, dum signum pulsu Campanæ datum fuerit, ad tractandum super sequentibus Punctis:

1mô Ad prælegendas Conclusiones antecessorum Convocationum, si debitæ executioni demandatæ sunt.

2do. Ad audiendum de amplissimis Indulgentiis in Gratiam Neocanonizati S. Joannis Cantii Patriarchæ Nostri, à S. Sede Apostolica Universitati et toti Regno Poloniæ concessis, quarum sicut et aliarum connexarum devotionum, cura et promotio cui committi debeat, determinandum.

3tiô Ad informandum circa quædam præliminaria, in ordine ad expediendus Actum Canonizationis prælibati S. Patriarchæ Nostri, hic Cracoviæ d. 16. Julii Anno immediatè futuro 1768. subsecuta, faciendasq; ulteriores circa idem salutare negotium dispositiones prærequisitas.

4tô Ad legendum Literas Illmi et Rndmi Mathiæ Lubienski Metropolitani Gnesnensis et Cathedralis Varmiensis Decani, Incorporationem Templi S. Stanislai ad Cathedram Gnesnensem siti, ibidem pro Colonia Nostra Academica, et tribus Professionibus in ea conservandis, se procuraturum offerentis, resolvendum præmissum desiderium Ejusdem.

5tô Ad eligendum Directorem dictæ Coloniæ Gnesnensis.

6tô Ad audiendam iteratam requisitionem Magnifici Jasienski Incisoris Districtus Kovnensis Summam decem Millium flor. pro incremento Studii Coloniæ Academicæ Albæ Ducalis offerentis.

7mô Ad consulendum bono ordini et regimini ejusdem Coloniæ Albæ Ducalis.

8vo Ad consulendum super Beneficio Premyscoviensi tam diu vacante.

9no. Ad audiendum de Summis Capitalibus ex Bonis Młodzieiowice et Boken translatis, et in alia Bona Terrestria transportatis

10mô Ad audiendas Relationes Revisionum Beneficiorum Universitatis expeditas.

11mô. Ad succurrendum Scholæ labenti ad Ecclesiam OO. SS.

12mô. Ad eligendum Seniorem Scholæ Wieliciensis et deputandos Revisores ad eandem.

13tiô. Ad reassumendum Punctum 22dum Annô 1765. d. 16. Febr. illatum respectu designandi Professoris, qui operam navet Studio Architectonicæ.

14tô. Ad inquirendum de Borcana Raciborsciana pro Rectore, ac aliis eidem adjungendis.

15tô. Ad inquirendum de Borcanis Zygmuntoviana, Zielohecciana et Jezierskieviciana, Illustri Szopiarski, Tyliszcoviana Illri Patelski, Racciana et Przedzieckiana Illri Niegowrecki commissis, num vindicatæ sunt juxta Conclusionem A. 1762. d. 12. Mart. ad 13. latam.

16tô Ad providendum bono ordini et manutentioni earundem Borcanarum, uti piarum Fundationum.

17mô. Ad eligendos Salutatores Illustrium Hospitum, in locum defunctorum, vel ad præsens absentium, necnon Visitatores Juventutis Academicæ, iterumq; commendandum, quatenus his Officiis omnino satisfiat, juxta toties laudatas Universitatis Conclusiones.

18vo Ad inquirendum, si Testamenta antiquorum Doctorum et Magistrorum Universitatis inscripta sint Libro ad eum effectum in A. 1647. comparato

parato, per Illustrem Czerwinski ad id Deputatum, juxta Conclusionem 1761. q.14. Novembris, tum ad alia, latam, et 1762. q.12. Martii.

19no. Ad reassumendam Conclusionem 1761. q.26. Aug. ad Stum latam, ad conquirenda singula acta et gesta Universitatem concernentia contra Collegium Leopoldinæ Soc. Jesu Academicas Prærogativas usurpare satagens, et inhotabiles expensas à tempore motæ litis, hucusq; inducens, cum toto Processu ad futurorum memoriam, in unum Librum colligenda et inserenda.

20mo. Ad legendas Literas in eodem negotio Magnifici Rectoris Academiæ recenter transmissas, ac providendum finaliter eidem Causæ.

21mo. Ad indagandum, num Collectio Junium, Collegiorum, Facultatum, contuberniorum, Scholarum, Coloniarum, aliarumq; attinentiarum Universitatis effectuata sit, juxta Conclusionem A. 1765. q.10. Junii, ad 14tum; et num Status suprascriptorum Locorum ac Fundationum Academicarum, ex integro et competenter descripti maneant, pro durante Actu Visitationis Apostolicæ et Regiæ, et pro sufficienti in posterum informatione, et notitia totius Universitatis.

22do. Ad informandum, num Visitationes Coloniarum Gnesnensis et Vladaviensis subsecutæ, juxta Conclus. 1765. q.30. Januarii; item Volboriensis, Vratislaviensis et Culmensis juxta Conclus. 1762. q.12. Mtis Ad 17. numq; singulæ Colonia et Schola habeant Provisores suos.

23tio Ad informandum de reparatione Schola S. Annæ.

24to. Ad manutenendum Provisorem antiqui Contubernii Ziziani in Seminarium Academico Diœcesanum conversi ex Concl. 1762. q.12. Mart.

25to Ad reassumendum Consilium super Privilegio quoad quing. Beneficia Eccle siarum Professoribus Colonia Neocorcinensis seruiente.

26to. Ad consulendum denuo super Jure Patronatus et Summa fl. 6000. pro Decanatu Neocorcinensi favore eorundem Professorum Neocorcinensium per Testamentum Fundatoris legatis et dispositis.

27mo. Ad informandum de Summa Mille flor. per T. Miller pro dicta Colonia Neocorcinensi ordinata.

28vo Ad inquirendum, num Statuta pro omnibus Coloniis ritè regendis condita sunt, juxta Concl. 1765. q.10. Junii ad 12mum.

29no. Ad informandum de Schola Bochnensi, Directore ejusdem, ex cujus causa lis orta est cum Judæis Visnicensibus in Judiciis Commissionis Thesaurj Regni, cum illatis seu inferendis præjudiciis cæteris Coloniis, ac ipsi Universitati.

30mo. Ad injungendam continuationem revisionis Archivii Universitatis quantocyus peragendam vigore subalterni Mandati, Celsissimi Principis, Cancellarii ac Visitatoris Apostolici et Regii Universitatis nostræ.

31mo. Ad notificandum Edictum Ejusdem Celsissimi Cancellarii Nostri, quomodo se gerere debeant Authores circa Opera sua typis mandanda.

32do. Ad faciendam Ordinationem necessariam et competentem, circa Oeconomum Generalem Bonorum Universitatis, circa præscribenda Eidem Officia et designanda pro labore præmia seu salaria.

33tio. Ad legendam præliminarem Compositionem cum Collegio Soc. Jesu ad S. Petrum legaliter ipitam, respectu commutationis posterioris fundi seu Areæ Contubernii Juniperitorum, pro lapidea vicina et contigua eidem Contubernio Mecinskich dicta, tum audiendum, quæ puncta ejusdem Compositionis sint effectuata, et quomodo idem negotium ulterius et efficaciter promoveri debeat, determinandum.

34to. Ad referendum de Decreto Illmi Consistorii Cracc: Jurispatronatus Præbendæ Cantianæ Kentensis adjudicante.

35to.

35to. Ad reassumendam Conclusionem et dispositionem circa Decimam ex Sidzina ad Capellam S. Mariæ Magdalenæ et Professionem eidem annexam factas, tum ad succurrendum ruinis ejusdem Capellæ.

36to. Ad conferendos cursus Theologicum Moralem et Philosophicum.

37mo. Ad eligendum Prefectum Capellæ Musicorum.

38vo. Ad audiendum postulatum Illustris Niegowiecki compensationem debiti pro musica erogati, expetentis.

39no. Ad dandum consensum divendendi virgulta Lapacz dicta et quercus putrefactas ex Sylvis in Nasiechowice.

Extra Puncta.

1. Num statuta sit vel statui debeat lex et pœna in absentes illegaliter ab Anniversariis pro Fundatoribus et Benefactoribus; necnon à Convocationibus Universitatis, tum quoq; ab Actibus saltim majoribus et publicis. Item in non adimplentes commissa Universitatis, aut ea persunctorie tantum exequentes, aut Rectoribus demum mandatis non parentes.

2. In funestis presentium temporum circumstantiis, ubi timentur pericula Sacrosanctæ Fidei Catholicæ, aut Jurium Orthodoxis hoc in Regno Communitatibus servientium, Ap oporteat Universitatem Nostram, tempestive aliqua media, Consilia et cogitamina pro conservando publico bono seo habere et curare.

3. Num melius et convenientius sit, latas Conclusiones Universitatis in subalternis Convocationibus per prius legi, corrigi et publicari, antequam inscribantur et ingrossentur Actis ejusdem Universitatis: tum rationes extradendorum Punctorum et Votorum, ne mora trahatur in Convocationibus Universitatis.

Dentur omnibus et singulis DD. Doctoribus et Professoribus duntaxat Salariatis et incorporatis. Ex parte Rectoris Universitatis sub pœna non contradicendi et prout diligitur bonum commune.

CONCLUSIONES

Invocatô Dei auxiliô per devotè recitatum Veni Sancte Spiritus etc. hoc sunt resoluta ac decisa.

Ad 1mum. Ex occasione prelectionis Conclusionum Universitatis in Convocatione anteriori in ordine 2da latarum, conclusum est 1mô. quatenus Illustris Niegowiecki circa Borcanarum defectus, seu clavis dubia respectu earundem emergentia conferat cum Perillustri Szajowski Archidiacono Collegiatæ Sandecensis et Foraneo Officiali Pilsnensi, uti ad Actum Visitationis Apostolicæ et Regiæ, et respectivè quoad compilandum Opus Borcanarum Subdelegato, Idem Opus debitè perficiatur, et ex integro perfectum ad Acta tam prælibatæ Visitationis quàm et Universitatis extradatur, juxta nexum anteriorum Conclusionum et dispositionum, quæ de hujusmodi Borcaris exactè describendis, per prius et toties jam intercesserunt. 2do. Onus vindicandi Summam Originalem Quingentorum Florenorum Hungaricalium, seu Aureorum Nummorum, cum Censu Annuo Sexdecem Marcarum, seu reductione earundem juxta currentiam moderna monetæ, tanquam à Summa Capitali Novem Millium florenorum Polonicalium provenire et solvi debito, quoniam directè ad Seniorem Contubernii Juris-peritorum, uti Altaristam S. Joannis ante Portam Latinam in Ecclesia Cathedrali Crac: juxta Originalem Inscriptionem Anno 1512. d. 16. Aprilis, in Castro Crac: super Bonis Zabno, Oporyszow, Wszaradza, Klisz ac aliis Villis adjacentibus factam, pertinere dignoscitur, ideo Illustrem Carnum Toryani præsentaneum Seniorem ad vindicationem hujusmodi retentorum

rum censuum, aliorumq; ad idem Contubernium spectantium, indispensabiliter obligatum esse censuit Universitas, et quatenus opportunos Juris Processus reassumat et perficiat, etiam pro suorum Successaneorum informatione et eorundem meliori conditione ad debitum perducat effectum, iterum iterumq; injunxit. 3tiò. Retulit Illustris Clarmus Niegowiecki uti Prefectus Typographiæ Universitatis, 1a antiquos et usu detritos ejusdem Typographiæ Characteres actu transfundi. 4tò. Clarissimis Dñis Medicinæ Doctoribus cum adjuncto Illustri Skoczkowski Revisio Apothecarum, cum relatione in scriptis facienda, Universitati, iterum commendata est. Pariformiter Revisio Officinarum Librariarum, quæ ob legales rationes nondum subsecuta est, rursus Eidem Perillri Lipiewicz U.J. Doctori et Professori, prout in ante, commendatur. 5tò. Quoniam Illris Clarmus Laskiewicz modernus Coloniæ Pinczoviensis Director nondum Descriptionem ruinarum memoratæ Coloniæ Perillri Dno Declos, uti Provisori transmisit, nèq; Antecedanei DD. Directores ex certa Summa pro reparatione ædificiorum ejusdem Coloniæ converti solita, calculum hucusq; fecerunt, hinc commendatum est prafato Perillri Dno Provisori, quatenus hujusmodi calculum, ab iis quorum interest indilatè faciendum requirat, relationem ea de re in Convocatione immediatè sequenti coram Universitate facturus. 6tò. Statutum de electione Executorum Testamentariorum et condendis per Personas Universitati incorporatas Testamentis, ex integro et fideliter servandum esse, unanimiter conclusum, idq; ex vi prastiti super servandis Statutis juramenti, et ex amore Boni communis, non obstante contrario, si si quando et per aliquos irrepsit.) hac in re abusu. 7mò. Negotia Coloniæ Varsaviensis, prout expedit et utile est peragenda ac effectuanda, rursus commendata sunt Perillri Dno Lipiewicz, uti Coloniæ ejusdem Provisori. 8vò Circa Summam flor. 20000. Scholastico Neocorinensi servientem, quoniam aliter dispositum est, ideo in futura Convocatione Universitatis, distinctum Punctum hac de re extradi debebit. 9nò Quod attinet editionem Calendariorum per Clarmos Professores Mathematicos, ac materias in iis tractandas, committitur id Illustri Clarmo Niegowiecki uti Ordinario Astronomo, ut cum iisdem Professoribus conferat, modosq; competentes ipsis præscribat, Magnifico Domino Rectori, aut toti Universitati, quoties opus fuerit, de hujusmodi ritè gestis relationem facturus. —— Extra Puncta verò, quoad 3tium, quoniam descriptio Status Jurium ac cæterorum Coloniæ Leopoliensis, hucusq; effectuata non est, ideo ut quantocyus fiat, commissum est id Curæ Illmi Clarmi Mrugaczewski, uti dictæ Coloniæ Provisoris, cum addito Eidem in adjutorium Illustri Jankiewicz, U.J. Pre, tanquam prafatæ Coloniæ immediato Rectore. —— Tandem ex prælectione Conclusionum Convocationis in ordine 3tiæ, quoad 6tum Lapidea Hungarorum dicta, tum altera Meysztynensis nuncupata, sibi immediatè vicina, in Platea S. Francisci sita, magnâ ex parte desolatæ, cùm in reparationem sui notabiles omnino exigant expensas, quibus erogandis erarium Universitatis nequaquam sufficit, ideo adhærendo superioribus Conclusionibus ea de re latis, ex præmissis et aliis rationibus censuit accelerandam esse hujusmodi utriusq; lapideæ divenditionem, habita tamen ratione pluris offerentis, et servandæ debitæ quoad hunc actum formalitatis, seu solennitatis Juris.

Ad 2dum. Producta et lecta sunt in facie Universitatis, Romana et authentica 2a Litera Indulgentiarum à S. Sede Apostolica, occasione Canonizationis S. Joannis Cantii in favorem Episcoporum Regni Poloniæ et M.D. Litt. Ecclesiæ Cathlis Crac: Prælatorum et Canonicorum, Magnifici Dni Rectoris, tum Doctorum et Professorum Universitatis nostræ, necnon omnium Curatorum et Vicariorum totius Regni, ad postulationem Perillris et Andmi Antonii Zolcziowski Canonici Cathlis Crac: in negotiis Universitatis generalis

Plenipo.

Plenipotentis hucusq; Romæ commorantis, quarum Indulgentiarum impressionem et ad varias Regni Provincias transmissionem, tum alia hac in materia, pro ampliori cultu S. Joannis Cantii Patriarchæ Nostri devotè et honorificè peragenda, commisit Universitas Illnibus Clarmis Stanislao Patelski et Joanni Ambrozewicz.

Ad 3tium. Audita relatione circa quædam præliminaria in ordine ad expediendum Solemnem Actum Canonizationis supra laudati S. Patriarchæ Nostri hic Cracovia die 26. Julii Anno proximè futuro 1760. celebrandum, jam aliàs subsecuta, consulendo tempestivè et providendo quantum fieri potest adeò celebri et gravissimo negotio, conclusum est unanimi voto 1mò. Ut singularis cura solennissimi hujus Actus committatur vel maximè Perillustri Domino Krzqnowski, uti laudatæ Canonizationis Procuratori, necnon Illustri Clarmo Putanowicz, interea Artistarum Decano, qui quantum ipsis in Domino videbitur omnia et singula disponent ad gloriam prælibati Actus pertinentia, juxta informationes jam aliàs in ante illatas et approbatas, salva duntaxat referibilitate in rebus arduis, sive ad Magnificum Dominum Rectorem, Patres et Consilianos, sive ad totam Universitatem. 2dò. Terminus à Quo Processionis seu Introductionis Reliquiarum Sancti ad Collegiatam Divæ Annæ, optandum est ut sit Ecclesia hujus Urbis primaria Cathedralis, ad quem effectum Magnificus Dñus Rector appromisit se consensum Reverendissimi Capituli facilè impetraturum. 3tiò. Luciam peculium satis exiguum est pro condignis sumptibus, ideo nonnisi juxta possibilitatem aliàs modestam decentiam, plausus et triumphi procurari debebunt. 4tò. Supradicti Perillres Domini tempestivè deputati sunt ad Nobilem et Spectabilem Proconsulem totumq; Magistratum hujus Metropolis Cracoviæ, quatenus pro pietate erga Sanctum Joannem Cantium in hac Urbe Thaumaturgum, singulos Cives et Patritios Cracovienses moneant et alliciant ad exornandas Capideas, præcipuè totius Plateæ Carstrensis ac Circuli Civitatensis, potissimum sub tempus Solemnis Processionis, item ut Prætorium pariter exornari et illuminari procurent. 5tò Ad ostium Plateæ S. Annæ tunc primum Porta Triumphalis exstructur, à quâ totius Plateæ S. Annæ usq; ad mœnia Urbis suis ornamentis distingue prout Ichnographica delineatio à Virtuosis Magistris Pictoribus ad præsens producta edocet et informat. 6tò. In Ecclesia S. Annæ Devotio inciendo à primis Vesperis Diei 26tæ Julii ad 29. ejusdem, nempe per triduum celebrabitur. 7mò Invitatio Celebrium Concionatorum, item repræsentatio ignium artificiosorum, Conductio tormentorum bellicorum, illuminatio Turrium et Ecclesiæ S. Annæ, et cætera hujus generis, quæ ad Solennitatem et Majestatem hujusce Actus spectare videbuntur, prævio privato, quoties opus fuerit colloquio et consilio, iisdem ut in anteriori Convocatione præcommissa est. Tres etiam Orationes Panegyricæ horis pomeridianis dicentur, et typis mandatæ in publicum extradentur, ad quod effectuandum sponteam alacritatem et pietatem suam obtulit Illustris Clarmus Mączkowski Tylicianus Orator.

Ad 4tum. Lectis et auditis Literis Illmi et Rndmi Dñi Mathiæ Lubienski, Metropolitani Gnesnensis et Cathedralis Warmiensis Decani, incorporationem Templi S. Stanislai ad Cathedram Gnesnensem siti, ibidemq; pro Colonia Nostra Academica, necnon tribus Professionibus ex proventibus dicti Templi S. Stanislai conservandis, se procuraturum offerentis, pro hac pia liberalitate et optima in Universitatem Nostram Voluntate, maximas gratias agendas esse decrevit Universitas laudato Illustrissimo et Reverendissimo Prælato; quia tamen fertur dictum Templum notabiliter desolatum esse, cujus reparationes Universitas sustinere non poterit, de proventibus quoq; num certi sint, et quantum efficiant, tum de obligationibus et officiis, ad quæ suprafati Professores obstricti esse debebunt, adhuc non constat, ideo hujusmodi negotium opportunè et utiliter agendum, prudentiæ Magnifici Domini Rectoris relictum et præcommissum est.

Ad 5tum.

Ad 5tum. In Directorem Colonie Academice Inesnensis, quoniam Excellens et Admodus Andreas Rosmacinski Phie Dr et Pfr, cum revocatione abinde, Excellentis Sartrzebski per Magnificum Dominum Rectorem constitutus et jam ablegatus extitit, ideo electionem ejusdem, ratam habet Universitas, laborem ejus pro merito acceptat, et gradum eidem præcustodit.

5a

Ad 6tum. Audivit Universitas de liberali munificentia Illustris Magnifici Dni Jasienski Incisoris Districtus Kownensis Capitanei Michalovicensis, Summæ Decem millium flor. Polon. super Bonis Chroszczyce pro Capellano Studiosorum, sive pro incremento Studii Colonie Academice Albe Ducalis (super quibus Bonis memorata Colonia habet etiam aliam Summam Viginti Millium flor. Polon.) ad præsens locare seu insenbere intendentis, quam Summam et fundationem gratâ animô acceptavit Universitas, Cujus nomine Magnificus Dominus Rector appromisit se gratias acturum, et per Literas de hujusmodi intentione pralibati Magnifici Domini, Directorem et Professores illius Colonie certiores redditurum. Quia tamen dicta promissio aliquot ab Annis iteratur, proinde ut finem et efectum quantocyus sortiatur, Illris Carmus Foltanski, uti Provisor suprafate Colonia, urgebit Literis suis Tanissimos Olchawski et Bularni, ut curent acceleationem et effectuationem hujusmodi beneficii, jam alias toties appromissi.

6a

Ad 7mum. Quoniaminter Clarissimum Directorem et Excellentes Professores Colonie Albe Ducalis contentiones et jargia persæpe oriuntur, incalaturq; idem Carmus Olchawski, quòd extra antiquam praxim Octingentos florenos prodse ipso, acsi in vim Salarii Annui tollit et percipit, vindicationes verò et reparationes summopere necessarias negligit, cùm stantibus ejusmodi litibus et objectionibus præsumitur non seruari debite Studiorum Cursus, et res ibidem non bene tractari, quocirca succurrendo bono ordini et regimini illius Colonie censuit Universitas necessarjam fore illiusmet Colonie Visitationem, tempore commodiori per Generalem Visitatorem, sumptu illius Colonie per Carmum Olchawski subministrando, tam quoad interna quàm externa expediendam; interea Illris Carmus Foltanski Provisor, de progressibus Professorum et Directoris hujusce Colonie aliunde inquirat, eosq; ad rite obeunda officia sua moneat et compellat.

7a

Ad 8vum. Quoniam ex Revisione per Delegatos à Celsissimo Cancellario Apostolico et Regio Visitatore Universitatis nostre, facta et subsecuta, constitit Beneficium Premycoviense desolationibus obnoxium esse, ideirco Universitas, obviando majoribus ejusdem Beneficii ruinis, ac consulendo reparationi ejusdem, necnon satisfaciendo Voluntati Celsissimi Visitatoris, in Sequestratorem proventuum hujusce Beneficii, in reparationem ejusdem convertendorum, elegit Illrem Clarmum et Adm Rndum M. Joannem Rygalski Sæ Theologie Præsentatum, Universitatis Generalem Procuratorem, qui salva Congrua Facultati Philosophicæ debita, juxta Instrumentum et facultates à Celsissimo Domino sibi dandas et impertiendas, circa dictam reparationem procedet, et sibi commissa exequetur. Quia verò Magnificus Waxman modernus Tenutarius Beneficii Premycoviensis, produxit prætensiones ad idem Beneficium esse regulantes, ideò ut verificentur et omni meliori modo pacificentur, commissum id est Perillustribus Procuratori Universitatis, Lipiewicz et Putanowicz, cum faciendas tandem de expedito hocce negotio relatione.

8a

Ad 9num. Fecit relationem Perillris Dnus Procurator de Summis Capitalibus ex Bonis Mlodzieiowice et Bolen levatis, et in alia Bona transportatis, quæ quidem transportatio facta est in eum qui sequitur modum. Imô. Magnificus Remer Thesaurarius Palatinatus Crac: accepit Summas binas, Imam pro Anniversario Szymakoviano V. Capituli S. Floriani fl. 5000. alteram pro Anniversario ejusdem per Collegium Majus absolvendo fl. 5000. in Summa fl. 10000. 2dô. Magnificus Josephus Waxman. accepit Summam Viginti Millium fl. polon. Fundationis Perillris olim Philippowicz, pro Capella Musicorum ad Collegiam

9a

ad Collgtam S. Annæ, à qua Summa Capitali debebit solvere Censuam annuum duplici Rathâ, unam pro Festo SS. Trium Regum, alteram pro Festo S. Joannis Baptistæ, nunc autem anticipativè solvit Censum in florenis mille pro primo Anno. 3tiò. Illustrissima Marianna Jordanowa Castellana Woyniciensis Vidua derelicta, accepit 1mò. Summam Sex millium Collegii Juridici pro variis Fundationibus, 2dò. Summam Quinq millium pro Anniversario Szymałoviano per idem Collegium Juridicum absolvendo. 3tiò. Summam flor. mille ad Capitulum Omnium Sanctorum pertinentem. 4tò. Summam Trium millium Perillis Domini Stęplowski propriam. 5tò. Summam Trium Millium ad Ecclesiam in Konjusza. 6tò. Summam Duorum Millium Confraternitatis ad Ecclesiam S. Nicolai Vesolovia sitam; quæ Summæ simul junctæ efficiunt Viginta Millia flor. Polon. 4tò. Illustris Magnificus Borzęcki accepit 1mò. Summam Octo Millium Fundationis Pałaszoviana pro eleemosyna qualibet feriâ quintâ in Ecclesia Collegiata S. Annæ, pauperibus distribuenda. 2dò Summam fl. 7200. pro Anniversario Lutiniano. 3tiò. Summam fl. 3500. Collegii Minoris. 4tò. Summam Collegiatæ S. Georgii in Arce Crac: fl. 1600. quæ Summæ simul junctæ efficiunt fl. 20300. 5tò. Magnificus Dnus Laszewski Capitaneus Woyniciensis accepit 1mò. Summam Octo Millium pro Anniversario Krupecciano. 2dò. Summam fl. 900. utriusq; Capituli S. Annæ. 3tiò Summam fl. 2000. Rndum Sacristianus S. Annæ concernentem. 4tò. Summam fl. 3750. Universitatis propriam, in Summa accepit flor. Polon. 14550. quæ omnes et singulæ Summæ in unum collectæ faciunt Summam generalem flor. Polon. 84050.

Ad 10mum. Lectio Revisionum Beneficiorum Universitatis expeditarum sive expediendarum, dilata est ad tempus Dierum longiorum et calidioris auræ.

Ad 11mum. Quoniam Perillis et Rndmus Ankwicz U.J.D. Canonicus Cathlis Cracov. uti Executor post fata Perillis et Rndmi olim Adalberti Grzymała S. Theologiæ et Phis Canonici Cathlis Crac: et respective Collegiata OO.SS. Præpositi, susceperit in partes suas curam reparandæ Scholæ OO.SS. ex peculio derelicto Perillis olim Præpositi, ideo necessitati præfatæ Scholæ satisfactum esse censetur.

Ad 12mum. In Seniorem Scholæ Wieliciensis electus est V. Valentinus Senkowski AA.LL. et Phiæ Baccalaureus, ad cujus Scholæ Revisionem deputatus est Illris Clarmus Szybalski Collega Minor, cum facienda de Statu ejusdem in Scriptis informatione et relatione.

Ad 13tium. Quamvis Universitas summam necessitatem Studii Architectonices adinveniat, sed quia se videt ingentibus expensis exhaustam, adeò ut non sit in statu stipendiandi Professorem, qui eidem Scientiæ foris operam navare posit, quamobrem istiusmodi negotium ulteriori deliberationi reservat.

Ad 14tum. Quod attinet Borcanam Raciborsianam, hæc propinqui Provisorem habere adinventa est. Borcanas nihilominus Borkovianam, Haszkovianam et Romerovianam pertinere ad Magnificum Dominum Rectorem pro tempore existentem, ex indagatione compertum est.

Ad 15tum. Zygmuntoviana Borcana non haret in manibus Universitatis, sed Provisor ejus est Præpositus Będzinensis. Zielonecciana et Jezierkieviciana Borcanarum nullum vestigium se posse invenire retulit Illustris Szopiański, quod tamen negotium rursus eidem commendatum. Tyliszoviana verò Borcana dicitur esse fundationis Illustris olim Christophori Tyliszowski Decani Mansiensis, cujus dos consistebat in Summa Capitali 3000. flor. Polon. Testamento in Anno 1609. confecto pro Borcana asserta, disposita, sed Executores hanc ultimam dispositionem sui Testatoris ad executionem non deduxerunt, Summamq; ejusmodi nullibi inscripserunt, nec de eadem præter Ordinationem Testamentariam ullibi extat vestigium; proinde deberet expungi ex Regestro Borcanarum, siquidem nulla adsuat munimenta ad eandem tam in Universitate quàm in Collegio: quemadmodum et fundatio Tyliszoviana in fl. 500. pro Decano Mansiensi totaliter deperiit, cùm fuerit locata in Consistorio aquis successivè submerso. Radzviana Borcana pertinet ad Provisorem Contubernii Sisiani, quam Custos Miechoviensis vindicare tenetur, et Provisori dicti Contubernii reddere. De Przedzieccana et aliis Borcanis informatio differtur per Illustrem Niegowiecki faciendam.

Ad 16tum

Ad 16tum. Cùm Opus seu Synopsis omnium et singularum Borcanarum ex integro compilabitur, tunc ordini et manutentioni earundem firmiter providendum erit, quapropter hac de ratione præsens punctum differtur.

Ad 17mum. Quoniam ex DD. Salutatoribus Magnatum Cracoviæ hospitantium, nonnulli absentes sunt, et nonnulli defuncti, ideo ad numerum Salutatorum præsentium, adjuncti et electi sunt Illres Clarmi Dni Fiszkiewicz et Szybalski. Visitationes verò Juventutis per electos in ante DD. Visitatores, insistendo totiesque latis et reassumptis Conclusionibus, quatenus omnino peragantur, decrevit et iterum commendavit Universitas.

17.

Ad 18vum. Retulit Perillris Dnus Procurator reperiri circa alia Munimenta Universitatis Librum Testamentorum, illicq; esse inscripta Testamenta, quæ hactenus conquiri poterant, cætera autem desiderari adhuc. Quamobrem commendavit Universitas Illustri Czerwinski perficiendum esse hoc Opus tantopere necessarium, curandumq; ut quæ adhuc desunt Testamenta, eidem Libro inserantur, qui conservari debet penes Perillrem Procuratorem Universitatis communicandus, si id necessitas postulaverit, Dnis Doctoribus et Professoribus duntaxat intraneis, salva ejusdem restitutione.

18.

Ad 19num. Fecit relationem Perillris et Adm Rndus Dnus M. Casimirus Applowski Sæ Theæ Dr et Pfr colligi à Se fasciculum eorum omnium, quæ in Causa prætensa Universitatis Leopoliensis, inter Universitatem et Collegium Soc. Jesu acta gestaq; sunt, rogavitq; Illustres Executores Perillris olim Biegaczewicz reddi sibi, quidquid hac in materia, inter derelicta post Obitum Ejus scripta posset reperiri, postulavitq; insuper superaddi sibi aliquas personas in adjutorium laudati laboris, in locum Perillris olim Biegaczewicz, atq; in continenti ad idem negotium electi sunt Illustres Clarmi Mrugaczewski et Jankiewicz.

19.

Ad 20mum. Lecta et auscultata sunt Literæ Magnifici Rectoris Universitatis Zamoscensis, super Causa inter Universitates Regni et memoratum Collegium Leopoliense Soc. Jesu mota et vertente, ex quibus quoniam constitit Causam eandem ex Judiciis Actionalibus ad Judicia Relationum Decreto Illustrissimi olim Malachowski Cancellarii Regni adhuc in Anno 1761. remissam, rursus verò per gratiosum Rescriptum Serenissimi Stanislai Augusti Regis et Domini Nostri Clementissimi ad eadem Judicia Actionalia Annò currenti 1767. restitutam, vigore Cujusmodi Rescripti etiam Mandata Regia seu Adtitationes dicto Collegio Leopoliensi intimata sunt, ideo rogandum censuit Universitas Magnificum Dominum Rectorem, quatenus dirigat Literas suas ad Illustrissimum et Reverendissimum Modzieiowski Cancellarium Regni Supremum, uti Universitati Nostræ plurimum addictum et faventissimum, commendando hujusmodi Negotium Protectioni Ejusdem et expetendo determinatum tempus, quo Causa hæc posset in jus vocari et felici exitu definiri.

20.

Ad 21mum. Fecerunt relationem DD. Præpositi Collegiorum, Decani Facultatum, Classium, Contuberniorum et Scholarum Provisores, respectivorum suorum Collegiorum, Facultatum, Classium, Contuberniorum Scholarum, Status, fundationes, jura alia spectantia Munimenta per se collecta, atq; Illustrissimis DD. Visitatoribus Subdelegatis in actu Visitationis jam esse reddita, quod ipsum Provisores Academiarum et Coloniarum Tarnoviensis, Culmensis, Sandecensis, Vieliciensis, Vidaviensis præstiterunt, Academiarum verò Posnanensis, Albæ Ducalis, Pinczoviensis, Coloniarum Varsaviensis Leopoliensis Gnesnensis, Kozensis reliquarumq; quoniam Status nondum transmissi sunt, ideo eosdem respectivi Provisores, ut quantocyus fieri potest, haberi curent, commendatum est. Tria verò ejusmodi Collectionum exemplaria describenda esse censuit Universitas, quorum unum Illmis Visitatoribus reddatur, alterum penes Provisores maneat, tertium in Archivio Universitatis reponendum. Et quoniam Originalia variarum Fundationum jura hærent in manibus Illustrissimorum Subdelegatorum, quamobrem ne aliquo fato depereant, eorum rehabitio est curanda. Ex incidentia Puncti

21.

hujus

hujus, intulit Perillris Dnus Lipiewicz U.J.Dr et Pfr; Academiæ Posnaniensis Provisor, reperiri se penes Statuta reformata et per Universitatem jam aliàs approbata, dictæ Academiæ Posnaniensi servientia, quæ etiam palam monstravit et produxit, eaq; ad perpetuam rei memoriam Actis Universitatis ingrossari petiit, quam illationem uti justam et æquam Universitas acceptavit, et ad effectus dedùci censuit.

Ad 22dum. Fecit informationem de Visitatione Coloniæ Gnesnensis Perillustris Dnus Lipiewicz, ejusdem Coloniæ Provisor, quemadmodum et Illustris Fiezkiewicz immediatus Academiæ Posnaniensis Rector, quia rediens Cracoviam, cùm divertisset Vidavam, rogatus fuerat ab Incolis Civitatis illius, quatenus subrogaretur alius Director in locum præsentanei, ex quo hic remisse imò et negligenter satisfacit officiis suis. Quamobrem Universitas succurrendo bono regimini et profectui Studiorum, memoratæ Coloniæ, commisit Illustri Czerwinski uti Provisori ejusdem Coloniæ provinciam curandi, et in locum prioris substituendi alterius Magistri sive Baccalaurei ad regendam et docendam eandem Coloniam.

Ad 23tium. Revisionem Scholæ S. Annæ recenter per Illustrem et Admdum Dnum Joannem Cantium Tarski Canonicum Artwinscianum reparatæ, atq; restauratæ commisit Universitas Perillri Dño Fiezkiewicz, uti Præposito Collgtæ S. Annæ, cum assumendo sibi ex DD. Capitularibus Collgtæ ejusdem, cum necessè facienda relationis in proxima Convocatione.

Ad 24tium. Censuit Universitas titulum Provisoris Contubernii Sisiani perpetuò fore annexum Provisori Seminarii Academico-Diœcesani, ut quoties laudati Seminarii novus Provisor creabitur, assumat unà et nomen Provisoris Contubernii Sisiani, nè videlicet memoratum Officium tum dictum Contubernium, cui successivè accessit Seminarium, quandoq; extinguatur.

Ad 25tum. Quod attinet Privilegium Serenissimi Augusti II. Regis Poloniæ, quoad quinq; Beneficia Curata Professoribus Coloniæ Neocorcinensis serviens, visum est Universitati, ut inseratur Actis durantis ad præsens Apostolicæ et Regiæ Visitationis, seu Descriptionis Status ejusdem Coloniæ, ac commendetur Protectioni Celsissimi Domini Visitatoris.

Ad 26tum. Negotium concernens Jus Patronatus et Summam Sex millium flor. Pol. pro Decanatu in Ecclesia Parochiali Neocorcinensi favore Professorum illius Coloniæ per Testamentum Illustris Bogusławski Fundatoris Legatorum et dispositorum, Perillri Rygalski uti Provisori dictæ Coloniæ jure prosequendum in Judiciis Curiæ Celsitudinis Suæ commisit Universitas. Similiter respectu Summæ Viginti Millium flor. Polon. pro Scholastico suprafatæ Ecclesiæ, ut minimum dictus Scholasticus in futurum sit actu laborans in præfata Colonia Neocorcinensi, agendum commendavit, aliàs juxta favorabiles informationes Perillustris et Reverendissimi Domini Olechowski U.J.D. Canonici Sathlis Cracc: ad Actum Visitationis subdelegati, et Bono Universitatis optimè addicti.

Ad 27mum. A Summa Mille flor. Pol. per G. Miller pro Colonia Neocorcinensi ordinata, juxta mentem ejusdem Fundatoris actu recipitur census, et convertitur, de quo tamen fusior informatio fieri debet in descriptione Status Jurium et Fundationum Coloniæ ejusdem.

Ad 28vum. Quoniam pro multis Coloniis Jurisdictionis Universitatis Nostræ nondum sunt confecta Statuta, juxta quorum præscripta, et Studium peragi et bonus ordo servari debeat, quocirca ejusmodi Statutorum compilationem, saltim quoad generalia necessariam Universitas adinvenit, atq; hujusmodi Statutorum Collectionem ac descriptionem Perillri Dno Lipiewicz necnon Illustribus Fiezkiewicz et Toryani præcommisit.

Ad 29num. Quoniam nonnulla querelæ contra Excell. Adamum Ekartowicz Scholæ Bochnensis Directorem, de extorsionibus pensionis Judaicæ ad Magnificum Dñum Rectorem delatæ sunt, ex cujus causa orta est lis cum Judæis Visnicensibus in Judiciis Thesauri Regni, cum illatis ac inferendis præjudiciis, tam cæteris Coloniis quàm ipsi Universitati, ideo Eundem Excell. Ekartowicz ad

refusi-

refusionem Aureorum decem, in Causam supra dictam culpâ ipsius intentatam erogatorum ac aliarum expensarum si et inquantum ex occasione ejusdem faciendarum obligatum esse censuit Universitas, de cæteris verò inconvenientiis ac negligentiis circa officium suum, super quibus per Literas incusatur, seriò inquirere, et si opus alium in locum ipsius dictæ Scholæ Professorem providere præcommisit Illustri Clarmo Toryani, cum facienda super præmissis relatione. Interim jura qualiacunq; haberi, vel ex variis Libris colligi ac derivari possunt, conquirenda et connotanda esse censuit, ad tuitionem suprafatæ Causæ; quòd nimirum Judæi hoc in Regno teneantur ad quasdam pensiones Scholaribus, Coloniis seu aliis Academicis locis, vigore antiquissimi usus, Consuetudinis immemorabilis, etiam ex vi initarum Compositionum, ac plurimis ex rationibus contra eosdem Judæos tanquam maximos Fidei Christianæ hostes, varia absurda et præjudicia perpetrantes militantibus; quæ sic collecta et conscripta referentur ad Magnificum Dnum Rectorem, uti Varsaviam ad prælibata Judicia transmittenda.

Ad 30mum. Quoniam Revisio Archivii Universitatis per subalternum Instrumentum Celsissimi Cancellarii et Visitatoris Apostolici demandata, ac Illustrissimo Chyczewski Archidiacono Cathli Crac: specialiter commissa est, ut quantocyus eo quo fieri potest facilioni modo perficiatur et expediatur, ideo accelerandam esse censuit Universitas, nihilominus ob rigorem hyemis et defectum commodi loci ad Festum S. Adalberti in Anno Futuro 1768. eandem distulit, et abhinc sine ulteriori dilatione et mora finaliter peragendam decrevit.

Ad 31mum. Lectum et auscultatum est Instrumentum publicum Celsissimi Principis Loci Ordinarii constituens Censores Librorum pro Diœcesi Cracoviensi, videlicet Magnificum Dominum Rectorem præsentaneum, Perillres DD. Casimirum Stęplowski Sæ Thæ, Andream Lipiewicz U. J. et Josephum Putanowicz Sæ Thæ Doctores. Unde commendatum est, quatenus CC. DD. Typographiarum Præfecti, ea singula quæ ibidem præscripta sunt observari curent. Similiter Panegyristæ ac aliarum Academicarum Lucubrationum seu Opellarum Authores, nihil sine scitu et permissu Rectorali typis mandare præsumant, et juxta perantiquum usum permissum Rectoralem annotent. Cætera verò pro Munere suo Perillres DD. Censores exequentur.

Ad 32dum. Quoniam Universitas tot superioribus Conclusionibus ordinavit et decrevit, constituendum esse Generalem Oeconomum Bonorum suorum, quam mentem et dispositionem Universitatis etiam Ipse Celsissimus Dnus Cancellarius et Visitator, per Literas suas sub die 7. Mensis Aprilis Annô currenti 1767. approbavit ibi = Gdy większe daleko Universitati emolumentum iest trzymać na siebie Dobra, niżeli ie kontraktem Arendownym puszczać, Ja nie maiąc præ oculis żadnego interessu, ale szczegulnie bonum ejusdem Universitatis, w Dekrecie Reformationis potwierdzę to y ustanowię na dalsze czasy, etc. = ideo necessarium adinventum est, quatenus officia et obligationes, quæ dicto Generali Oeconomo imponendæ erunt, præscribantur, Salaria et obventiones, quæ eundem concernent, assignentur, sed quia utrumq; in continenti decerni nequit, ideo negotium hoc ordinandum et plenarie perficiendum, commissum est Magnifico Dno Rectori, Perillribus Dnis Stęplowski, Czyrnicki, Lipiewicz, Rygalski, Putanowicz, non obstante unius aut duorum absentia, et salva relatione coram Universitate, facienda.

Ad 33tium. Lectum et auscultatum est Publicum Notarii Apostolici Instrumentum Præliminaris Compositionis per Deputatos Universitatis necnon Adm. Rndum Rectorem Collegii Soc. Jesu ad S. Petrum initæ, et Manibus Utriusq; Partis subscriptæ, sicq; legaliter subsecutæ, respectu commutationis posterioris fundi seu Areæ Contubernii Jurisperitorum, pro lapidea vicina ac eidem Contubernio contigua Męcinskich dicta. Et quia ejusdem Compositionis puncta, quæ hactenus effectuari poterant, effectuata sunt, nimirum Delineatio Architectonica, tam Contubernii quam lapideæ, de qua res, per Clarmum Gaworski repræsentata est: item Documenta ad dictam lapideam servientia, videlicet Cessionis ejusdem et Approbationis, Quietationis Officii Consularis

de Summa

de Summa quatuor Millium fl. Pol. respectu Onerum Civitatensium recepta, Revisionis ejusdem officiosæ per Quartualenses; item Revisionis per Deputatos à Rndmo Capitulo factæ, item Decreti Consensus Ejusdem Rndmi Capituli super præfata Commutatione producta sunt, idq authenticè; ideo Universitas, matura deliberatione præhabita, visis supra recensitis Documentis proprietatem et securitatem commutandæ lapideæ enuntiantibus et evincentibus, attentis supra citatis Revisionibus ac præcipuè Decreto Rndmi Capituli Cathedralis Crac: uti Protectorum memorati Contubernii Jurisperitorum Suum Consensum exhibente; potissimum verò visis et lectis Literis Celsissimi Principis Cancellarii Visitatorisq Sui de die 8. Augusti Annô currenti 1767. in hæc formalia exaratis = Co do interessu Commutationis Częsci Contubernii Juridici za kamienicę Collegii S. J. S. Petri Męcinska zwaney, z wypadłego, Dekretu V. Capituli Mei Cathlis, z opisania tak WMPana iako y JX. Rektora præfati Collegii Soc. Jesu, znayduię tę zamianę utriq Parti wielce pożyteczną, potrzeba przeto quantocyus ią effectuare, in quo niechay iuż żadnego skrupułu nie formuią Ordines Academici, ale y owszem zgodnie concurrant do skutku tego dzieła, z ktorego obiema Stronom notabile resultat commodum. Kiedy V. Capitulum uznaie hanc Commutationem utilem, żadnemu iuż skrupułowi mieysce bydz nie powinno, bo zapewne V. Capitulum doyzrało się pro Officio Protectorum, aby ta kommutacya na znaczny pożytek Contubernii wyszła etc. altè dictum Instrumentum approbandum, ratificandum Actisq suis inserendum, seu per Oblatam ad alia publica Acta porrigendum esse censuit, utq cætera et singula puncta hujusmodi Compositionis ad executionem deducantur, seriam attendentiam Perillribus Dnis ad id negotium in ante Deputatis, ac respectivè toti Consultissimo Collegio Juridico ex ratione vicinitatis, ac perinde facilioris in omnia circa præfatum Contubernium agenda introspectionis cum facultatibus ad id prærequisitis commisit, hac sua Conclusione ad præmissa mediante.

Ad 34tum. Ne ampliùs Cives Oppidi Kęty usurpent et prætendant simultaneum Juspatronatus Ecclesiæ S. Joannis Cantii in dicto Oppido sitæ, intercessit hoc in puncto Decretum Consistorii Gnrlis Crac: Annô currenti 1767. die Veneris Vigesimâ secunda Maji, adjudicans illud soli Universitati Nostræ, quod pro futurorum notitia his in Actis connotatur. Institutus autem est in Præbendarium ejusdem Cantianæ Capellæ Clarmus et Adm Rndus M. Stanislaus Petulski Phiæ Doctor, ab Universitate præsentatus, estq hactenus pacificus ejusdem Possessor.

Ad 35tum. Quoniam negotium Decimarum ad Capellam S. Mariæ Magdalenæ ex Villa Sidzina acsi pertinentium, præcommissum nonnullis Perillribus Dnis ab Universitate Deputatis hucusq non est expeditum, idq ob abscessum Illustris Marxen pro dirigenda Academia Posnaniensi, et ob subsecutam electionem novi Professoris Magdalenistici Illustris Minochi, ideo eadem Causa iisdem quibus supra et cum iisdem quibus supra facultatibus commissa est, quantocyus disjudicanda, et optato ad instantiam utriusq Partis fine terminanda.

Ad 36tum. Cursus Moralis Theologicus collatus est Illustri Clarmo Patelski, S. Thæ Pfri, Cursus verò Philosophicus Fundationis Vladislavscianæ datus est Clarmo Wisniowski Collegæ Minori. Ex cujus puncti occasione censuit Universitas, quatenus Facultas Philosophica unum de medio sui Professorem, habilem ad id muneris et idoneum per se visum et adinventum tempestivè signet, qui taliter signatus præscripto ex Statutis tempore ejusmodi Professionem in Universitate, more solito et hucusq recepto petere tenebitur, non secus nec aliter.

Ad 37mum. Post liberam resignationem Præfecturæ Capellæ Musicorum per Illrem Putanowicz factam, cessamq in gratiam Universitatis pro ejusmodi labore annuam pensionem sibi debitam, electus est in Præfectum memoratæ Capellæ Illustris Jagielski S. Annæ Scholasticus, Collega Major.

Ad 38vum. Quoniam in solvendo prætenso debito difficultates occurrunt, ideo hoc punctum dilatum est.

Ad 39num. Datus est consensus divendendi Virgulta Zapacz dicta, cum arboribus quercinis siccatis aut putrefactis, duntaxat ex Sylvis Nasiechovicensibus.

Extra

Extra Puncta.

1. Responsum est, latas esse leges in absentantes se sive ab Anniversariis pro Fundatoribus et Benefactoribus, sive à Convocationibus, et Actibus publicis Universitatis, quæ abusivâ absentiâ ne practicentur, commendatum est, sub rigorosa animadversione Magnifico Domino Rectori reservata.

2. Tametsi notorium sit hoc præsertim calamitoso tempore Disunitos Fratres et Dissidentes Lutheranos sive Calvinistas potentibus Acatholicorum Principum Instantiis seu Subsidiis fretos, Orthodoxæ hujus Regni Reipublicæ magna mala moliri, cæterum soli Divinæ confidendo Bonitati et Potentiæ, patientiam in afflictissima hujusmodi persecutione servandam esse censuit Universitas, et nonnisi imitando antiquissimum morem Prædecessorum Academicorum suorum, Scriptis tam Theologicis quàm Canonicis, prout etiam jamid practicari asolet, succurrendum esse Sacrosanctæ Fidei statuit et concluſit.

3. Quoniam superiori Conclusione decisum est, quatenus Conclusiones Universitatis, cum sufficienti rerum et negotiorum quæ tractanda obveniunt explicatione descriptæ, vitando molestias et gravamen Magnificorum Dominorum Rectorum, etiam aliena manu per aliquem Clarissimum Dominum ex incorporatis Universitati Professorem, in Volumen et Acta ejusdem Universitatis inserantur et inscribantur, ideo convenientius et utilius judicatum est, quatenus hujusmodi Conclusiones in anteriori Convocatione latâ, in subsequenti per prius perlegantur, reformentur aut emendentur, ac tandem Libro Conclusionum Universitatis pro perpetua informatione et memoria Actorum inducantur, quæ tamen inductio et scriptura, saltim per duos Clarmos Facultatum Decanos, revideri et verificari ac subscribi debebit, quòd minimè immutata sit et cum suis concordet Originalibus. Injunctum tandem est, quatenus Clarmus Artistarum Decanus, uti Actorum Universitatis Notarius et Secretarius, post expeditas Convocationes, statim extractus seu breves Schedas extradat iis Clarissimis Dominis, quibus aliqua Negotia aut Officia peragenda commendata erunt, nè aliàs se ignorantiâ sive oblivione commissorum excusare prætendant. Concessum quoq; est, ut unicuiq; ex incorporatis liceat puncta, non modò pro suo interesse, sed etiam pro Bono Coloniarum, Studiorum, et aliàs totius Universitatis servientia, per Magnificum Dum Rectorem extradenda porrigere, et super his paratum suum projectum seu Sensum et consilium in scriptis adferre. Placuit denique, ne negotia præcipuè minoris momenti diutiùs quàm opus est agitentur, ut sufficiat sine mora per verbum placet ea concludere, in cæteris autem magis arduis negotiis dentur vota, per eos potissimum, qui pro vel contra rationes attendibiles allegare contendent. Ad extremum, cùm negotium nimis controversum occurret, singulorum vota et sensus attendi et notari debebunt, ut ex prævalentia rationum sapiens et honorifica decisio, seu definitiva Sententia et Conclusio erui, inferri et promulgari possit.

CONVOCATIO 2da.

Annô Domini 1760. die 19. Mensis Februarii, extradita fuit Convocatio Universitatis, more et stylo solitis, ad tractandum super sequentibus Punctis:

1mo Ad videndum incorporari gremio Universitatis Clarissimos M. M. Franciscum Kolendowicz et Simonem Banaczkowski Phiæ Drës et Pfres, post Responsiones et alias formalitates pro Collegio Minori factas.

2dò Ad continuandas dispositiones pro Actu Solemni Canonizationis Sancti Joannis Cantii, hic Cracoviæ celebrandi, si quæ opportunæ videbuntur.

3tiò Ad consulendum super negotiis, quæ Universitatem tangunt, in Comitiis generalibus Regni extraordinariis ad præsens Varsaviæ actu durantibus.

4tò Ad audiendum de pia intentione et munificentia Illmi Domini Joannis Nowosielski Castellani Ciechanoviensis Summam Viginti Millium Universitati offerenti, pro absolvendis in Collegiata S. Annæ ex Censu quotannis solvendo Anniversariis.

5tò Ad consulendum Causæ respectu Bonorum Mlodzieiowice et Bolen ex parte

ex parte Generosi Borzęcki contra Universitatem et Illmum Castellanum Nowosiel-
ski in Judiciis Terrestribus Crac: actu pendenti.

6to Ad dandum consensum extradendi Privilegii super fundo Universitatis Kollegi-
achie dicto.

7mo Ad audiendum et resolvendum desiderium Perillis et Rndmi Dni Joannis
Krall, Canonici Cathedralis Posnaniens, Summam trium Millium flor. polon. pro
Alumno suæ fundationis in Academia Posnaniensi et pro restauratione ibi-
dem Typographiæ Academicæ offerentis.

8vo Ad permittendum Contractum emphyteuticum super Taberna Luborzycensi per
Curatum Beneficii ejusdem, Recurrentibus extradendum.

Tum ad alia si quæ per Rectorem proponentur.

Dentur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus duntaxat incorporatis.

Ex parte Rectoris Universitatis sub pœna non contradicendi.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Incorporati sunt Universitati Clarissimi et Admodum Rndi M.M. Fran-
ciscus Kolendowicz et Simon Banaczkowski Phiæ Dres et Pres, Collegæ Mi-
nores, absolutis omnibus de jure formalitatibus, præstiteruntq; juramentum per
datam solito more Magnifico Domino Rectori stipulatam manum, quòd in
Studiis Universitatis fideliter laborabunt, ac bonum ejusdem commune promo-
vebunt, quodq; secreta Convocationum non revelabunt.

Ad 2dum. Quæ ad solemnem Actum Canonizationis S. Joannis Cantii Patriar-
chæ nostri, hac in Urbe, die et Anno, ut supra specificatis, agenda, curanda et
ad effectum deducenda sunt, sicut per anterius Universitas selectis ad id
Perillibus Dominis commisit, ita committit et ad præsens. Habita autem rela-
tione per Magnificum Dominum Rectorem facta, de Consensu Rndmi Ca-
pituli, ut Devotio hujusmodi in Ecclesia Cathedrali inchoari valeat, ac exea
Processio cum introductione Vexilli, Busti sive Reliquiarum ejusdem San-
cti ad Ecclesiam Divæ Annæ peragi, debitam pro hac gratia Peraugusto
Capitulo gratiarum actionem et gratitudinem Universitas contestata est.

Ad 3tium. Lectæ et auscultatæ sunt Litteræ Perillis et Rndmi Olechowski U.
J. Dris, Canonici Cathedralis Crac: Judicis Surrogati, et ad Actum Visitationis
Universitatis Subdelegati ad Magnificum Dominum Rectorem directæ, ex
quarum permoventia conclusit Universitas. Imò. Mandandum esse typis
Actum Universitatis, Sacræ Regiæ Majestati per Celsissimum Cancellari-
um et Visitatorem hostrum in nupernis Comitiis ad manus redditum quod
effectuandum commissum est Perillustri Domino Lipiewicz U. J. Dri et Pfn,
tum Illustri Clarmo Negowieckí Præfecto Typographiæ Universitatis.
2do agendas esse gratias per Litteras Magnifici Domini Rectoris Illmo Dño
Elia Wodzicki Capitaneo Stopnicensi, Nuntio ex Palatinatu Cracoviensi,
ad Commissionem Tractatuum seu condendarum Regni Legum à Statibus
Reipublicæ Deputato, qui ex speciali erga Universitatem favore, curam de-
am adhibuit, quatenus ex Abbatiis nondum Commendatis providerentur
stipendia et proventus pro Professoribus Nostris Academicis, tum quatenus
extingueretur prætensa Universitas Leopoliensis Patrum Soc. Jesu, præju-
dicia et damna inferens legitimis Cracoviensi et Zamoscensi Academiis,
quem ad finem produxit duas Schedas distinctas, seu ut vocant Pro-
jecta, pro admissione utriusq; urgenter instando; sed nondum constat si
hæc suum sortita sunt effectum. 3tio Si reassumptio eorundem Comitio-
rum, sive Comitialis ut supra Commissionis prorogabitur, ut communis fert
fama, ad Mensem Majum, censuit Universitas ablegandum esse pro iisdem
Perillrem Clarmum et Admodum Rndum Dnum M. Andream Lipiewicz, Utriusq;
Juris Drem et Pfrem, uti negotiorum et desideriorum Universitatis optimè gna-
rum, Cujus appromissam hoc in puncto benevolentiam gratis animis acceptavit.

Ad 4tum.

Ad 4tum. Fecerunt relationem Magnificus Dominus Rector et Perillris Michaël Czyrnicki Sacræ Thæ Doctor et Professor, quomodo Illustrissimus Dominus Joannes de Nowosielec et Zakrze Nowosielski, Armorum Jastrzębiec, Castellanus Ciechanoviensis intendit dare sive super Bonis suis inscribere Summam flor. 20000 pro Anniversario Charissimæ Consortis suæ Illustrissimæ Dominæ Annæ de Zydowskie Armorum Doliwa, celebrando quotannis in Ecclesia Collegiata S. Annæ Cracoviæ. Qua relatione audita Universitas, munificentiam ejusmodi, Illustrissimi Domini Castellani pergratô animô acceptavit, et in continenti, cum ea qua par est gratiarum actione deputavit de medio sui ad Illustrissimum Dominum Castellanum, Perillustrem Clarmum Adm Rndum M. Andream Lipiewicz U. J. Drem et Pfrem, et Illustrem Clarmum M. Josephum Putanowicz Facultatis Philosophicæ Decanum.

Ad 5tum. Retulit Perillustris Procurator Universitati, ratione Bonorum Mlodzieiowice et Bolen intentatam esse actionem tam Illustrissimo Nowosielski Castellano Ciechanoviensi quàm et Universitati, à Generoso Borzęcki eorundem Bonorum novo ùt asseritur hærede; Cui vicissim tam ex parte Illustrissimi Castellani quàm Universitatis intimatæ sunt Citationes ad eadem Judicia Terrestria Palatinatus Cracoviensis; quod negotium præviis debitis diligentiis ac consiliis cum Dnis Jurisperitis Practicis, faciendis, commissum est Eidem Perillri Dno Procuratori.

Ad 6tum. Annuendo petitioni DD. Burskie ædificii in fundo Kollegiackie dicto antiquitus extructi Possessorum, datus est iisdem consensus divendendi hujusmodi ædificia nimis desolata, et in ruinam vergentia, salvo dictô fundo Universitatis proprio; ad quem effectum Magnificus Dominus Rector Privilegium juxta usum et stylum antiquum extradere non renuet.

Ad 7mum. Lectæ sunt Literæ Illris Clarmi Adm Rndi M. Caroli Marxen, U. J. Pfris, Collegiatæ OO. SS. Cracoviæ Archidiaconi, Parochialis S. Nicolai Præpositi, Coloniæ Academicæ Posnaniensis præsentanei DiRectoris, quibus denuntiavit piam et liberalem intentionem Perillris et Rndmi Dni Joannis Krall, in Universitate Nostra U. J. Dris, Canonici Cathlis Posnanien, ac in eadem Diœcesi Consistorii Gnrlis plurimis ab Annis Meritissimi Judicis Surrogati, suis Titulis Ornatissimi, pro gloria Dei et incremento Studii Academici in dicta Colonia Posnaniensi augendo et ampliando, Summam Trium Millium flor. pol. offerentis, eandemq Summam in exigentias ejusdem Coloniæ, ac præcipuè in reparationem, seu reformationem Characterum Typographiæ in eadem Colonia consistentis, quàm maximè necessariam convertere, seu aliàs in Manus præfati Illustris DiRectoris Marxen, pro dictis necessitatibus Typographiæ et prout meliùs videbitur disponendam reponere et exsolvere sese paratum esse declarantis; quatenus nimirum ex Censu annuo à supradicta Summa Trium Millium provenientes unus Alumnus de Nomine et familia utriusq sexus Kralloviana, circa Studia sæpefatæ Coloniæ Posnaniensis foveatur, ac debitè erudiatur, victumq honestum seu congruum, à DiRectore sive Præfecto Typographiæ, durantibus duntaxat Studiis sibi provisum habeat, atq residentiam seu mansionem in Collegio Lubransciano, (: quam idem Rndmus Canonicus Krall, uti Benefactor et Alumni sui Fundator restauraturum se appromittit :) perpetuò sibi determinatam retineat, requirentis, ac ideo super præmissis punctis consensum Almæ Universitatis Crac: expetentis. = Et Universitas cum debita gratitudine et gratiarum actione acceptando tam Summam Trium Millium flor. Pol. in reformationem Characterum Typographiæ, sive in urgentem ejusdem Academiæ Posnaniensis reparationem, et aliàs prout meliùs Illrmo Capitulo Cathedrali Posnaniensi, sive Delegatis ab Eodem illius

Academiæ

Academiæ Protectoribus, visum fuerit, cum onere faciendi Calculi, quem ubi et quoties opus fuerit, Illustris Director præstare tenebitur, convertendam; super fructibus verò præfatæ Typographiæ, cum Censu Annuo perpetuis temporibus ab eadem proveniente, locandam et inscribendam, quàm et restaurationem habitaculi, pro conservando Alumno, ex Familia Rndmi Fundatoris, intra mœnia Collegii Lubranscicani, ubi nimirum commodiùs videbitur, effectuandam; censuit adhuc postulandum esse Eundem Rndmum Canonicum Krall, uti, ab antiquo singularem Coloniæ Posnaniensis, ac Professorum ibidem actu laborantium Benefactorem, quatenus onus inveteratum Summæ Capitalis florenorum Octingentorum Zgierscianum, vigore cujus Collegiatæ B.V. Mariæ in Summo, et S. Nicolai, de proventibus ejusdem Typographiæ Academicæ solitum Censum in flor. 40. quotannis recipiunt, deportare dignetur, ut nimirum dicta Typographia Academiæ Posnaniensis, nonnisi Summa integrali Trium Millium fundationis Krallovianæ perpetuò inonerata maneat, et nonnisi pro subsistentia unius Alumni ejusdem fundationis in posterum expendere sit adstricta; arguendo quoà singulis Ordinationibus altè memorati Perillis et Rndmi Domini Canonici Krall, uti Viri Sapientia et Meritis Clarissimi, et Musis Academicis plurimùm faventissimi, sive jam factis sive faciendis, ad effectum supra expressorum specialem Plenipotentem constituit Eundem Illustrem Carmum Marxen, dando eidem facultates ad idem negotium tractandum, promovendum et terminandum quocunq; modo prærequisitas et necessarias, ita ut quidquid per ipsum, actum aut gestum in præmissis fuerit, id se pro rato et grato habituram declarat, sua Conclusione ad præmissa mediante.

Ad 9um. Datus est consensus Perillri Dno Lipiewicz Luborzyciano Professori et Beneficii ejusdem Actuali Possessori, quatenus attenta meliori conditione Tabernæ et sui Beneficii, pactum Contractum Emphyteuticum suis Competitoribus largiatur.

Extra Puncta.

Resolvit Universitas esse potestatem circa Magnificum Dnum Rectorem, designandi Concionatores ad petitionem Religiosorum Patrum Philadelphiæ affectu Universitati Sociatorum, qui indolent super excusationibus ab hujusmodi Officio plausibili et honorem Universitatis ampliante, cujus dignum et laudabile exercitium decrevit Universitas omnibus DD. Professoribus debere esse meritorium.

CONVOCATIO 3tia.

Annô Domini 1760. die 14. Mensis Martii, extradita fuit Convocatio Universitatis, more et stylo solitis ad tractandum super sequentibus Punctis:

1mô Ad prælegendas Conclusiones anteriorum Convocationum, si debita executioni demandata sunt.

2dô Ad approbandum Contractum Emphyteuticum super Taberna Plebanali Luborzycensi.

3tiô Ad prælegendam revisionem Beneficii Luborzycensis per DD. Revisores deputatos expeditam.

4tô Ad deputandos Viros, qui Jura et documenta Parochi Luborzycensis ad Decimas quas Universitas possidet, revideant, et informent Universitatem, cuinam de æquitate et justitia ejusmodi Decimæ debeantur; idq; ad sopiendam litem inter Parochum Luborzycensem et Universitatem à plurimis Annis exortam.

5tô

5tò Ad resolvendum super errore numeratæ pecuniæ ab Illustrissimo Domino Nowosielski Castellano Ciechanoviensi pro Bonis Młodziciowice et Bolen receptæ, ad quam desunt Aurei 50. seu flor. Nongenti, necnon ratione retentorum pro medio Anno Censuum, Contributoribus ex præfatis Bonis debitorum.

6tò Ad inquirendum de Summa Viginti Millium flor. Pol. Scholasticum Neocorcinensem et Coloniam ibidem Academicam concernente.

7mò Ad deputandos Revisores Rationum Procuratoris Universitatis.

8vò Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem et Syndicum Universitatis.

9nò Ad deputandos Revisores Regestrorum Præfecti Typographiæ, eundemq; Præfectum eligendum vel reeligendum.

10mò Ad consulendum Studio in Classibus Novodvorscianis, ac præcipuè in Schola Rhetorica.

11mò Ad eligendum Seniorem Contubernii Jurisperitorum.

12mò. Ad eligendum Directorem Coloniæ Academicæ Tarnoviensis.

13tiò. Ad audiendam piam intentionem Nobilium ac Spectabilium Franchi et Lonchamps Consulum Leopoliensium, Summam Quinq; Millium pro fovendo altero Professore in Colonia Academica Leopoliensi offerentium.

14tò Ad consulendum Seminario Academico Posnaniensi et Bonis desolatis ejusdem, post recenter subsecuta fata Celsissimi olim Theodori Czartoryski Episcopi Posnaniensis; similiter et Coloniæ Academicæ Varsaviensi ex occasione eadem.

15to Ad audiendam petitionem Illustris Putanowicz, quietari se de exsoluta Summa Mille flor. Pol. mutuô accepta volentis.

16tò. Ad faciendam relationem de dispositione facta circa Oeconomum Bonorum Universitatis.

Extra Puncta.

1. Num et per quem scribendæ sunt Panegyres Illmis Episcopis Posnaniensi et Premysliensi Nominatis, tum Illmo Poniatowski Supremo Regni Secretario.
2. Num deferendum sit petitioni Sanctimonialium à Visitatione B.V.M. quoad Actum solemnis Canonizationis S. Franciscæ Fremiot de Chantal.
3. Quid respondendum Magnifico Waxman, commutationem Villæ Libiertow pro Villa Tęgoborz offerentis.

Tum ad alia, si quæ proponentur proponentur per Rectorem. Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus etc. Annô et die ùt supra.

Ex parte Rectoris Universitatis.

CONCLUSIONES

Ad 1mum. Ex occasione prælectionis Conclusionum in anterioribus Convocationibus latarum, decidit Universitas 1mò. Quoniam Perillris Clarmus et Adm. Rndus D. M. Josephus Declos Provisor Coloniæ Academicæ Pinczoviensis, retulit ex Calculo per Illustrem Baranski dictæ Coloniæ in ante Directorem, se coram facto, extare certam Summam pro reparatione ædificiorum ejusdem Coloniæ determinatam, hanc tamen erogatam esse in alias expensas menti Fundatoris difformes, proinde censuit Universitas stringendum esse præfatum Illustrem Baranski ad refusionem ejusmodi in alienas expensas erogatæ, detruncatâ duntaxat illa quota, quæ præcisè in reparationem ædificiorum conversa est. Insuper, quodsi ex Regestris aliorum Clarissimorum prædictæ Coloniæ Directorum constiterit prætactum Censum pro reparatione ædificiorum duntaxat ordinatum, in alios usus fuisse erogatum, illi etiam ad similem refusionem indispensabiliter obstricti erunt. 2do. Rursus commendata est

data est revisio Beneficii Premycoviensis, necnon verificatio pretensionum Magnifici Domini Waxman, iisdem quibus in ante Perillustribus Dnis ad hoc negotium deputatis. 3tiò. Revisio etiam Scholæ S. Annæ, rursus Perillri Domino Fiszkiewicz Præposito Collegiatæ S. Annæ commendata est, salva relatione in proxima Convocatione, Universitati facienda. 4tò Respectu Summæ florenorum Sex Millium Decanum et Colonigm Neocomiensem concernentis fecit relationem Perillustris Dominus M. Joannes Rygalski, dictæ Coloniæ Provisor, extraditas jam esse Literas Citæ, et Causam intentatam in Judicio Post Curiali Celsryssimi Domini Loci Ordinarii. 5tò. Compilatio Statutorum Coloniis Academicis servientium, iisdem quibus in ante Perillustribus Dnis commendata est. 6tò. Quod attinet nonnullas querelas factas contra Excellentem M. Adamum Chartowicz Scholæ Bochnensis Directorem, seria hoc in puncto inquisitio rursus Illustri Dñó Joiani commendata est, cum facienda per Eundem quo tempore Universitati relatione. 7mò. Quoniam ex Regestris Capellæ Musicorum, constitit Universitati Illustrem Starmum Niegowiecki auxisse sibi proprio motu Annuum Salarium ad fl. 200. cum in ante floreni duntaxat 100. penderentur Provisoribus ejusdem Capellæ Musicorum, itaq; censuit Universitas ex debito præfati Illustris Niegowiecki detruncandos esse florenos 500. ad rationem quinq; Annorum, quibus dictam Capellam Musicorum administravit. Pro reliquo debiti repetendo remisit Universitas dictum Illustrem Niegowiecki ad quem de jure debitoris stante

Ad 2dum. Exposuit Perillris Dnus M. Andreas Lipiewicz U. J. Doctor et Professor uti et tanquam Parochus Luborzycensis, quomodo previo consensu Universitatis, dimisit Tabernam dotalem Ecclesiæ Luborzycensis in fundo ejusdem Ecclesiæ dicto Poświątne sitam, una cum propinatione quorumvis liquorum, vigore juris specialis et antiquissimæ possessionis in eadem Taberna practicari solita per Contractum Emphyteuticum Honestis Bartholomæo et Agneti Dorażowskie Conjugibus ad secundam tantum generationem inclusivè, quem quidem Contractum Emphyteuticum is idem Perillris Lipiewicz in facie Universitatis prælegit ac petiit eundem in omnibus punctis, clausulis et ligamentis approbari, Actisq; Universitatis ingrossari. — Et Universitas audita ejusmodi relatione, auscultatoq; prædicto Contractu Emphyteutico, attento eo, quòd etiam per Antecedaneos Parochos Luborzycenses similes Contractus Emphyteutici super præfata Taberna concedebantur, et per Magnificos Rectores Universitatis approbabantur, attenta insuper in præsenti Contractu meliori conditione favore dictæ Ecclesiæ Luborzycensis subsecuta, censuit petitioni ejusdem Perillustris Lipiewicz moderni Parochi Luborzycensis deferre, dictum Contractum Emphyteuticum in personas Honestorum Bartholomæi et Agnetis Dorażowskie Conjugum, confectum in omnibus punctis, nexibus et clausulis approbari, Actis Universitatis ingrossari, manu Magnifici Domini Rectoris subscribi necnon Sigillo Universitatis communiri, prout defert et approbat præsenti Conclusione ad præmissa mediante.

Tenor prædicti Contractus, est ejusmodi:

Xiądz Magister Andrzey Lipiewicz Prawa Oboyga Doktor y Professor, Kollegiaty w Krakowie Wszystkich Świętych Kustosz, Luborzyckiy y Igołomskiy Pleban.

Wszem wobec y każdemu z osobna, komu o tym wiedzieć należy, niniejszym Kontraktem Emphiteutycznym czynię wiadomość. Iż ia wyżey wspomniony X. M. Andrzey Lipiewicz Prawa Oboyga Doktor y Professor iako Pleban Luborzyckiy maiąc Karczmę na Gruncie Plebańskim Poświątnym czyli Kościelnym przed laty kilką z nie małym kosztem nowo wystawioną, z izbą komorą komnatą, Staynią wiezdną Chlewami Stodołą, iako to osobny inwentarz spisany y podpisany w sobie opiewa, do którego się teraźnieyszy Kontrakt Emphyteutyczny we wszystkim ściąga, tudzież

z sadem

z sadem rodzaynemi drzewami zasadzonym, z ogrodem na iarzynę przy teyże karczmie będącym, płotem ogrodzonemi, iako też z łąką y rolą dawnemi czasy do tey karczmy, kiedy także Prawem Emphiteutycznym chodziła, przez s. p. Antecessorow moich Plebanow Luborzyckich nadanemi, wzmiankowaną karczmę Uczciwemu Bartłomieiowi Dorażowskiemu y Agneszce Małżonkom wraz z Sukcessorami iego do drugiego tylko pokolenia idącemi, maiąc - wzgląd częścią na zasługi Dziada y Oyca iego do Kościoła y Jch Mciom XX. Plebanom przeszłym, częścią że tęż samę karczmę przez nieprzyiacielską inkursyą y inne okoliczności zruinowaną wystawili byli, y takowymże Prawem Emphiteucznym od przeszłych s.p: Jch Mciow XX. Plebanow zakupioną trzymali, które się na Osobie teraźnieyszego Kontrahenta Uczciwego Bartłomieia Dorażowskiego zakończyło, niniejszym Kontraktem Emphiteutycznym puszczam y oddaię, a to pod takowemi Kondycyami:

Naprzod, przerzeczony Uczciwy Bartłomiey Dorażowski zakupuie dla siebie y Agneszki Małżonki iako też y Sukcessorow swoich do drugiego tylko pokolenia ciągnących się pomienioną karczmę na Gruncie Plebanskim Kościelnym czyli Poświątnym nie dawno przed lat sześcią z gruntu nowo wystawioną y za nię Złotych Polskich Osmset dwiema Ratami, to iest Złotych Polskich Cztery-sta przy odebraniu niniejszego Kontraktu, a drugą Ratę także Złotych Cztery-sta na przyszły nowy Rok w Roku Tysiącznym Siedmsetnym Sześćdziesiątym Dziewiątym, bez wszelkiey trudności y zawodu obiecuie wyliczyć. Uważiemnie ia X. M. Andrzey Lipiewicz Pleban Luborzycki, przy odebraniu pierwszey Raty zaraz tę karczmę Kontraktem niniejszym Emphiteutycznym przerzeczonemu Bartłomieiowi Dorażowskiemu y Agneszce Małżonce wraz z Sukcessorami iego do drugiego tylko pokolenia idącym, z Inwentarzem osobnym spisanym y podpisanym puszczam y oddaię.

Powtore, tenże Uczciwy Bartłomiey Dorażowski z Agneszką Małżonką wraz y z Sukcessorami swemi do drugiego pokolenia tylko idącemi, powinien będzie pomienioną karczmę w budynkach swoich konserwować, reparować, naprawiać bez naymnieyszego mego y Następcow moich Jch Mciow XX. Plebanow dołożenia się. A w czasie wyiścia y expirowania niniejszego Kontraktu Emphiteutycznego, gdy by się Sukcessorowie dalsi od teraźnieyszego Kontrahenta idący, o prorogacyą niniejszego Kontraktu u Jch Mciow XX. Plebanow Następcow moich nie starali y nie konkurowali, w takowey porze w iakiey odbiera dzisieyszy Kontrahent, powinni będą Jch Mciom XX. Plebanom Następcom Luborzyckim, wzmiankowaną karczmę oddać, y z niey ustąpić. W przypadku zaś ognia, któremu by nie był przyczyną Uczciwy Bartłomiey Dorażowski y Agneszka Małżonka wraz z Sukcessorami swemi, y nie żałby okazyi do takowego karczmy spalenia, deklaruię się ia z moiemi Następcami Plebanami, przyłożyć do wystawienia karczemnych budynkow, gdyby na przykład wszystkie w cale w perzynę poszły.

Potrzecie. Przerzeczony Uczciwy Bartłomiey Dorażowski z Agneszką Małżonką wraz y z Sukcessorami swoiemi do drugiego tylko pokolenia idącemi, z tey karczmy iako też z roli y łąki, do niey przez s.p. Jch Mciow XX. Antecessorow moich Plebanow Luborzyckich nadanemi, tudzież z Ogroda przy niey będącego ma Panszczyznę odrabiać w ten sposob. Od S. Woyciecha do S. Marcina ma bydłem dwa dni robić, a zaś od S. Marcina do S. Woyciecha ma także dwa dni w tydzień piechotą robić. Przytym, do sprzątania łąki Plebanskiey, czy to trawa na niey będzie, czy iakowym ziarnem zasiana, ma dawać do kozby y sprzątania ludzi troie. Także, ma odprawić trzy powaby do żniwa, y cztery razy do Roku, iakoto: na Spowiedz Wielkanocną, na Podwyższenie S. Krzyża,

kiedy

kiedy bywa Odpust w Kościele Luborzyckiem, na Kiermasz czyli Poświęcanie tegoż Kościoła, y na Rożancową Niedzielę po Xiędzy iechać.

Poczwarte. Narészcie oświadcza się ta Karczma iest na Gruncie Plebańskim Poświętnym, y do JchMciów XX. Plebanow Luborzyckich należy, iako dawne podobnież Kontrakty Emphiteutyczne względem teyże Karczmy w sobie opiewaią ma Czynszu czyli Canon po grzywien pięć, to iest Złotych Polskich Ośm y Łaptonow sześć oddawać co Rok na dzień y Święto S. Marcina.

Popiąte. Ponieważ w tey Karczmie moiey Plebańskiey pozwoliłem, aby propinacya czyli szynkowanie trunkow wszelkich bywało za moiey possessyi tego Beneficium Luborzyckiego, z Browaru Klucza Wawrzyńczyckiego JO. Xcia JMci. Biskupa Krakowskiego, ktorey wolney propinacyi tak przez siebie samych iako y przez arendowanie oneyże, według Prawa y zadawnioney possessyi Kościoł Luborzycki y JchMć XX. Plebani iego byli y zostawali, za ktore to pozwolenie propinacyi mam sobie ze Skarbu JO Xcia JMci Biskupa Krakowskiego wyznaczoną Pensyą roczną. Przeto pomieniony Uczciwy Bartłomiey Dorażowski z Agnieszką Małżonką wraz y z Sukcessorami swemi do drugiego tylko Pokolenia idącemi, nie maią innych trunkow zkąd inąd branych Szynkować, pod karą na nich miana bydź włożoną przezemnie Plebana lub JchMciow XX. Następcow moich Plebanow, y pod Konfiskatą takowych trunkow na Mnie y na moich Następcow Plebanow. A gdy szynkowania trunkow wszelakich Browar Klucza Wawrzyńczyckiego przestanie, tedy nie inny trunek wszelaki, ani zkąd inąd brany na bydź szynkowany, w tey Karczmie Plebańskiey przez teraźnieyszego Kontrahenta z Agnieszką Małżonką, wraz y z Sukcessorami swemi do drugiego tylko pokolenia idącemi, iedno ten, ktory ia wstawiać rozkażę, lub moi Następcy JchMć XX. Plebani rozkażą, zawsze iednak wstąpka u Arendujących też propinacya ostrzega się niniejszym Kontraktem Uczciwemu Bartłomieiowi Dorażowskiemu y Agnieszce Małżonce, y Sukcessoromiego, do drugiego tylko pokolenia idącym, aby go według umowy dochodziła.

Naostatek. Tenże Uczciwy Bartłomiey Dorażowski z Agnieszką Małżonką y z Sukcessorami swemi do drugiego tylko pokolenia idącemi, według zwyczaiu dawnego, ma się przykładać do Zagrodnikow Plebańskich na podatek pogłowniany dwiema ratami, lub na inny, ktory by na mieysce Pogłownego był ustanowiony na Poddanych Plebańskich, albo w czasie Fazrunchow woiennych na tychże Poddanych Plebańskich był włożony. Ktoreto punkta y artykuły wszystkie w niniejszym Kontrakcie Emphiteutycznym umowione y opisane, obiedwie Strony życić y dotrzymać przyrzekaią sobie. A w niedotrzymaniu ktorego punktu opisanego w teraźnieyszym Kontrakcie przez Uczciwego Bartłomieia Dorażowskiego lub Agnieszkę Małżonkę iego, lub Sukcessorow iego do drugiego tylko pokolenia idących, niniejszy Kontrakt tym samym uczynkiem ma bydź skassowany y za nieważny miany, tak, iak gdyby nigdy nie był dany, a przy wolności tak ia X. M. Andrzey Lipiewicz, Pleban dzisieyszy Luborzycki iako y Następcy moi zostaiemy y zostaną. Deklaruię się oraz ia X. M. Andrzey Lipiewicz Pleban Luborzycki, tego Kontraktu Emphiteutycznego, Uczciwemu Bartłomieiowi Dorażowskiemu y Agnieszce Małżonce wraz Sukcessorom iego do drugiego tylko pokolenia idącym danego, u Przeswawney Akademii Krakowskiey iako Kollatorki y Protektorki tegoż Beneficium Luborzyckiego, dla większego ugruntowania, approbacyą czyli stwierdzenie otrzymać. Na co się obiedwie Strony wraz z uproszonemi do spisania niniejszego Kontraktu Przyiacielami, przy przyciśnieniu Pieczęci Kościelney własnemi Rękami podpisuią. Działo się w Luborzycy w Rezydencyi Plebańskiey dnia drugiego Miesiąca Stycznia Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Sześćdziesiątego

tego Osmego. M. Andreas Lipiewicz U. J. Dr et Pfr, Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ Custos, Luborzycensis et Igołomiensis Curatus. mpp. Locus X. Sigilli Ecclesiæ Luborzycensis.
Ja Bartłomiey Dorazowski nieumieiący pisać kładę Znaki Krzyża Swiętego XXX
Ja Agneszka Małzonka, nie umieiąca pisać kładę Znaki Krzyża Swiętego. XXX
Xiądz Walenty Wikary Luborzycki uproszony Przyiaciel. - - - - - -
Jan Piątkowski Młynarz Luborzycki uproszony Przyiaciel. - - - -

Ad 3tium. Fecerunt relationem Illustres Clarmi Adm Rndi MM. Casimirus Czerwinski Collegiatæ S. Annæ Cancellarius et Josephus Szybalski Collgtæ S. Michaëlis in Arce Crac: Canonicus de expedita Beneficii Luborzycensis sibi commissa Revisione quam sufficienter descriptam et manibus propriis subscriptam produxerunt. Ex quidem Revisione prælecta siquidem constitit Universitati, Beneficium illud tam in muris Ecclesiæ et tecto, quàm in domibus Vicariorum ac aliis ædificiis indigere urgenti reparatione, ratione cujus reparationis Antecedanei Parochi Luborzycenses intentârunt Universitati actionem in Judicio Consistorii Generalis Cracoviensis, pendetq in terminis decisoriis; Modernus autem Parochus videlicet Perillustris Dnus M. Andreas Lipiewicz U. J. Dr et Pfr per distinctum Punctum, ad sopiendam ejusmodi litem, et finaliter de ejusmodi reparatione concludendum, petit deputari Viros de medio Universitatis, qui possent revidere jura et documenta prædictæ Ecclesiæ, ac informare Universitatem, cuinam reparatio ejusdem Ecclesiæ Luborzycensis incumbere dignoscatur. Quare Universitas memoratam Revisionem per DD. Revisores expeditam cum gratiarum actione pro suscepto labore acceptavit, sed determinationem reparationis tantisper distulit, donec jura et documenta dictæ Ecclesiæ per deputandos Viros revideantur, ac plena ex iisdem juribus capiatur informatio de onere reparandi sæpefatum Luborzycense Beneficium.

Ad 4tum. Exposuit iterum Perillris Dominus M. Andreas Lipiewicz U. J. Dr et Pfr, uti præsentaneus Luborzycensis Curatus, quomodo Antecedanei ejus Parochi, à plurimis Annis respectu reparationis Ecclesiæ Luborzycensis, tum Domorum Vicarialium ac aliorum ædificiorum intentaverint Universitati actionem in Judicio Consistorii Cracovien, sitq jam illa actio in puncto ferendæ sententiæ, quòd nimirum Universitas vigore Decimarum Ecclesiæ Luborzycensis propriarum, eiq debitarum, utpote in Zastow, in Macieiowice et in Pietrzeowice tum Prussij quas pro se tollit, item vigore antiquissimæ possessionis, fuerit ac sit obstricta ad reparationem Beneficii præfati Luborzycensis, salariandosq ibidem Vicarios, ac petiit idem Perillustris Lipiewicz deputari ex Universitate Viros, qui revideant singula suæ Ecclesiæ jura et documenta, informentq Universitatem, cuinam ex æquitate et justitiæ onus prætensæ reparationis incumbat. Et Universitas volens domi sopire litem intentatam, petitioni Perillustris Dni Lipiewicz libenter annuit, ac deputavit Viros è medio sui, nempe Magnificum Dominum Rectorem Modernum, Perillres Clarmos et Adm Rndos Dnos M. M. Casimirum Stęplowski, Michaelem Czyrnicki Joannem Rygalski Sacræ Theologiæ Doctores et Professores, et Josephum Putanowicz Artistarum Decanum, qui omnia jura et documenta prædicti Parochi Luborzycensis revidebunt, examinabunt, cognoscent, ac Universitatem tam de juribus documentisq quàm de determinanda in futurum reparatione, per quem ex justitia fieri debeat, plenariè informabunt.

Ad 5tum. Quoniam ex relatione Perillustris Rygalski Procuratoris Universitatis, necnon Illustrium Michaelis Mrugaczewski, Casimiri Czerwinski et Andreæ Sleczkowski, circa receptionem Summæ totalis flor. Pol. 84,850. ex Bonis Młodzieiowice et Bolen levatæ assistentium recognoscitur dicta Summa in præsentia ipsius Illustrissimi Castellani Nowosielski numerata, et in toto recepta, sicq obsigillata ad residentiam Perillustris Procuratoris translata extitisse, proinde non esse conveniens judicavit Universitas requirere Eundem Illustrissimum Castellanum de bonificando defectu Aureorum 50. seu flor. 900. posse tamen saltim certiorem reddere de eodem. Quia verò circa deportationem

tationem Summarum Capitalium ex præfatis Bonis Młodzieiowice et Bolen, altè memoratus Illmus Dñus Castellanus integram Crescentiam seu omnes fructus Anni 1767. in Bonis dictis extantes et relictos, pro se ac usu suo recepit et convertit, licèt pro illo tempore ratione Pensionum seu Censuum prætermissa fuit requisitio Ejusdem Illustrissimi Castellani, nè tamen Contributores ad præfatos Census jus suum etinteresse habentes, concernentibus se pro medietate Anni destituantur proventibus, censuit Universitas rogandum esse Illustrissimum Castellanum, et ab Eodem hoc ce justum Concernens Censuum pro medio Anno retentorum, exigendum; quod negotium Bonis mediis tractandum et effectuandum commisit Universitas Perillustri Rygalski uti suo Procuratori.

Ad 6tum. Fecit relationem Perillustris Dominus Rygalski, uti Colonia Academica Neocorcinensis Provisor, Summam 20000. Florenorum Polonicalium, Scholasticum Neocorcinensem et Coloniam ibidem Academicam, concernentem; locatam et inscriptam esse super Bona Villa Budziszowice in Palatinatu Sandomiriensi Districtu Wsliciensi sacentibus, hæreditariis Magnifici Domini Felicis in Michałow Michałowski Vexillifende Palatinatus Crac: Feriâ quintâ post Festum S. Mariæ Magdalenæ proxima, Annô 1767. in Castro Cracoviensi, cum Censu reemptionali florenorum Polonicalium per 5. à Centum.

Ad 7mum. In Revisores Rationum Procuratoris Universitatis, electi et deputati sunt Perillres Clarmi et Admᵒ Rndi DD. M.M. Josephus Declos Sacræ Thᵉ Doctor et Professor et Stanislaus Ficzkiewicz U.J. Præsentatus.

Ad 8vum. Facta spontanea resignatione Perillustris Clarissimi et Admᵒ Rndi Dni M. Joannis Rygalski Sᶜᵉ Thᵉ Dris et Phis, qui plusquàm abhinc Annis æquè strenuè ac laudabiliter, præsertim difficiltimis hisce temporibus perfunctus est Munere Procuratoris Universitatis, electus est votorum pluralitate, in Procuratorem Generalem Universitatis Nostræ Perillustris Clarissimus et Admᵒ Rndus Dñus M. Andreas Lipiewicz U.J. Dr et Pfr quod ipsi felix faustumq; sit. - In Syndicum verò reelectus est Clarissimus et Admᵒ Rndus M. Mathias Polaczewski Phiæ Doctor et Professor Collega Minor.

Ad 9num. In Prafectum Typographiæ electus est Illmus Clarmus et Admᵒ Rndus M. Thomas Plecki Phiæ Dr et Pfr Collega Major. In Revisores verò Regestrorum Administratoris ejusdem Typographiæ electi sunt Perillres Clarmi Admᵒ Rndi DD. M. M. Andreas Lipiewicz U.J. Dr et Pfr, et Casimirus Czerwinski Phiæ Dr et Pfr Collega Major.

Ad 10mum. Cùm non modò ad Publicas Lectiones et Scientias, verùm etiam ad privata et humaniora Studia, continuam Universitas suevit impendere curam et solicitudinem, altera quoq; ex parte, cùm exacta Nobilissimæ Juventutis in Classibus Novodworscianis Artes suas pertractantis disciplina et eruditio perquam insignem toti Academiæ uti Scholæ Generali Regni dignoscatur asserre gloriam, in dictis autem Novodworscianis Gymnasiis ac præcipuè in Schola Rhetorica quidam reprehensibiles conspiciuntur non ita pridem irrepsisse abusus et depravati mores, quocirca inhærendo anterioribus Conclusionibus circa reformationem Studiorum in Classibus Novodworscianis, sanctis, censuit altedicta Universitas, hujusmodi non parvi momenti negotium cum competenti Authoritate et Potestate peragendum, committendum esse Magnifico Competenti Rectori Præsentaneo, Perillustribus Clarissimis et Admᵒ Rndis DD. M.M. Antonio Krzanowski, Casimiro Stęplowski, Michaëli Cyrnicki, Josepho Declos, Joanni Rygalski Sacræ Theologiæ Andreæ Lipiewicz U.J. Stanislao Wadowski Medicinæ Doctoribus et Professoribus, Josepho Putanowicz Facultatis Philosophicæ Decano, Jacobo Niegowiecki, Michaeli Mrugaczewski Sᶜᵉ Thᵉ Stanislao Ficzkiewicz U.J. Præsentato et Pfribus, uti prælibatæ Universitatis Patribus, Consiliariis, pecnon præfatarum Scholarum Provisoribus, quatenus non obstante legali aliquorum ex iis absentia, tempore sibi bene viso, ad sæpefatas Scholas Novodworscianas in Personis suis condescendant, ibidemq; omnia et singula, quæ ad correctionem et emendationem Studii earundem Scholarum, præcipuè verò Scholæ Rhetoricæ et Alumnorum ejusdem pertinere ac profecua fore cognoverint, sive in toto sive in parte corrigant et emendent,

regulas

Regulas exercendæ super omnia pietatis, tum quoq; tractandorum omni meliori mo=
do Studiorum, de novo prout opus videbitur, iisdem præscribant, in negligentes,
discolos, protervos suisq; Professoribus (: Quos locò Parentum revereri ac recogno=
scere debent :) rebelles et refragarios, multò rigidiores pœnas decernant, exten=
dant, debitamq; ad executionem deduci demandent, cæterasq; necessarias et Pu=
blico earundem Scholarum Bono utiles Ordinationes in posterum inviolabiliter
servandas, Actis tandem Universitatis inserendas statuant, illasq; promulga=
ri in Scripturas redigi, et ad notitiam quorum intererit deduci, ac omnigenæ
executioni demandari faciant, toties quoties opus esse censebunt, usq; ad ple=
nariam satisfactionem præmissorum. Quæ singula sic facta et constituta, hic et
nunc, supra laudata Universitas, pro rato et grato habet, acceptat, approbat,
confirmat, illaq; jus perpetuæ firmitatis debere habere declarat et decernit, hac
sua Conclusione ad præmissa mediante.

Ad 11mum. In Seniorem Contubernii Jurisperitorum unà et Altaristam S. Joannis
ante Portam Latinam in Ecclesia Cathedrali Crac: electus est concordibus vo=
tis Illustris Clarissimus et Adm Rndus M. Josephus Szybalski Phiæ Dr et Pfr
Collega Minor, Collegiata S. Michaelis Canonicus, idq; ad recommendationem
Consultissimæ Facultatis Juridicæ.

Ad 12mum. In Directorem Academiæ Tarnoviensis electus est Excellens M. Jose=
phus Ostanski, Phiæ Doctor, in dicta Colonia Rhetorices Professor, ad recommen=
dationem Magnifici Domini Rectoris, uti ejusdem Coloniæ Provisoris.

Ad 13tium. Lectæ sunt Literæ Clarissimi et Excellentis M. Antonii Podhaiecki
Phiæ Dris et Pfris Coloniæ Academicæ Leopoliensis Rectoris, quibus denuntia=
vit piam et liberalem intentionem Clarissimi Nobilis ac Spectabilis Thomæ
Franchi, Medicinæ Doctoris, Consulis Leopoliensis, uti Testamenti Nobilis olim
Catharinæ Franchi, Charissimæ Matris suæ Naturalis, Executoris; Summam Capi=
talem Quatuor Millium florenorum Polonicalium, pro fundando altero Professore
in dicta Colonia Academica Leopoliensi, et ex annuo Censu à præfata Summa
provenienti salariando offerentis. Tum quoq; Nobilis ac Spectabilis Francisci
Lonchamps Sæ Ræ Mttis Secretarii, Consulis Leopoliensis ex eadem pia libe=
ralitate Summam distinctam Mille florenorum Polonicalium Capitalem cum
Censu ab eadem pendendo, pariter pro interesse ac annua pensione alterius Pro=
fessoris, in prælibata Colonia Academica Leopoliensi conservandi, reponentis:
aliàs juxta conditiones, per supra nominatos Benefactores in Scripto porrectas,
quarum tenor sequitur talis. = 1mò. Cùm Schola Regni Alma Universitas
Cracoviensis in instituenda Juventute Celeberrima atq; felix, habeat Coloni=
am suam hic Leopoli circa Ecclesiam Metropolitanam sitam, quæ adeò exi=
guis proventibus dotata sit, proinde tenuitati illius consulere cupiens quoquo=
modo, Summam supra mentionatam Quatuor Millium Florenorum Polonicalium, fa=
vore ejusdemmet Coloniæ Academicæ Leopoliensis, aliàs pro fovendo altero Pro=
fessore, Almæ Universitati Cracoviensi, ex certo Censu Annuo Reemptionali, dat
donat perpetuò et in ævum. 2dò. Professor ex Alma Universitate Cracoviensi
deputandus tenebitur instruere Juvenes quatuor Conditionis Civilis, quos suus
Recognoscens stante vita sua Clarissimo Rectori Coloniæ Academicæ Leopolien=
sis nunc et pro tempore existenti præsentaverit, post fata autem sua dictum
Jus præsentandi ad Nobilem Spectabilem Magistratum Leopoliensem trans=
ferri debere vult et disponit. 3tiò. Siquidem speciale suffragium Animarum
consistat in tremendo Missæ Sacrificio, propterea Suus Recognoscens, præter Li=
tanias (: ad quas recitandas quolibet Sabbatô de mane dicti Juvenes obli=
gantur :) ad quatuor Missas lectas de Requiem quotannis, videlicet singulas
ad finem cujuslibet Quartualis, in Ecclesia Metropolitana Leopoliensi celebran=
das Clarissimum Rectorem Coloniæ Academicæ Leopoliensis nunc extantem
et pro tempore futurum, aut per se si fuerit Presbyter, aut per aliquem Presbyte=
rum, memoratos autem Juvenes cum suo Professore iisdem Missis adesse, ac si=
mul pro Anima Nobilis olim Catharinæ Franchi, Matris Sui Recognoscentis,
tum aliorum suorum Consanguineorum, Deum Misericordiarum Dominum ora=
re teneri constituit. Ad extremum statuet Alma Universitas Cracoviensis
Plenipotentem officiosè inscriptum, qui nomine ejusdem Summam Quatuor Milli=

um

um Florenorum Polonicalium super Bonis suis cum certo Censu annuo inscribere, securitatem ejus perpetuam providere obligationes supra scriptas acceptare, Summam præfatam exolvendam levare, de levatâ quietare, tandem quod juris et necessitatis ratio poposcerit facere et exequi valeat. Quibus punctis et clausulis in toto et indistinctim adhæret suprafatus Nobilis ac Spectabilis Franciscus Lonchamps S.R.M. Secretarius Consul Leopoliensis, Summæ priori Quatuor Millium, ex parte sui Unum Mille florenorum Polonicalium addendo, ita ut dictus Professor de novo in eadem Colonia Leopoliensi constituendus, vigore præinsertarum obligationum, à totali Summa Quinq; Millium florenorum Polonicalium Censum Annuum se concernentem recipere valeat et teneatur. Quas binas Summas à memoratis Dominis Benefactoribus, sponte et liberè oblatas ut Universitas acceptaret, idem Clarissimus Podhaiecki nomine sæpefatorum Clarissimi Nobilium et Spectabilium Franchi et Lonchamps Consulum Leopoliensium, per Literas suas missivas instit et rogavit. — Et Universitas cum debita gratitudine et gratiarum actione Summas supra expressas videlicet Quinq; Millium Florenorum Polonicalium ex parte Clarissimi Nobilis ac Spectabilis Thomæ Franchi Medicinæ Doctoris Consulis Leopoliensis, cujus Nomen in Illustri olim Clarissimo et Admodum Reverendo M. Valentino Franchi Phiæ Drre et Pfre, Collega Minore Collegiatæ S. Annæ Canonico, Viro præclaris dotibus, Scriptis eruditis luci publicæ demandatis, aliisq; bene meritis semper recolendo, in hac Universitate celebre ac perpetuò memorandum extat; tum quoq; unius Mille ex parte Nobilis ac Spectabilis Francisci Lonchamps, S.R.M. Secretarii Consulis Leopoliensis, ex singulari erga suam Academiam affectu et benevolentia, pietate in Deum, suffragio erga Fidelium defunctorum Animas, atq; insigni Studio in bonum publicum, respectivè verò totius Prænobilis ac Spectabilis Magistratus Leopoliensis Metropolis, Universitati Cracoviensi, ejusq; Coloniæ Academicæ Leopoliensi semper benè affecti et à sæculis indesinenter propensi, pro altero Professore Academico, in Colonia illius Schola instituendo, præficiendo et deputando, oblatas et ordinatas, tum quoq; conditiones supra insertas, obligationesq; impositas, ex unanimi omnium Ordinum Academicorum assensu acceptavit, Summam supra scriptam totalem Quinq; Millium super Bonis suis hæreditariis Nasiechowice et Dziewięciele locandam et officiosè inscribendam admisit, Censum Annuum à Summa prædicta per Quinq; à Cento, alteri Professori præfato, in Colonia Leopoliensi actu docenti, quotannis exsolvendum constituit. Ad faciendam verò hujusmodi officiosam Inscriptionem, aliasq; Transactiones hocce negotium respicientes, peragendas, suprafatum Clarissimum M. Antonium Podhaiecki Phiæ Drem et Pfrem, præfatæ Coloniæ Academicæ Leopoliensis Rectorem ad præsens actualem, cum facultatibus ad idem interesse prærequisitis deputat, eumq; specialem Plenipotentem etiam in Officio et Actis Castri Capitanealis Cracoviensis inscribendum esse censuit, Illiq; quatenus Nomine suæ Universitatis supra nominatis Patronis et Mecænatibus debitas referat gratias, præcommisit; prout acceptat, admittit, constituit inscribit et præcommit, hac sua Conclusione ad præmissa mediante.

Ad 14tum. Consulendo Seminario Academico Posnaniensi et Bonis desolatis ejusdem post recenter subsequuta fata Celsissimi olim Czartoryski Episcopi Posnaniensis, similiter et Coloniæ Academicæ Varsaviensi ex occasione eadem, censuit Universitas in utroq; hoc negotio faciendum esse recursum ad Illustrissimum Cancellarium Regni Nominatum Episcopum Posnaniensem, porrigendaq; esse Illi Memoriala de Statu Causæ et desideriis ac prætensionibus Universitatis, quod negotii genus omni meliori modo tractandum commissum est Perillustri Clarmo Doctori Lipiewicz uti dictarum Colonia-rum Provisori.

Ad 15tum. Quoniam Floreni Polonicales mille à Summa Capitali fl. 20000. super Bonis Villæ Libiertow hæreditariis Magnifici Waxman locatâ provenientes, et anticipativè per Perillrem Procuratorem Universitatis recepti, deberent cedere in rem Capellæ Musicorum Universitatis, conversi tamen sunt in interesse aliud Universitatis, ideoq; ex Summa fl. 1000. ex Archivio Universitatis

versitatis mutuô pro necessitatibus Capellæ accepta, censuit Universitas quietandum esse Illustrem Clarissimum Putanowicz ejusdem Capellæ Provisorem antecedandum, prout de facto præsenti sua Conclusione quietat et liberum mittit.

Ad 16tum. Dispositionem circa Oeconomum Generalem Bonorum Universitatis factam, et in suos opportunos Articulos cum sufficienti informatione redactam audivit Universitas, utq; finaliter tam quoad obligationes seu singula officia prædictum Oeconomum concernentia, quàm quoad assignandum ei certum annuum stipendium perficiatur ejusmodi Ordinatio, commisit Perillustribus Dominis Joanni Rygalski et Andreæ Lipiewicz, et quatenus Ordinationem hujusmodi in plena forma confectam, Actis Universitatis ingrossandam in futura Convocatione producant, injunxit.

Extra Puncta.

1. Panegyres scribendæ sunt pro Inauguratione Illrmis Episcopis, Posnaniensi quidem per Professores Academiæ Illius loci, Premysliensi verò per Illustrem Franciscum Cwierzowicz U. J. Prem.
2. Petitio Sanctimonialium à Visitatione B. V. Mariæ, quoad Actum solemnis Canonizationis S. Francisc. Fremiot de Chantal, remissa est ad dispositionem Vblis Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani.
3. Ad illationem nomine Magnifici Waxman, commutationem Villæ Libiertow pro Villa Tegoborz offerentis factam, negativè respondit Universitas.

CONVOCATIO 4ta.

DD. Consiliariorum.

Annô Domini 1760. die 17. Mensis Martii, facta fuit Convocatio CC. DD. Consiliariorum de tenore tali: Admô Reverende Pater, Egregie Domine Doctor et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra hodie in Stuba Collegii Majoris horâ 2dâ pomeridiana, non expectato pulsu campanæ:

1mô Ad audiendam relationem DD. Commissariorum ad revidenda Regestra Dni Procuratoris Universitatis, et Administratoris Typographiæ Universitatis.

2dô Ad disponendum de pecunia, si quæ ab expensis restans fuerit.

Tum ad alia si quæ proponentur per Rectorem.

Detur omnibus DD. Consiliariis de nomine et Cognomine hic specificatis, videlicet:

Ex Facultate Theologica

Perillri A. R. Antonio Krzqnowski,
Perillri A. R. Casimiro Stpłowski
Perillri A. R. Michaeli Czyrnicki
Rndmo Dno Antonio Zołdziowski
Perillri A. R. Josepho de Clos
Perillri A. R. Joanni Rygalski
Illri A. R. Jacobo Niegowiecki,
Illri A. R. Michaeli Mrugaczewski
Illri A. R. Adalberto Poltarski

Ex Facultate Juridica

Perillri A. R. Andrea Lipiewicz
Illustri A. R. Stanislao Ficzkiewicz
Illri A. R. Francisco Minocki
Illri A. R. Francisco Cwierzowicz

Ex Facultate Medica

Clarmo M. Stanislao Wadowski
Clarmo M. Joanni Camelin

Ex Facultate Philosophica.

Illustri Clarmo A. R. M. Josepho Putanowicz Artistarum Decano
Illustri Clarmo A. R. M. Andrea Szopiarski,
Illustri Clarmo A. R. M. Casimiro Czerwinski,
Illustri Clarmo A. R. M. Adamo Jagielski,
Illustri Clarmo A. R. M. Thoma Ptechi.
Illustri Clarmo A. R. M. Andrea Steczkowski
Illnibus Ambrozewicz et Szybalski Ex Decanis

Ex parte Rectoris Universitatis.

Conclus.

CONCLUSIONES

Ad 1mum. Fecerunt relationem Perillres DD. MM. Josephus Declos et Stanislaus Fierkiewicz Se vidisse et liquidâsse Regestra Perceptorum et Expensorum Dñi Procuratoris Universitatis, invenerunt̃q in Perceptis Summam flor. Pol. 6667. gr. 6. in Expensis verò fl. 7747. gr. 14. adeoq superavit Expensa Perceptam florenis 1080. gr. 8. Quas ita factas rationes approbavit Universitas, debitumq̃ suscepit Perillri Dño M. Joanni Rygalski, immediato Procuratori quantocyus exsolvendum. Præstodivit etiam Universitas exsolutionem omnium Censuum retentorum DD. Contributoribus, hærentium super Bonis Universitatis etiam ex Nasiechowice, quam primum rationes faciet Generalis Oeconomus Universitatis. Censuit quoq Universitas, in futuro Actu Condescensionis, cùm reparationes factæ in Bonis Mlodzieiowice et Bolen liquidabuntur, adjungendam esse pretensionem de exsolvendis Censibus DD. Contributoribus pro dimidio Anno, à Festo videlicet SS. Trium Regum ad Festum S. Joannis Baptistæ in Anno 1767. debitis, ut Illustrissimus Nowosielski CastellanusCiechanoviensis dictorum Bonorum Possessor enumerari faciat hocce justum Concernens, ex quo omnibus fructibus et emolumentis totius Anni illius gaudebat. — Ex occasione istius puncti Illustris Clarmus M. Andreas Skrzekowski Tylicianus Eloquentiæ Professor fecit illationem ejusmodi. Cùm Illmus olim Petrus Tylicki Episcopus Cracoviensis Professionem Eloquentiæ in Alma Universitate Crac: fundaret, enumeravit eidem Almæ Universitati Summam Decem Millium flor. Pol. locandam super Bonis dictæ Universitatis pro Censu annuo ab eadem pendendo, de qua exsoluta et recepta quietatus est in Castro Crac: feriâ tertiâ post Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ proximâ, Anno 1623. Eandem Capitalem Summam flor. 10000. Alma Universitas super Bonis suis Villarum Sieborowice et Pielgrzymowice locavit, et flor. quinq à Cento, ad mentem Fundatoris, Professori Eloquentiæ perpendos, ita, ut illi pro annuo Salario Quingenti floreni Polonicales proveniant, inscripsit et assecuravit, ac dictos quingentos flor. Pol. sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ sese quotannis exsoluturam obligavit. Quia verò ad præsens à prætata Capitali Summa fl. 10000. Census duntaxat in fl. 350. Tylicianæ Professori penditur, et Bona supra specificata, per Generalem Oeconomum Universitatis administrata, plus importare præsumuntur, quàm cùm essent per Arendam per DD. Tenutarios in ante possessa; Census quoq per quinq à Cento inscriptus in minorem redigi aut dividi nequit, itaq modernus Eloquentiæ Professor recurrit ad gratiam Almæ Universitatis, quatenus Universitas attendendo ad præmissa, et ad suum laborem, per Orationem pro laudibus S. Stanislai Episcopi et Martyris in Ecclesia Cathedrali à Se Oratore dicendam adauctum, Censum à prætata Summa, in toto ad mentem Fundatoris, videlicet Quingentos flor. sibi annuatim exsolvi demandet. Suprafatus autem Tylicianus Eloquentiæ Professor, nè videatur plus participare, quàm sui Antecedanei participabant, eosdem Quingentos florenos ita petit disponi. 1mò Census hic in toto sibi exsolvatur. 2do florenos 350. pro suo Annuo Salario juxta praxim idem Professor convertet. 3tio reliquos 150. florenos reservabit pro imprimendis typo Orationibus de Christo Patiente et de S. Stanislao, per se Professorem Tylicianum recitatis. Itaq tenebitur idem met Tylicianus Professor restantem fl. 150. quotam colligere, et ex collecta rationes Almæ Universitati, ad finem suæ Professionis reddere, si et inquantum nullam lucubrationem suam typo mandaret. Insuper is idem Tylicianus Professor voluit in hoc explicatam habere mentem suam, quod scilicet prætata quota fl. 150. annuatim seponenda, non pro Panegyrbus vel aliis Opusculis à quopiam alio Universitatis Professore confectis typo

typo imprimendis, sed duntaxat pro Opusculis vel Orationibus per Professorem Tylicianum pro tempore existentem luci publicæ exponendis colligi semper et conservari debeat. Et Perillres Clarissimi Domini Facultatum Decani audita hujusmodi illatione Illustris Sleczkowski Oratoris Tyliciani, eamq; justitiæ conformem esse sentientes, deferendam esse toti Almæ Universitati, (: ex quo hocce negotium eandem afficiat :) censuerunt, in cujus Convocatione quatenus is idem Illris Orator Originalem Inscriptionem et Erectionem tam Summæ cum Censu, quàm Oratoriæ Professionis cum suis adjunctis obligationibus producat, decreverunt, hac sua Conclusione ad præmissa mediante.

Deinde factæ et auscultatæ sunt Rationes Illris Administratoris Typographiæ Universitatis, atq; inventi sunt in Perceptis fl. 1886. gr. 10. in Expensis verò fl. 1561. gr. 16. superat itaq; Percepta Expensam fl. 324. gr. 24. quibus si adjungantur debita fl. 239. resultat integra Summa fl. 563. gr. 24. Quam superantem pecuniam censuit Universitas dismembrandam esse ante Festum S. Joannis Baptistæ, idq; pro Anniversario Valeszyniano celebrato in Mense Januario; rationes verò modo præmisso factas approbavit. Conclusit quoq; Universitas ex occasione istius puncti Lucubrationes Mathematicas aliasq; omnes Professorum Academicorum, nonnisi in Typographiis Universitatis, Collegii Majoris aut Seminarii Academico-Diœcesani in posterum imprimi debere, nè aliàs laudatæ Typographiæ in proventibus suis damnificentur.

1º

Ad 2dum. Ob Expensas Univttis longè majores Perceptis, nulla dismembratio facta est.

CONVOCATIO 5ta.

CC. DD. Decanorum.

Annô Domini 1768. die 21. Mensis Martii, extradita fuit Convocatio de tenore tali: Egregie Domine Doctor et Decane uniuscujusq; Facultatis. Adsit Dignitas Vestra die hodierna in Stuba communi Collegii Majoris, horâ 2dâ pomeridiana, non expectato pulsu Campanæ, idq; = Ad excipiendas Rationes omnium et singulorum Contuberniorum ac Borcanarum, tum quoq; Fundationum nonnullarum ad Officium Rectoris et Decanorum omnium Facultatum spectantium, juxta antiquum et laudabilem morem Universitatis Nostræ. Et Contuberniorum quidem Hierosolymitani, Jagelloniani, Philosophorum, Starnigeliani et Sisiani; Fundationum verò Novoduorscianæ, Roszczevianæ, Garvarscianæ pro Oratorio et Philippovicianæ pro Capella Musicorum ordinatæ, necnon Seminarii Academico-Diœcesani, ac tandem Borcanarum, utpote:

Alexandrovicianæ,	Jabłonscianæ,	Raciborovianæ,
Baranovianæ,	Janidłovianæ,	Siradiensis,
Borkovianæ,	Karnkovianæ,	Srzeniavianæ,
Borascianæ,	Lepiecciana,	Stęzycianæ,
Borovianæ,	Łęccianæ,	Szamotulianæ,
Broscianæ,	Łuczkievicianæ,	Trzeciakovianæ s Jerosnen
Chaszkovianæ,	Lukinianæ,	Waleszynianæ,
Obłomkovianæ,	Zamoyscianæ,	Dembinscianæ
Pontificianæ, Collegii Majoris	Gulczevianæ,	Fusorianæ,
Præclaidanæ s Strzezov.	Novoduorscianæ,	Petricianæ, Collegii Majoris
Przewoscianæ,	Vladislavianæ	et aliarum,

Detur omnibus DD. Decanis Facultatum Theologicæ, Juridicæ, Medicæ ac Philosophicæ Universitatis Nostræ, necnon Perillribus, Illustribus Clarissimis Adm Rndis MM. Contuberniorum Provisoribus ac Senioribus, item Fundationum ac Borcanarum singularum Provisoribus seu Distributoribus.

Ex parte Rectoris Universitatis.

Fecit itaq; Rationes Perillustris Clarissimus et Admodum Reverendus Dominus M. Antonius Krzanowski Sæ Th. Dr et Pfr, Collegiatæ S. Floriani Præpositus, uti

Contub.

Contubernii Hierosolymitani Provisor, ostenditq; ex eodem Contubernio:

In Percept. - - // - - // - - // - - fl. 5460. - - gr. 15.
In Expen. - - // - - // - - // - - fl. 3215. - - gr. - 7.
Superat Percepta Expensam fl. 2253. - - gr. - 8.

Idem ex Borcana Lacciana ostendit:

In Percept. - - // - - // - - // - - fl. - 246. - - gr. 20.
In Expen. - - // - - // - - // - - fl. - 184. - - - - -
Superat Percepta Expensam fl. - 62. - - gr. 20.

Idem ex Borcana Przewosciana ostendit:

In Percept. - - // - - // - - // - - fl. - 105.
In Expen. - - // - - // - - // - - - - 118. - - gr. 27.
Superat Expensa Perceptam fl. - 13. - - gr. 27.

Idem ex Borcana Zamoysciana:

In Percept. - - // - - // - - // - - fl. - 171. - - gr. - -
In Expen - - // - - // - - // - - fl. 125. - - - - - -
cationum Almæ Universitatis, quàm successivè CC. DD. Consiliariorum et Decanorum latæ et publicatæ, quod concordent cum suis originalibus, et fideliter quo ad omnia Puncta connotatæ sint attestor, et prout easdem legi vidi et probavi, ita quoq; in majorem fidem subscribo. Cracoviæ in Residentia mea Canonicali Die 20. mensis Aprilis. Aô Dñi 1769nô.

M. Jacobus Marcis Zowski U. J. Dr et Prfs. Ccus Cath. Crac. Facultatis Juridicæ Pro Cancellarius et Decanus. mpp.

M. Stanislaus Wadowski Phiæ et Medæ Dr. harum Facultatum Pro Cancellarius Medicæ Facultatis pro tunc Decanus.

Rectoratu Nono

Magnifici Perillustris Clarissimi & Admdm Reverendi Domini, D. M. Casimiri

STEPLOWSKI

Sæ Thiæ Doctoris & Professoris, ejusdemq; Facultatis Pro: Cancellarii, Collegii Majoris Senioris Patris, Ecclesiarum Collegiatarum; Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviâ Decani, in Summo Posnaniensi Cancellarii, Si Jacobi Casimiriæ Præpositi, Contubernii Sisiniani & Alumnatûs Roszczeviani Provisoris, Seminarii Episcopalis Academico: Diæcesani Præfecti, Librorum per Diæcesim Cracoviensem Censoris, Universitatis Cracoviensis Amplissimi

RECTORIS

CONVOCATIO 1ma.

Annô Domini 1769no Die 2da Julii extradita fuit Convocatio Universitatis, sub hac solita forma. Adm Rnde Pater, Egregie Domine Doctor, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra cras in Stuba Communi Collegii Majoris horâ 2dâ postmeridianâ dum signum campanâ datum fuerit, ad resolvendum sequentia Puncta.

1mô. Ad referendum lectas esse præcedenæ Convocationum Conclusiones coram DD. Decanis, & num conclusa in illis, sint effectuata?

2dô. Ad conferendum Provisoratum Contubernii Starnigeliani.

3tiô. Ad disponendum de Summa „20000„ Universitati p Anniversario Perillustris olim M. Michaelis Czyrnicki Sæ Theologiæ Doctoris & Professoris legatorum.

4tô. Ad determinandum, ubinam, tam Beatificationis, quàm

& Miechowiczki.

Canonizationis S.i Joannis Cantii Processus reponi debeant.
5tò. Ad deputandum ad recipienda Bona Nasiechowice liberè, ab ulteriori Contractu dimissa, Inventariumq; novum conficiendum.
6tò. Ad resolvendum, num Prognoses in Calendariis debeant omitti, aut ab uno DD. Mathematicorum scribi? & non à singulis.
7mò. Ad aperiendam Universitati intentionem Perillris D. Kamelski Præpositi, & Foranei Decani Zathorienę, Archivistam, seu Custodem Archivi fundare volentis, & quasdam Summas hoc fine inscribere disponentis juxta porrigendam Ordinationem.
8vò. Ad perficiendum stabiliendumque modum, perpetuò salariandi Professorem Linguæ Græcæ.
9nò. An possit ac debeat Rectoratus Coloniæ Leopolienę interea manere penes Perillrem Rndissimum Podhajecki Cancum Leopolienę?
10mò. Ad faciendam relationem de successu Condescensionis in Młodzieiowice, deq; ulteriori istius negotii continuatione.
11mò. Ad producendas Rationes completas Illris Oeconomi Generalis, informationemq; faciendâ de Pensionibus ex Bonis Universitatis solvi solitis.
12mò. Ad determinandum tempus, quo quotannis, de auditis Rationibus Oeconomi Gnalis debeat fieri relatio Universitati.
13tiò. Ad audiendum de ruinis Coloniæ Pinczoviensis.
14tò. Ad audiendum desiderium Perillris DeClos Sæ Thiæ Doctoris.
15tò. Ad audiendum desiderium Illris Clarmi Marxen, revocari ex Academia Posnanienę, aliumq; in sui locum eligi petentis. Tum respectu Canonicatus Doctoralis in Ecclêa Cathedrali Posnanienę Directoribus illius Academiæ incorporandi.
16tò. Ad referendum de Calculatione Perceptor & Expensor p Schola Leopoliensi per Illustrem Jankiewicz factorum.
17mò. Ad audiendum, quid responderit Nobilis Magistratus Varsavienę ad Epistolam, ad se nomine Universitatis per Perillustrem Provisorem datam in negotio Scholæ Varsavienę. Tum ad alia, si quæ proponent per Rectorem. Detur omnibus DD. Doctoribus & Professoribus duntaxat incorporatis, sub pœna non contradicendi, & put diligit Bonû commune. Die 2. Julii 1769no.

Tum ad alia

1mò. Quomodo „3000„ pro novo Professore Leopoli fundando recepta, sint disponenda? tum alia „2000„ quand sunt transmittenda.
2dò. An per Illrem Niegowiecki confectum est Summariũ Perceptorum & Expensorum ad originale Piskorscianum Regestrum pro Fabrica totius Ecclesiæ Sæ Annæ.
3tiò. Exemplaria Erectionis Canonicatus & Scholar Tarnoviensium, pariter Bursæ Jurisperitor Statûs, num in Archivum Universitatis sint reposita?
4tò. Professores Scholarum Varsavienę multo indigent adjutoriô: quorum indigentia in Epistola Excellentis Axon exponitur: quid ipsis respondendum?
5tò. Fundus Kollegiackie vocitatus Zwierzynecii quomod sit locatus?

CONCLUSIONES

Ad 1mũ. Fecit relationem M. D. Rector, lectas ee Coões Gcedenę

Convocationum, coram DD. 4. Facultatum Decanis, Et hac nondum esse effectuata. Imò. Dispensus ad Albam Ducalem Illris Ficzkiewicz U.I. Prasentato cum Illri Foltanski Sa Thia Profri ejusdem Colonia Provisore commissus. 2do. Separatio Jurium Capituli S. Floriani à Juribus Universitatis Perillris Rygalski Sa Thia Doctori & Illri Mrugaczewski Sa Thia Profri. 3tio. Negotium investigandi Jura Universitatis pro emendis Bonis Terrestribus eidem Universitati servientibg, Perillribus, De Clos Sa Thia & Lipiewicz U.I. Doctoribus, Archivistis. 4to. Inceptum opus boni ordinis in Typographia Universitatis, perficiendum, Illri Ptecki ejusdem Typographia Prafecto. 5to. Revisio Perceptor & Expensor totalis pro Canonizatione Sancti Joannis Cantii, non expectando tempus solemnis actus Canonizationis Magnifico D. Rectori, Reverendisimis Canonicis Cathedralibus, Zolędziowski & Marciszowski Peril: Lipiewicz, U.I. & Clar. Wadowski Thia & Medicina, Doctoribus & Profribus: ut expedita hujusmodi revisione, quarat modos Universitas, condidatq' de mediis exsolvendi debitam Summam 60000. Patribg Camaldulensibus. 6to. Compilatio Statutor pro Coloniis Academicis Perillri Lipiewicz U.I. Dri, Illribus Ficzkiewicz & Toryani U.I. Professoribg. Qua omnia, nondum effectuata, Jisdem tamen ut supra respective commissa, pro amore Boni publici effectuanda commendata sunt.

Ad 2dum. Provisoratg Contubernii Starnigeliani collatus est Perillustri & Reverendisimo Zolędziowski Sa Thia Doct: & Profri.

Ad 3tium. Summam 20000. Universitati per Perillrem olim Michaelem Czyrnicki Sa Thia Drem & Profrem Testamentô legatâ p Anniversario ejusdé, & p Rndsmô Canonicû Zolędziowski ac Perillrem Rygalski Sa Thia Doctores uti Executores obligatam, Universitas, anima Defuncti Perillris requiê precando aternam, cum gratiar actione acceptavit, eamq' in Bonis suis comuniter omnibg, cum obligatione solvendi Censum per Quinque à Centum, & celebrandi Anniversarium juxta Ordinationem Testatoris per DD. Executores porrigendam, assecuravit. Et in continenti, ad enumerandam pfatâ Summâ 20000 & in Archivo suo in instanti reponendam, quietandumq' DD. Executores, deputavit Perillres De Clos Sa Thia & Lipiewicz U. Juris Doctores, Archivistas, facturos relaõnê in futura Convocaõne.

Ad 4tum. Copias Processuum tam Beatificationis quam Canonizationis S.I. Cantii reponendas esse in Bibliotheca Collegii Majoris in loco bene viso & bene custodito censuit Universitas.

Ad 5tum. Ad recipiendum Bona Nasiechowice & Miechowicki, novumq' Inventarium conficiendum, deputati sunt, Perillris Lipiewicz U.I.D. Universit: Procurator, & Illris Jarzęcki Generalis Bonorum Universitatis Oeconomus.

Ad 6tum. Prognoses in Calendariis apponi solita, num apponi debeant? & ejusmodi Lucubrationes Mathematica, vulgo Calendaria utrum junctim per omnes simul Mathematicos conscribi, & sub ignoto, vel sub nomine cujusq ex Authoribg in lucem edi debeant? consultabit Schola Mathematica. ac in futura Convocatione, Universitatem in scripto informabit. Quod commisit DD. Mathematicis.

Ad 7mū. Laudabilē intentionē Perillris D. Kamelski Præpti & Decani Foranei Zathorienę, Archivistā, sive Custodem Archivi fundare volentis, cum grāarum actione acceptavit Universitas. commisitque Magnifico D. Rectori scribendam esse illi epistolam, ut suā mentem, quomodo id velit ordinari, scriptō explicet.

Ad 8vum. Circa salariandum perpetuò Profrēm Linguæ Græcæ deliberat Universitas. Et interea commisit Illri Niegowiecki Sæ Thiæ Prōfri, quatenus Fundāones Borcanar revideat, & quæ ipsarum Magistris ac Baccalaureis percipiendæ serviant; tum, quæ liberæ dispositioni DD. Provisor sint commissæ, informet.

Ad 9num. Posse interea nomen & regimen Rectoratūs Coloniæ Leopolienę permanere penes Perillrēm Rndsmum Podhajecki Canonicum Leopolienę, donec eandem Coloniā ad statum meliorem proventusq' pinguiores perducat, conclusit Universitas.

Ad 10mum. Fecit Relationem Perillris Lipiewicz U. I. D. quòd adveniente termino Condescensionis, descenderit ad Bona Mlodzieiowice, sed Parte adversa ibidem non comparente, Cracoviam rediit, & prorogationem ad Feriam 2dam post Festum Sti Martini sibi intimatam reperit. Perinde negotium & Causa eadem prædicto Perillustri Procuratori commendata.

Ad 11mum. Fecit Relationem Perillris Lipiewicz Procurator, Rationes Illris Jarzęcki Generalis Oeconomi nondum esse completas. Unde ad producendas easdem Rationes, non aliter, quàm in futra Convocatione obligant. De Pensionibus verò conclusum est, ut intera in parte solvantur, donec intoto solvi poterunt.

Ad 12mum. De tempore audiendar Rationum Illris Oeconomi Generalis facta est dilatio ad futuram Convocationem.

Ad 13tium. Negotium "conscribendi" ruinas Coloniæ Pinczovienę commendatū est Perillri DeClos, una cū Illri Directore terminandum.

Ad 14tum. Aperuit desiderium suum Perillris DeClos ratione aliquot denarum arbor ex Sylva Bonor Nasiechowice pro reparatione Cæmeterii vulgo na przyciesi. Quod negotium commissum est Perillustri Lipiewicz Procuratori Universitatis.

Ad 15tum. Desiderium respectu Revocatoriar ex Academia Posnanienę Illris Marxen Academiæ Posnanienę Rectoris sic Universitas resolvit: nempe, ut Idem Illris Marxen triennium suum compleat, & interea negotium gloriosè inchoatum respectu Canonicatus favore Rector illius Academiæ incorporandi, omni meliori modō perfici & ad effectum deduci curet.

Ad 16tum. Fecit Relationem Illris Mrugaczewski Provisor Scholæ Leopolienę productas esse tam Perceptor quàm Expensor Rationes per Illrēm Jankiewicz antecedaneum Scholæ Leopoliensis Rectorem in rem Scholæ illius erogatorum.

Ad 17mum. Nobilis Magistratg Varsavienę ad Epistolam Perillustris Procuratoris Lipiewicz nomine Universitatis in negotio Scholæ Varsavienę scriptam non respondit. Proinde hoc negotium commendatum est memoriæ Perillris Provisoris Lipiewicz.

Tum ad alia.

Ad 1mū. Negotium ratione Trium & Duorum Millium Leopolien pro Professore disponendor, dilatum est ad futuram Convocaōnem.

Ad 2dum. Illris Niegowiecki Sa Thia Lrs retulit jam confectum esse Summarium Exceptor & Expensor ad originale Regestrum Piskorscianum pro Fabrica totig Ecclēa Collta Sa Anna, per eundemmet in futura Convocatione producendum.

Ad 3tium. Exemplaria, Erectionis Canonicatūs pro Directore Scholar Tarnovien, pariter Statūs Bursa Jurisperitor, qua in Archivo reponenda erant, ad Psentiā Andrēi Canonici Marciszowski Provisoris, hoc negotiū dilatū est.

Ad 4tum. Ad indigentiam Professorum Scholar Varsavienssiū in Epistola Excellentis Axon Directoris expressam negativē respondere Perillri Lipiewicz Provisori ejusdem Colonia commisit Universitas.

Ad 5tum. Negotium Fundi Kollegiackie dicti Zwierzynecii sitt, commissum est Perillustri Lipiewicz Procuratori Universit:

CONVOCATIO 2da
DD. Consiliariorū.

Anno Domini 1769. Die 11. Julii extradita fuit Convocatio DD. Consiliariorū sub hac solita forma. Admodum Reverende Pater Egregie Domine Doctor & Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina in Hypocausto Collegii Majoris horā 2dā pomeridianā non expectato pulsu campana Imō Ad revidendos Labores Clarissimor Excellenz: DD. Professor Inclyta Facultatis Philosophica. 2dō. Ad dis: membrandum pecuniam ex Pensionalibus Beneficiis per D. Procuratorem Universitatis collectam. Tum ad alia, si qua per Rectorem proponent. Detur omnibus & singulis Perillribs Clarmis, Quatuor Facultatum; Theologica, Juridica, Medica, & Philosophica Decanis, necnon Procuratori Universitatis, Oratori Tyliciano, & Consiliariis Facultatis Philosophica Die 11ma Julii 1769no. Ex Parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mū. Revisi sunt & lecti coram Jis ut supra, Labores CC. Excell: DDr. Professorum Inclyta Facultatis Philosophica latum g' c' de illis judicium ad mentem Legis novellæ.

Ad 2dum. Fecit relationem Perillris Procurator Universitatis se collegisse pecuniam ex Beneficiis pensionalibus inter Clarmos & Excellmos Professores Inclyta Facultatis Philosophica dismembrandam. Et quidē ex Beneficio Premyslovien: fr. Polonical: — „ 1000„
Ex Beneficio Prosnovicensi - - - - - - - - — „ 150„
Ex Decimis sub Parochia Ecclēa in antiqua Korczyn. - — „ 500„
In Summa Floren: Polonic: - - - - - - - - — „ 1650„
Quam ita collectam pecuniam Magnificus D. Rector & deputati ab alma Universitate eidem Perillri Procuratori inter Perillres, & Clarissimum Consiliarios, tum dictos CC. & Excell: Professores more solito dismembrandam commiserunt, attentā majori vel minori eorumdem in laboribus diligentiā. Hoc insuper adjectō, ut, qui ad mentem novellæ Ordinationis Exercitationes vel Disputatōnes

ex Lectionibus suis non absolverunt, & qui non legerunt ex Ca: thedra, sed tantùm audierunt sub aliis Clarmis Professoribus Le: ctiones, eisdem circa Dismembrationem apponas clausula = salva absolvenda Exercitatione vel disputatione = sive = salva produ: ctione Lectionum coram Illri Decano Facultatis Philosophica = & donec absolverint exercitationes vel disputationes, aut pro: duxerint Lectiones coram Illri Clarmo Decano Facultatis, Con: cernens eosdem pensio penes Perillrem Procuratorem Univer: sitatis maneat, & postquam absolverint, vel produxerint, eisdem extradatur. Et quoniam Anno Proterito per errorem prater: missus fuerat in Scheda Dismembrationis margarethalis pre: sentaneus Decanus Facultatis Philosophica Decang Illustris Wisniowski, conclusum est, eidem ex Fisco Facultatis ad pro: portionem laboris assignandam fore per Perillrem Procuratorem Universitatis pensionem. Pariter super-erogatos fl. 20. per eundem Perillrem Procuratorem de proprio, quos ex Beneficio Prosp vicensi ratione insignis grandinationis Anno Proterito ibidem sub: secuta ab Illri Præposito non recepit, decisum est, compensandos sibi esse ex eodem Fisco sive caco Facultatis.

CONVOCATIO 3tia

Ao Dni 1769 die 25. 7bris extradita fuit Convocatio Universi: tatis sub hac solita forma: Adm Rnde Pater, Egregie Domi: ne Doctor ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina in communi Stuba Collegii Majoris hora Secunda pomeridiana dum signum campanâ datum fuerit ad resolven: dum sequentia Puncta.

1mò. Ad referendum lectas esse Conclusiones præcedentium Convocationum, & quæ nondum sunt effectuata.

2dò. Ad referendum Universitati consilium DD. Consultorum.

3tiò. Ad producendum modos exsolvendi Summam debitam Florenorum Sexaginta Millium Pl. Camaldulensibus.

4tò. Ad determinandum, num Diplomata singular respective Fa: cultatum p unũ Decanũ, an etiá p Examinatores sint subscribenda?

5tò. Ad producendas completas Rationes p Gnãle Oeconomũ ex Bo: nis Universitatis, & an interea pensiones in parte sint exsoluta?

6tò. Ad determinandum tempus, quo quotannis audiri debeant in Universitate Rationes Generalis Oeconomi.

7mò. Ad informandum Universitatem de Borcanis, qua servi: unt Magistris ac Baccalaureis, tum de illis, qua libera disposi: tioni sunt relicta, ex quibg Professor Linguæ Græcæ possit ordinarie participare.

8vò. Ad videndá & inscribendá Ordinationẽ celebrandi Anniver: sarii Czyrnicciani, pro quo reposita est Summa 20. Millium.

9nò. Ad pacificandas pretensiones ex Tenuta Bonorum Navicchowice & Dziewięciele exortas.

10mò. An sit subveniendum Subditis Bonorum Universitatis

in exsol:

in exvolvenda quadruplicata sive duplicata Contributione Capitali?
1mò. Qualis sensus erit Universitatis respectu bellicæ expeditionis ex Bonis ejusdem in casu per Confœderationem injungendæ?
2dò. Ad deputandum Revisores ad Lapideam Hungarorū, ratione ruinarum ibi subsecutarum, dandumq; consensum D. Procuratori eandē post expiratum Contractū Clārmi Camelin, alteri locandi.
3tiò. Ad commendandū, quateng Perillres, Illres Domini solutio: nem p arboribg evectis ex Sylvis Nasiechoviceng D. Procuratori remittat.
4tò. Ad referendum, scriptam esse epistolam ad Perill: Kamielski Præpositū & Decanū Foraneum Zathoriens; circa fundandum Archivistā, atq; quōd idem Perillustris fundationem fecerit utilē promovendo Studio Juridico, ut feriis 3tiis & 5tis praxis judiciaria in figura judicii in Collegio Juridico in utroq; Jure demonstretur.
5tò. Ad audiendā resolutionē Scholæ Mathematicæ, num Prognoses in Calendariis p singulos, an solum p unum scribi debeant.
6tò. Ad referendum de Decreto Kicciis lato ratione Summæ Sex millium Bogusłaviana Fundationis favore Profr Colonia Corcineng: Sex millium Bogusłaviana Fundationis favore Profr Colonia Corcineng: Camelin Directoris Filii Illrmi Zatuski Capitanei Chęcineng, id sibi p merito in Universitate & Facultate reputari postulantis.

Tum ad alia.

1mò. Num jam negotium Quing: millium pro Professore Leopoli fundando ad finem perductum?
2dò. Ad legenda desideria Excellmi Leibmann Leopolim mittendi.
3tiò. Ad audiendā Supplicationē Subditorum Nasiechovicensium.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Retulit Magnificus D. Rector lectas esse Conclusiones anterioris Convocationis, & jam per DD. Decanos Facultatū approbatas. Negotia verò non effectuata, ad effectuandum sunt commendata. Et quidem 1mum. Discessus ad Albam Ducalem Illri Ficzkiewicz J. U. Licentiato, & Illri Foltanski Sæ Theologiæ Professori ejusdē Colonia Provisori, quia ibi res malè currunt.
2dum. Separatio Jurium Capituli Sti Floriani à Juribus Universitatis Perillri Rygalski Sæ Theologiæ Doctori, & Illri Mrugaczēssi Sæ Thiæ Profri. 3tium. Investigatio Jurium, si quæ habet Universitas pro emendis Bonis terrestribus Perillribus; De Clos Sæ Thiæ, & Lipiewicz U. I. Doctoribus, Archivistis Universitatis.
4tum. Inceptum opus boni ordinis in Typographia Universitatis, quod continuatur, perficiendum finaliter Illri Ptecki ejusdem Typographiæ Præfecto. 5tum. Compilatio Statutor pro Collegiis Academicis à Perillri Lipiewicz, cum Illribus Ficzkiewicz & Toriani pro futura Convocatione appromissa.
Ad 2dum. Retulit Magnificus D. Rector Acta in Consilio Patrū. Et quidem 1mò. Consultum fuisse de Introductione Canonizati Sti Joannis Cantii, & verum fuit, Actum eundem ad meliores temporis circumstantias differendum esse. 2dò. De vacantibus Profr Cancellariatibus Philosophicæ & Medicæ Facultatis: & eo fine Scriptam fuisse Sæ epistolam ad Illustrissimum Primum Locumtenentem,

videlicet Illrmũ Suffraganeum & Officialem Cracovienẽ. qui in Per:
2º sonam Reverendissimi Domini Zołędziowski Canonici Cathedralis
Cracovienẽ hosce Pro: Cancellariatꝰ misit: ad quod Diploma adhuc deside:
ratur. 3tiò. Circa Scholam Ssmi Spiritûs: quòd Canonici il:
lius Loci nolint providere Seniori victum. Quod negotiũ Scholæ,
unà cum Borcana Quatuordecem millium pro Volbramensibus,
ad colloquium cum Illrmo Chyczewski, tanquam Commissario
ejusdem Conventus Ssmi Spiritûs, commissum est Reveren:
dissimo Canonico Zołędziowski. 4tò. De Medica Facultate,
quæ cùm tantùm unicâ Clarmi Camelin Personâ constet, ideo
eidem Clarmo Camelin commissa est cura complendi eandem
Facultatem Subjectîs medendi gnarîs. 5tò. An & quomodo sint
defendendæ Studiosorum à Judæis Contributiones vulgo Kozuba:
lec dictæ. Et visum fuit, debere quæri Privilegium Serenissimi
Stephani Bathorei, qui Scholam Si Floriani erexit, per quod Privi:
legium, Scholiregis Si Floriani conceduntur à Judæis Gabellæ
ubi in Privilegio hæc verba leguntur = Gabellas à Judæis Scholi:
regæ Si Floriani concedimus. = Quod negotium, quærendi præ:
dictum Privilegium committit Perillribꝰ DeClos & Lipiewicz Archivistis.
6tò. Num more antiquo, in sæculari habitu, si aliqui voluerint, acce:
dere, suscipiendi sint ad secundam Lauream Philosophicã, resol:
vendum commiserunt DD. Consultores Facultati Philosophicæ.
Quæ omnia & singula consulta, sic ùt sonant, Universitas auscul:
tando approbavit.
Ad 3tium. Fecit Relationem Magnificus D. Rector de Consilio
DD. Consultorum de Perceptis & Expensis ritè conscriptis à Peril:
lustri Procuratore Canonizationis Si Joannis Cantii ad 25tam
7bris factis, per Dnos Commissarios deputatos subscribendis.
Negotium verò de exsolvendis Triginta Millibus ex Summa Sexa:
ginta Millium Patribus Camaldulensibus, commissum est ad tractan:
dum omni meliori modo Reverendissimo Marciszowski, Perillri:
bus Lipiewicz & Putanowicz cum præfatis Patribus.
Ad 4tum. Diplomata singularũ respectivè Facultatũ, antiquo more
subscribenda esse per unum Dominum respectivæ Facultatis
Decanum censuit Universitas.
Ad 5tum. Ad rationes complendas cum Illri Gnali Universi:
tatis Oeconomo, formamq; illi scribendorum Regestrorũ porrigen:
dam, quam servare tenebitur, deputati sunt Perillustres;
Rygalski Sæ Thiæ, Lipiewicz U. I. Doctores, & Illustris
Szybalski U. I. Professor. Secundum verò Punctum de
exsolutione Pensionum in parte, dilatum est.
Ad 6tum. De tempore audiendarum quotannis Rationũ
Generalis Oeconomi Universitatis dilatum est.
Ad 7mũ. Hoc Punctũ de salariando Græcæ Linguæ Professore evacuat.
Ad 8vũ. Ordinaõ Anniversarii Czyrnicciani ad futurã Convocaõẽ differt.
Ad 9num. Prætensiones ex Tenuta Bonorum Nasiechowice
& Dziewięciele sic Universitas pacificandas censuit. 1mò Fru:
menta per Subditos modo communicativo à Perillri Tenutario

accepta

accepta, censuit refundenda esse eidem Perillri Tenutario de granario prædiali. 2dò. Summam 400. Flnorũ acceptandam esse pro Strena Trium Regum. Pro condonatione verò residui debiti cum pòstulatione, deputatus est Perillris Lipiewicz & Niegowiecki ad Perillustrem Krzynowski, uti anteccedaneũ horum Bonorum Tenutarium.

Ad 10mum. Censuit Universitas subveniendum esse Subditis Bonorum suorum: ita, ut juxta antiquam praxim exsolvant Contributionem Capitalem, in altera verò parte exsolvenda per Universitatem ipsis subveniatur, cum obligatione restituendi; postquã venerint meliora tempora.

Ad 11mum. In casu Expeditionis bellica ex Bonis Universitatis p Confœderationem injungenda, committitur negotium activitati & prudentiæ Perillustris Procuratoris.

Ad 12mum. Rationes ruinar in Lapidea Hungaror, ad Revisionem deputati sunt Illres Minocki & Sleczkowski. Datusq est consensus Perillri Procuratori, hancce Lapideam arendandi & locandi.

Ad 13tium. Receptio pecuniar à Perillribs Illribs, pro arboribus ex Sylvis Nasiechoviceñ evectis commissa est Perillri Procuratori.

Ad 14tum. Retulit Magnificus D. Rector scriptam esse epistolam ad Perillrem Kamiński Præpositum & Decanum Foraneum Zathorien circa fundandã Archivistam, ut intentionem suam aperiret, quod quia non effectuavit, ideo hoc fine projectũ porrigendum esse commisit Universitas Reverendissimo Załęzziowski Canonico cum Illri Lutanowicz, Perillustri Fundatori præsentandum ad acceptandum. Quò verò ad alterum Punctum Exercitii Juridici in Utroq Jure certis diebus practicandi, remisit Universitas ad Facultatem Juridicã.

Ad 15tũ. Differt Resolũ DD. Mathematicor circa convenienda Calendaria & præxes, donec omnes DD. Mathematici aperiant sensus Suos cum clara explicatione. Dispositio vero Calendarii Politici commissa est Illustri Niegowiecki, uti Ordinario.

Ad 16tum. Retulit Perillris Provisor Colonia Neo: Corcinen de Decreto in Kielce in productis subsecuto ratione Summæ Sex Millium Perillustris olim Bogusławski Liæ Doctoris Collega Minoris pro Professoribs Neo-Corcinen. Negotium verò Obligationum imponendar Perillri Provisori, juxta informationem in verbo datam, commissum est. Pariter & gratiarum actio Rndissimo Olechowski pro gratioso Decreto commissa Rndmis Canonicis Załęzziowski & Marcinowski, cum adjungenda petitione, ne magnis obligationibs gravent Profres Neo: Corcinen.

Ad 17mum. Intulit petitionẽ sua Excell: Camelin Director ad Pens Filii Illrmi Załuski Capitanei Checinen, quateng sibi pro merito in Universitate & Facultate Directoratus ille reputet. Et Universitas petitioni ejusdem Excellentis Camelin libenter annuit.

Tum ad alia

Imò. Negotium Quing Millium pro Professore Leopoli fundando commendatur continuandum Perillustri Procuratori.

2dò. In desideriis suis Excellens Leibman referat se ad Perillrem Procuratorem facturum de hoc relationem in Universitate.

3tiò. Postulatio Subditor resoluta hìc in Puncto 10mo.

Hæc sunt acta, quibus hactenus isthac in Regno Hemisphere, per tria Retroanteq mei semestria continuata. Quæ si majoribus ampliora potuissent, majorib praxim reddi; si alias Regni perturbationes, atq Universum Rebellitas virum, quod me invitum ad imperandum effecit, non obstitissent. Eapropter si lem ad parcendum quibo animi & corporis infirmitati; dum nonita ut oportuisset sustentati muneris monumentum ad augendam famam Dei O.M. Gloriam, Sanitatemq perpetuo in Universitate conservandam ordinatum, ne quid relinquatur. In quorum fidem me Subscribo

Casimirus Jeppowski J. U. D. Facultatis Juridicæ Collega senior, Studii Hujus Rector mpp

Inhærendo Conclusionibus Almæ Universitatis: 1ma sub Die 19. Januarii Anni 1767mi, extra Puncta sub No 12. 2da sub die 2. Xbris Anni ejusdem, extra Puncta No 3tio: 3tia sub die 17. Junii Anni 1768vi intra Puncta N. 3tio Latis et publicatis, supra insertas Trium Convocationum Conclusiones, manu Illis Clmi et A. R. M. Josephi Scabell Collegæ Minoris Phiæ Dris et Matheseos Prfris, fideliter connotatas auscultari legi et revidi, easq; non aliter, nisi prout ab Altedicta Universitate lata et approbata fuerant, his in actis exaratas esse adinveni. De quo fidem facio et me subscribo. Crac. Die 18. Mensis Octobris. 1769no. M. Jacobus Marcisz Lowski U. J. Dr et Prfr. Ccus Cath. Crac. Consistorii Mlis Crac. Judex Surrogatus, Consultissimæ Facultatis Juridicæ Prosancellarius et Decanus.

Supra Scriptas Conclusiones concordare cum suis originalibus Nobilis Rector M. Josephus Wisniowski Phiæ Doctor et Prfr, interea Artistarum Decanus mpp

Rectoratu Primo

Magnifici Perillustris & Reverendissimi Domini, D. M. Antonii

ZOLEDZIOWSKI

Utriusq; Juris Sæ Theologiæ Doctoris & Professoris, Ecclesiæ Cathedralis Canonici, Studii Generalis Universitatis Cracovien.

AMPLISSIMI RECTORIS.

CONVOCATIO 1ma.

Annô Domini 1769nô die 17ma Mensis Decembris extradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita forma = Adm Reverende Pater, Egregie Domine Doctor & Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra cras in Stuba communi Collegii Majoris, horâ 2da pomeridiana, dum signum campanâ datum

fuerit,

fuerit, ad resolvendum sequentia Puncta.
1mò. Ad audiendam relationem Rectoris super negotio ad tractandũ cum Reverendissimo D. Archidiacono Cracovien. sibi commisso.
2dò. Ad audiendam relationem DD. Deputatorum ad Regestra Illris Œconomi, finaliterq; circa illius annuum salarium determinandum.
3tiò. Ad determinandũ tempus faciendæ rationis p eundẽ D. Œconomũ.
4tò. Ad determinandum de solutione pensionum in parte, Dñis Professoribus ex Bonis Universitatis debitarum.
5tò. Ad audiendam relationem DD. Deputatorum ad Perillrem Præpositum Sti Floriani, ratione prætensionum ex Bonis Nasie: chowice, sub tempus illius tenutæ pullulantium.
6tò. Ad dandam facultatem Perillri Procuratori alium Bedellum, in locum Honorati Zastawski substituendi.
7mò. Ad audiendam relationem Dominorum Deputatorum ad revisionem Lapideæ Hungarorum dictæ.
8vò. Ad audiendam Ordinationem Anniversarii Czyrnicciani per DD. Executores voluntatis ipsius factam.
9nò. Ad faciendam relationem DD. Deputatorum ab Universitate ad pacificandum negotium respectu Decimæ ex Sorte Collegii Minoris Sidzina dicta Præbendario Stæ Magdalenæ servientis.
Tum ad alia, si qua per Rectorem proponentur.
Detur omnibus Adm Rndis Patribus, Egregiis DD. Doctoribus, Magistris Venerabilibus, duntaxat Universitati incorporatis.
Die 17. 10bris 1769nò. Ex parte Rectoris Universitatis.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Fecit relationem Magnificus D. Rector in negotio sibi per Universitatem commisso ratione tum subtracti victũs Dñ Seniori Scholæ S. Spiritus per Adm Rndos Canonicos Regulares de Saxia, qui per ipsos aliàs antecedaneis Senioribus submini-strari solebat, tum in causa retentionis Borcanæ Smolenscianæ, in quam Census à Summa Capitali florenor 14000. converti debet. Cujus Borcanæ laudati Adm Rndi Canonici cùm sint Provisores, illam tamen Studiosis vigore Ordinationis Fundatoris à tempore notabili exsolvere neglexerunt, Se collocutum fuisse, quà cum Reveren-dissimo Chyczewski Archidiacono Cathedrali Cracovien, quà cum memoratis Canonicis de Saxia. qui quidem, primum quod attinet, nimirum Subministrationem victũs Dñ Seniori Schola, reposue-runt: de jure ad id petitorio sibi non constare. Quod verò spectat Borcanam Smolenscianam, hanc non negant: sed, cùm Censum à pra-dicta Summa fl 14000. propter moderna calamitosa tempora non per-cipiant, proindè stantibus his circumstantiis dictam Borcanam inter Studiosos non distribuunt. Cujus quidem Summæ 14000. pro Bor-cana Smolenscianæ conquisitio documentorum, tum quoq; investi-gatio Juris petitorii quò ad Subministrationem victũs Seniori Schola denegati, cura & diligentia Illris M. Cantii Jankiewicz U. I. Professoris per Universitatem est commissa.
Ad 2dum. Perillustres DD. MM. Joannes Rygalski Stæ Thiæ, Andreas Lipiewicz U. I. Doctores & Profres ad audiendas Rati-ones de Perceptis & Expensis per Illrem Œconomum Generalem Bonorum Universitatis factis in annis 1766, 1767, & 1768, per Uni-

versitatem deputati, retulerunt: adhibuisse se omnem diligentiam in revidendis & calculandis Regestris Oeconomicis omnium & singulorum Proventuum, quos specificatis annis Universitatis Bona per D. Oeconomum administrata importarunt, examinasse etiam omnes expensas, tum in rem fundi, tum in reparationes, & alias necessitates, erogatas. Ostenditq; D. Oeconomus Summam Generalem totius Percepta Florenorum Polonicalium 39244, grossorum 23. Expensa verò, Florenorum Polonicalium 21010. grossorum 16. Superat itaq; Percepta Expensam Floren: Polo: 17234. grossis - - 7. Quas Rationes taliter auditas approbavit Universitas praesenti hac sua Conclusione ad praemissa mediante. Quod verò attinet determinationem Salarii Illri Oeconomo, pendendi, reassumendam esse censuit Conclusionem Ao. 1768 vô 17. Mensis Junii ad 12mum latam, in qua quidem, Duo millia florenor Polonicalium, includendo in iis florenos 200. pro Salario Scriba, Illri Oeconomo per Universitatem sunt constituta. Sed quoniam praesenti temporis calamitate Universitas in reditibus suis notabiliter est diminuta, variaq; Pensiones Professoribus debita, super Bonis Universitatis inscripta, à multis annis sunt retenta, ideo voluit rogatum Illrem Oeconomum Universitas, ut pro annis elapsis, ex Salario sibi debito, spectato amore boni communis; aliquid remittere dignaretur. Ad quod negotium cum eo tractandum, Perillres, Rndissimum, & Adm Rndos DD. MM. Jacobum Marciszowski U. I. Doctorem & Professorem, Canonicum Cathedralem Cracovien, Andream Lipiewicz U. I. Doctorem & Professorem, Universitatis Procuratorem, Josephum Putanowicz Sae Thlae Doctorem Philosophiae Electivae Professorem, Collegiata SS. OO. Praepositum, eligendos & designandos censuit, prout de facto elegit & designavit.

Ad 8tium. Tempus faciendae Rationum tam quò ad Perceptas ex Proventibus Bonorum Universitatis, quàm quò ad Expensas in rem eorundem Bonorum per D. Oeconomum, placuit Universitati, illud determinandum esse, quod jam aliàs vigore anteriorum Conclusionum Perillres & Adm Rndi DD. MM. Joannes Rygalski Sae Thlae, & Andreas Lipiewicz U. I. Doctores & Professores ad faciendam Ordinationem in negotio Oeconomi Generalis Bonorum ejusdem Universitatis deputati, constituerunt, ordinaverunt & determinaverunt. Cujus quidem Ordinationis tenor est, ut sequitur; talis. ==

== Nos infrascripti per Conclusionem alma Universitatis ad concludendum in negotio Oeconomi Generalis Bonorum ejusdem Universitatis, faciendamq; Ordinationem Deputati, ad cujus mentem praefatus Oeconomus Bona administrare, Proventus quaerere, Subditis invigilare tenebitur, taliter in praesentia Illris Clarmi Adm Rndi M. Antonii Jarzecki Thlae Dris, Collega Minoris, Collegiata SS. OO. Canonici praesentanei electi Oeconomi Generalis Bonor Universitatis, concludimus & ordinavimq; in hunc qui sequitur modum.

Imò. Oeconomus Bonor Universitatis praeter ordinarios ex Bonis Proventus, in quibus procurandis diligens, exactus, & fidelis esse debebit, quaerere tenet alia industria emolumenta, qualia sunt; Propinacye, spas wolow, wieprzow, koni, stawy, pszczoły, Cegielnie, Pa-

pień

piernie, Hamernic, Gunty, Sady, & his similia.
2dò. Introducendo aliquam auditionem Proventûs industrialem; convenire debet Dominum Procuratorem Universitatis.
3tiò. Quod si bona Oeconomia postulaverit, quatenus de novo aliquis Colonus constituendus, vel Cmetho, aut quispiam alter Colonorum dejicendus esset, id, cum referibilitate ad D. Procuratorem Universitatis faciet, & D. Procurator de hoc Universitatem informabit. Pariter Administratores aut Rationarios, sinè scitu Dⁱ Procuratoris Universitatis non suscipiet, in quos nullû de affinibg & cognatis sive consanguineis suis assumet.
4tò. Ante omnia Subditos Villarum, in timore Dei, modestia, pietate, tum obedientia Hæredibus debita, manutenebit, serioq; introspiciet, ne per eosdem dies festivi, partim per non auditionem Sacri, partim per manuales labores, & quod majus est, per nimiam potationem, violentur.
5tò. Quem ob finem Oeconomus Bonorum Universitatis, sive Administratoribus, sive Rationariis, seriò inculcabit sub privatione officii, ut in prædicta officia Christianitatis per Subditos Bonorum practicanda animadvertant, & si quem devium ac refragarium adinvenerint, eundem dicto Oeconomo deferant tempestivè, signanter, si potationibus continuis, ob quas, tam Bonorum Universitatis, quàm sua Oeconomia detrimentum pateret, aut furtis exercendis indulgerent. Curabuntq; ipsimet Administratores sive Rationarii, Subditis Bonorum quàm optimo exemplo præire, necnon officium suum sinè injuria Hæredum & Subditorû adimplere, sub pœna superiùs expressa.
6tò. Pariter, dictus Oeconomus Bonorum Subditis eorundem quàm optimo erit exemplo, novis, extraordinariis, & injustis oneribus eosdem non gravabit, sed juxta antiquorum Inventariorum obligationes procedet: excepto, si hac in re apertam injuriam fieri Universitati deprehenderit, protunc enim, quid facto opus foret, referet se ad D. Procuratorem Universitatis, relationem Universitati facturû, decisionemq; ab eadem exquisiturum.
7mò. Singularum Villarum scorsiva conscripta habeat Inventaria cum obligationibus Colonorum, sintque in unum librum Oeconomicum collecta. Antequam verò in librum Oeconomicû inducantur, sint priùs per D. Procuratorem Universitatis revisa. Ejusmodi autem Liber Oeconomicus sit in fundo accuratè descriptus, cum specificatione individua Prædiorum, Curiarû, Horreorum, Tabernarum, Braxatoriorum, Granariorum, Cavarum, tam Cmethonum, quàm Hortulanorum, necnon aliorum Inquilinorum, cum jumentis, necnon universa supellectili agraria, si aliquid deperiit, vel accessit, si deterioratum est, & reparatione indiget, vel denovo procurari desideretur. Similiter, describi curet Nomina & Cognomina singulorum Cmethonum, Hortulanorum, reliquorum Inquilinorum, in singulis Bonis, cum eorum liberis & familia, tum specifica expressione laborum diurnorum, itinerum, dationum, contributionum Regni, fundorum per eosdem conseminari solitorum, & caterorum ad rem agrariam & Oeconomicam domesticam pertinentium.
8vò. Ejusmodi Inventaria quotannis revideat, & si aliquid deterioratum fuerit, vel accesserit, aut deperierit, Dⁱ Procuratori Universitatis

ad decursum anni porrigat.
9nò. Seriò admonere debet sive Administratores, sive Rationarios, ut Stabula Pradiorum bis in anno, circa festum Sti Joannis Baptistæ, & natalium Christi revideantur, describantur, connotenturq; in Regestris vacca fata & effata de die & mense. Quod ipsum intelligendum venit de ovibus, pecoribus, & aliis.
10mò. Intererit cura Œconomi Bonorum revidere cum Administratoribus, sive Rationariis, adjunctis custodibus camporum, Sylvarum, tum juratis aliis Incolis, singularum villarum granicies, eisq; seriò inculcare, illas conservandas. Nec quidquam à fundis Universitatis avelli permittet, quinimo integritati earumdem granicierū, necnon conservationi scopulorum sedulò invigilabit, ac de avulsis Dominum Procuratorem Universitatis, facturum de his omnibus relationem in Convocatione Universitatis, p priùs informabit.
11mò. Parem curam habeat circa agros colendos, conseminandos, de radice extirpandos, tum circa frumenta ad horrea convehenda, ibidemq; trituranda, ac demum ad foralia evehenda, ne per hoc Hæredes damnum aliquod patiantur, alias in casu Œconomq Bonor respon: surus. 12mò. Animadvertat, ne in Sylvis, arbustis, sive Borris, qualia, vel quales in Bonis reperiuntur, detrimentum aliquod exoriatur, quamobrem Custodibus Sylvarum seriò inculcabit eandem circumspectionem, nec quidquam ex iisdem præterquam in necessitatem & commodum Curiæ, aliàs ad focum, vulgò opal evehi demandabit. Quòd si verò vel arbusta, vel arbores dividendæ forent, tam excrescentes, quàm in terra jacentes, per priùs D. Procuratorē Universitatis, facturum in Convocatione relationem, informabit. Quòd idem extenditur ad Stagna & Piscinas in Bonis reperibiles, dum & quando piscibus impleta erunt.
13tiò. Quòd si aliqua reparationes notabiles ædificiorum, aut extraordinaria expensa forent faciendæ, id nonnisi cum scitu & consilio Domini Procuratoris Universitatis fiat. Nihilo tamen minus Œconomus Bonorum in singulos menses ædificia Colonorum, eorumq; supellectilem agrariam revidere tenebitur, & si eadem deteriorari observabit, sinè detrimento laboris diurni Hæredibus prætandi, injunget eorumdem instantaneam reparationem.
14tò. Præter Librum Inventariorum ut supra, habeat alterū librum Proventuum, cui ex singulis Bonis quotannis expensa & percepta per eundem inscribantur, de quibus rationes faciet circa Festum Sti Joannis Baptistæ, vel, prout tempus opportunius & commodius suadebit, coram Dō. Procuratore Universitatis in præsentia duorum Professorum in Œconomicis versatorum per Universitatem deputandorum & eligendorum. Ipse quoq; pariter Rationes Administratorum sive Rationariorum sinè acceptione personarum, præsentibus Custodibus Sylvarum, Granariorū, aliorūq; juratorum Incolarum, prout ratio & necessitas suadebit, excipiet.
15tò. Quibus modò supradicto expeditis Rationibus in residentia Dō. Procuratoris, verificatio Regestrorum fiat in fundo, & indagationes necessarias in re Œconomica instituant, cum nexu faciendæ relatio:

mi

nis per Dominum Procuratorem in Convocatione Universitatis.
16to. Nullas Transactiones, tam officiosas, quàm amicabiles, respectu gra:
nicierum, fundorum, sylvarum, subditorum, ac aliorum faciet sinè re:
feribilitate ad Dominum Procuratorem, qui informabit Universitatem,
consensumq; super ejusmodi incunda transactione ab ea exquiret.
17mo. Quòd si verò aliquod damnum p: quod avertant Superi! p in Bo:
nis evenerit, tempestivè & indilatè, cum omnibus circumstantiis ju:
stè & conscientiosè referat Domino Procuratori, ille autem Univer:
sitati, & quid opus fuerit, eandem consulet.
18vo. Quoniam officium nemini debet esse damnosum, quocirca,
pensando & considerando laborem Oeconomi Bonorum, quem in illis
subibit, prater libertatem à laboribus Scholasticis, officium ejus:
modi Oeconomia eidem pro merito reputatur, & si fuerit Univer:
sitati incorporatus, gaudebit præsentiâ, participabitq; de emolumentis
Collegii ac Universitatis, insuper in vim Salarii habebit Florenos Polo:
nicales bis mille, quos de manibus Domini Procuratoris mediante sua
manuali quietatione recipiet.
19no. Præterea permittitur eidem Oeconomo in Bonis gratiâ necessi:
tatis propriæ fovere par unum de anseribus, anatibus, & gallinis,
Item duas vaccas. Item pingvefacere duos vitulos & duos porcos.
Exceptis alvearibûs apum, utpote, qua industrialem proven:
tum Universitatis respiciunt. Jam verò ipsemet Oeconomus tã
Administratoribus, quàm Rationariis ac reliqua Familia, cum
referibilitate ad Dominum Procuratorem Universitatis Salaria
& annuos proventus ordinarios constituet.
20mo. Equis utatur Bonorum Universitatis, non verò propriis,
pro iisq; cibaria ex Bonis, in quibus morabitur, accipiat. Quibus
tamen ad privata sua negotia, aut subordinatarum Perso:
narum uti non debet. Neque ullo prætextu in damnum & præ:
judicium Universitatis lucra propria quarat. Cujus curæ
& solicitudinis erit, aliquem juniorum Professorum per Uni:
versitatem disignandum in re Oeconomica exercere. Quemadmo:
dum etiam quotannis per seipsum tenebitur Exercitationem
seu Dissertationem ex Oeconomica absolvere.
Quam Ordinationem ita per nos Deputatos expeditam, salvis
minuendis, augendis, corrigendis, mutandis, prout Universitati
videbitur manu propria Subscripsimus. M. Joannes Rygalski
Sæ Thiæ Doctor & Prfr. mpp. M. Andreas Lipiewicz Utriusq; Ju:
ris Doctor & Professor Universitatis Cracoviens Procurator. mpp.
Ad 4tum. De solutione Pensionum in parte DD. Professori:
bus ex Bonis Universitatis debitarum, determinatio dilata
est ad Convocationem Rationum Gnalium, per Universitatem,
faciente eas Perillri D. Gnali Procuratore audiri solitarum.
Ad 5tum. Fecerunt Relationem Perillustres Domini Magistri
Andreas Lipiewicz U. I. Doctor & Professor & Jacobus Niegowiecki
Sæ Theologia Professor, Deputati ad Perillustrem Clarissimum
& Adm Reverendum Dominum M. Antonium Krzanowski Sæ
Theologia Doctorem & Professorem Ecclesia Collegiata Sti Flo:
riani Præpositum circa pretensiones ex Tenuta Bonor Nasiecho:

vice

wice & Dziewięciele pullulantes ad Summam florenorum Polonica-
lium 1383. grossorum 23. ascendentes, justas & reales. quas quidem
pretensiones, quoniam idem Perillustris Propositus, ex sua erga almam
Universitatem, per iniqua tempora praesentia notabiliter extenuatam,
benevolentia, eidem s: salvâ honnisi Summâ Florenorum 400, in
vim strenæ pro anno futuro 1770. ex Bonis Propositura S: Floria-
ni ad praesens ob publicam calamitatem desolatis, Universitatem con-
cernentis bonificatione, ac frumentorum; hordei in metretis 20, & avena
in metretis 10, sub tempus praedicta Tenuta militi Moschovitico ex-
traditorum, ex granario Nawiechovicensi refusione, donavit ac con-
descendit. Proinde Universitas eidem gratiis actis; ad utrumque
punctum, videlicet, tam quò ad acceptationem strenæ, tam quò ad
restitutionem frumentorum, affirmativè respondit. Insuper, audita
relatione dicti Perillustris Propositi de infelici Curiæ Skavecensis
cum pecuario ac omnibus pecoribus conflagratione, eidem in ædifica-
tionem exustæ Curiæ, tum erectione obstaculorum in fluvio Skawa
praefatæ villæ summè pernicioso valde utilium, ex Sylvis Nawiecho-
vicensibus arbores quercinas, siccatas tamen 20. arbores pineas 10.
ac pro foco currus 30. lignorum pro ædificiis inutilium obtulit, &
extradere praesenti Conclusione Universitas decrevit.

Ad 6tum. Perillris D. Lipiewicz Universitatis Procurator detulit
congregatæ Universitati Honoratum Adalbertum Zastawski Bedel-
lum in obsequiis Universitati à se praestandis negligentem esse, eun-
dem cum altero suo Universitatis Conservo continuò rixari atq; alter-
cari, crapulaq; potiùs indulgere, quàm suo officio, hinc q; petiit dari
sibi facultatem alium, in locum dicti Zastawski, suscipiendi.
Et Universitas, attento praesenti calamitoso tempore, quo ab obse-
quiis suis alienatus non facilè posset sibi de ulteriori vitæ susten-
tatione providere, attento etiam & habito respectu obsequiorum ejus
per aliquot denos annos fideliter Universitati praestitorum, miti-
ùs cum eo procedit, dum eum, ut à rixis & temulentia desistat, offi-
ciis atq; obsequiis Universitati exhibendis sedulùs invigilet ad-
monendum censet, atq; etiam, ob spem ejus, ùt appromisit, emenda-
tionis, eundem hac praesenti Conclusione penes obsequia sua,
videlicet in officio Bedellatûs conservat.

Ad 7mum. Illres & Adm Rndi M M. Franciscus Minocki U.I.
Profr & Andreas Sleczkowski Phiæ Dr. & Prfr, tanquam vigore
Conclusionis in Convocatione immediata latæ ad revidendam
Lapideam Hungarorum dictam deputati, fecerunt relationem:
se ad eandem lapideam descendisse, eandem revidisse, & statum
taliter revisa connotâsse, juxta cum qui sequitur tenorem.
Nos infra scripti ab Universitate ad revidendam Lapideam Hungaro-
rum dictam deputati, in Personis nostris condescendimus, eandq;
Revisionem die 16. Mensis Obris A: Dñi 1769; verificando omnia
& singula hujusce Lapideæ Inventaria, jam aliàs fusiùs in Re-
visione per Quartualenses Urbis Metropolitanæ Cracovien; sub
die 28va Junii A: Dñi 1766. expeditæ descripta & connotata,
cum annotatione ruinarum ad praesens repertarum, ac aliorum de-
fectuum expedivimus, in hunc, qui sequis modum. = Wchodząc
do Kamienicy zaraz od drzwi większych z ulicy Brackiey; zaczy-

lismy czytac dawnieyszy Inwentarz, czyli Rewizyą w Roku 1766. dnia 28. Czerwca uczynioną, a gdzie czego nie dostawało, albo ieżeli gdzie co przybyło, tośmy porządkiem w starey Rewizyi znaki czyniąc podkreślali, y porządkiem, iak tu następuie, pisali. = ut videre est & conformare cum anteriori Revisione, sic:

W Izbie po prawey ręce szyb teraz stłuczonych iest sześć w iednym oknie, a w drugim iedna szyba strzaskana. W drzwiach, do tey izby wchodząc, okno małe wyrznięte, Ktoreg przedtym nie było. W tey Kuchence okno do izby całe stłuczone. a dotego w izbie tey ława około pieca zruynowana, iednego klocka nie masz.

Teraz klamki nie masz u tego przepierzenia.

Okienko to wyięte na gorze iest w stancyi ale złe, więcey iak pięć szyb stłuczonych.

Drzwi tych nie masz teraz.

I u tey Kucheneczki drzwi nie masz teraz.

Skobla u tych drzwi nie masz.

Szyb u tych okien nie masz 26.

I iednego skobla nie masz, a oprocz tego, w tey izbie iest okienko małe od pieca do alkierza, w ktorym trzech szyb nie masz. Odwid: kiego zaś okna w tey izbie tylney wielkiey iest krata oderwana, popsuta, żelazna, leży na podworzu.

W tey sieni, w podłodze, iednej tarcicy nie masz.

Szyb w tym oknie 11. stłuczonych.

Tu podsiębitka poprawiona.

Dwie szyby wystrzelone.

Tu w tych oknach cztery rzędy szyb stłuczonych.

Teraz szyb nie masz No. 13.

Teraz okna nie masz żadnego. mowią że go wziął z sobą S. P. Leyman Perukarz, Ktory tu mieszkał.

Prawda, że teraznieyszy Possessor dał dwa nowe stragarze, y nad temi dwiema, nową powałę.

To całe przepierzenie rozebrał, y wziął go z sobą /: ut allegatur :/ S. P. Leyman Perukarz.

W tym oknie szyb dwoch nie masz. stami

Dachy w tym mieyscu po części większey poprawione nowemi gun:

Wiadra u studni w żelazo okutego nie masz teraz.

Do iednej Stayni drzwi nie masz, z boku wyięte pięć płatew, powały nie masz. Drabin nie masz. Żłob stary, ogryziony, dachy z gruntu złe. W drugiey Staymi czterech deszczek nie masz, powały nie masz, dach także na nic się nie zda.

Krokwy y stragarze wcale zbutwiałe.

W tey także Wozowni drzwi nie masz, y deszczek wiele nie dostaie, stupy, stragarze zbutwiałe, boki podzierane, powały połowy nie masz.

Loca secreta z deszczek obdarte, trąba sama zła.

Staienki tey wcale nie masz.

Na samey zaś Brackiey Ulicy nad piwnicą drzwi nowo dane z odrzwiami pologiem leżące daią się widzieć, /: ut asserit modernus Possessor :/ przez niego zreparowane.

Oprocz zaś wyżey wyrażoney ruiny tey Kamienicy, znayduie się po całey Kamienicy sieci bardzo wiele y rumowiska z opadłin rożnych, osobliwie w Kuchniach na dole, Ktorych wywiezienie z Kamienicy znaczną ciągnie za sobą expensę.

Ethac

Et hac modo supra premisso per nos infrascriptos verificata, inventata & revisa manibus nostris subscribimus Cracoviæ, die & Anno quibus supra. M. Franciscus Minocki U. I. Prôfr uti Cdicta Lapidea ab Universitate deputatus Revisor. mpp. M. Andreas Sleczkowski Phiæ Dr. Tylicianus Prôfr, dicta Lapidea ab Universitate deputatus Revisor. mpp.

Ad Ovum. Magnificus Dominus Rector, tum Perillustris Clarissimus & Adm Reverendus Dominus M. Joannes Rygalski Sæ Theologiæ Doctores & Professores, uti ultima voluntatis pie defuncti olim Perillustris & Adm Rndi D. M. Michaëlis Czyrnicki Sæ Theologiæ Doctoris & Professoris Executores, produxerunt Ordinationem anniversarii pro anima suprafati Michaëlis Sacerdotis per se fundati, ac per Universitatem quotannis celebrandi, de tenore tali. = In Nomine Domini amen. Ordinatio Summa Florenorum Polonicalium viginti millium p. anniversario Czyrnicciano. Nos infra scripti Testamenti ultima voluntatis Perillustris olim Clarissimi & Admodum Reverendi M. Michaëlis Czyrnicki Sæ Theologiæ Doctoris & Prôfris Collegæ Majoris, Ecclesiarum; Collegiata Sti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Custodis, Parochialium in Opatowiec & Lobiedr Curati, Executores damus in perpetuum in parata pecunia Summam Florenorum viginti millium, quemlibet florenum Polonicalem triginta grossis arcis numerandô, Almæ Universitati Cracoviensi, seu Personis eandem constituentibus, duntaxat gremialibus seu incorporatis. Cujus dispositionem & Ordinationem in Dei nomine talem facimus. tmô. Quamvis Summam hanc Florenorum viginti millium damus, imô jam dedimus, & in parata pecunia enumeravimus, ad liberam dispositionem & locationem Almæ Universitatis, securitatem tamen ejusdem, cum onere solvendorum quotannis Mille Florenorum super Bonis generaliter omnibus Almæ Universitatis omni meliori modo cavemus. 2dô. Ex Censu supra descripto Florenorum Mille provenente fundamus Anniversarium perpetuum pro anima piæ defuncti Testatoris Michaëlis Sacerdotis per almam Universitatem quotannis in die obitûs, videlicet die 13. Mensis Aprilis, vel si impedita fuerit, immediatè sequenti absolvendum in Ecclesia Collegiata Sæ Annæ, cum obligatione; quatenus omnes & singuli dictam Almam Universitatem constituentes Doctores & Professores eidem Anniversario intersint, ac Missa Sacrificium pro anima Fundatoris celebrent. Quòd si verô aliquis ex Dominis Doctoribus & Professoribus, in die, dicto Anniversario prafixa Missa Sacrificium legere non potuerit, pridie, vel postridie Anniversarii hujus idem Sacrificium absolvat. Non Presbyteri verà, illud per alium Sacerdotè absolvi curabunt. ad quod pariter celebrandum laborantes in Coloniis, aut legitimo alio negotio impediti obstricti manebunt & tenebuntur. 3tiô. Ex Censu suprascripto Mille Florenorum dabit D. Procurator Almæ Universitatis pro tempore existens Ad Sacristiam pro vino, cera, pulsu campanarum, Musicis, & ab apparatu, ac Ministrantibus, florenos Quindecem, Celebranti fl. 2. Jam autem pro decantandis vigiliis; Personis octo, videlicet Vicariis quatuor, & totidem Panitentiariis florenos quatuor, iisdemq Personis octo pro Missa Sacrificiis absolvendis fl. 8, Pauperibus in anniversario oranti-bus, per manus suas, aut Reverendi Sacristiani distribuet florenos Sex. Reliquum inter praesentes & praesentiam habentes aqualiter dismembrabit. Quam Ordinationem ut Alma Universitas suscipiat,

& Conclusionibus suis inserat, humiliter rogamus. In quorum fidem manibus nostris propriis subscribimur. Datº in Collegio Majori Universitatis Cracoviensis Anno Domini 1769no a 18va Mensis 8obris.

M. Antonius Fedziewski J.A. S.Theq Dr et P. P.S. Executor testamenti mpp
M. Joannes Rygalski J. Th. Doctor et P. Executor mpp

Et Universitas audita hac Ordinatione in facie omnium perlecta; Summam Viginti millium Florenorum Polonicalium, jam aliàs in parata pecunia receptam, super Bonis suis generaliter omnibus assecuravit, Censum Florenorum mille Polonicalium pro Anniversario Czyrnicciano de anno in annum in perpetuum ex proventibus Bonorum suorum pendendum esse constituit, atq; dictam Ordinationem in omnibus suis punctis, articulis, clausulis, & ligamentis, premissa Perillustribus DD. Executoribus gratiarum actione; approbandâ censuit, prout de facto hac Presenti Conclusione ad omissa mediante approbavit.

Ad 9num. Fecerunt relationem Perillustres Clarissimi & Admodum Reverendi DD. M.M. Casimirus Stepkowski, Sae Theologiae Joannes Rygalski Sae Theologiae, Andreas Lipiewicz U.I. Josephus Lutanowicz Philosophiae, Doctores & Professores, ab Universitate ad pacificandum negotium respectu Decimae ex Sorte Collegii Minoris Sidzina dictae Praebendario Sae Mariae Magdalenae Servientis Deputati, Arbitramentum inter utramq; partem à se confectum esse, vigore cujus Collegium Minus dicto Praebendario pro tempore existenti florenos Polonicales Centum quadraginta in vim Decimae annuatim solvere tenebitur & erit adstrictum. Quam quidem Compositionem utraque Pars acceptavit, Universitate approbante.

CONVOCATIO 2da.

Annô Domini 1770. die 22. Mensis Martii extradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita forma= Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina in Communi Stuba Collegii Majoris horâ 2dâ pomeridianâ, dum signum campanâ datum fuerit, ad resolvendum sequentia puncta. =

1mô. Ad referendum, lectas esse Conclusiones praecedentis Convocationis, & qua nondum sunt effectuatae.
2dô. Ad referendum Universitati consilium DD. Consultorum.
3tiô. Ad determinandum de exsolutione Summae Triginta millium Florenorum Polonic: PP. Camaldulensibus debitae.
4tô. Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem Universitatis.
5tô. Ad eligendum Syndicum Universitatis.
6tô. Ad eligendum Rectorem Academiae Posnaniensis.
7mô. Ad eligendum Rectorem Academiae Culmensis.
8vô. Ad eligendum Rectorem Academiae Albae Ducalis.
9nô. Ad eligendum Provisorem Musicae Universitatis.
10mô. Ad eligendũ v reeligendũ Administratorẽ Typographiae Univtis.
11mô. Ad deputandos Revisores ad Regestra Procuratoris Universitatis.

12mò. Ad deputandos Revisores ad Regestra D. Claverini.
13tiò. Ad deputandos Revisores ad Regestra Administratoris Typographiæ Universitatis.
14tò. Ad audiendam relationem Procuratoris Universitatis ratione Subditorum Nasiechovicensium, tum divendendorum virgultorum in Tagoborz Magnifico Capitaneo Volbramensi.
15tò. Ad resolvendum Arendatorem Lapideæ Dziubonowska, ratione expensorum pro milite Moschovitico.
16tò. Ad audiendam relationem de Statu Beneficii Vieliciensis.
Tum ad alia, si qua per Rectorem proponentur.
Detur omnibus DD. Doctoribus & Professoribus, duntaxat incorporatis die 22. Martii 1770. Ex parte Rectoris Universitatis.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Retulit Magnificus Dominus Rector, lectas esse Conclusiones præcedenti Convocatione latas, easq; omnes ad effectum deductas, præter illam, qua Illustri Jankiewicz U. I. Professori commissũ est negotium cum AA. Reverendis Canonicis Regularibus de Saxia Conventûs Cracoviensis S.i Spiritûs, occasione denegati victûs per dictos Canonicos Seniori Scholæ S.i Spiritûs in ante subministrari soliti, tractandum. Qui quidem Illustris Jankiewicz, satisfaciendo Conclusioni; asseruit: se se locutum fuisse cum Adm̃ Rndo laudati Canonicorum Conventûs Præposito, respondente: non constare sibi de Jure petitorio victûs, præter id, quòd Seniori Scholæ S. Spiritus dent annuatim, & in posterum dabuntur, dariq; debebunt floreni Ducenti. Atq; audita hac relatione Universitas denuo commendavit Illustri Jankiewicz tam Juris petitorii victûs, quàm documentorum ad Borcanam Smolenscianam à Summa Capitali Quatuordecem millium Florenorum Polonicalium provenientem per memoratos Canonicos inter Studiosos Volbramenses in hac Academia Literis operam navantes distribui debitam, & ab annis aliquot non distributam, conquisitionem, prout defacto, referendo se se ad Conclusionẽ præcedenti Convocaõe latã, omni meliori modo commendat.

Ad 2dum. Lectum est, relatumq; Universitati Consilium DD. Consultorum, ex cujus lectionis & relationis occasione, quod attinet Salarium annuale Generali Bonorum Universitatis Oeconomo pendendum, ex pluralitate votorum, duodecem suffragiis sex negativa superantium, emanata, insistendum esse Conclusionibus hoc in negotio antea latis, decretum est.

Ad 3tium. Determinatio de exsolutione Summæ Triginta millium Florenorum Polonicalium Patribus Camaldulensibus debitæ, Magnifico D. Rectori, & Perillrib9 Patrib9, relativè ad Universitatẽ cõmissa est.

Ad 4tum. Quoniam Perillustris M. Andreas Lipiewicz U. I. Doctor & Profr, Officiô Procuratoris asseruit se nimis gravari, ac illo ulteriùs fungi omnino recusavit, itaq; votis suis deferend̃ Universitas; ex unanimibus omnium suffragiis elegit & constituit in Generalem Universitatis Procuratorem, Illustrem Clarissimũ & Adm̃ Rndum M. Casimirum Czerwinski, Philosophiæ Doctorem ejusdemq; Trątnovianum in Collegio Majori Professorẽ, Collegiatæ

S.æ Annæ

Sa Anna Cancellarium, Parochialis Prossoviceng Præpositu. qd Illi felix faustumq; sit.

Ad 5tum. Electio novi Syndici Universitatis Illustri præsentaneo Procuratori, cum referibilitate ad Magnificum Dñum Rectorem præcommissa est.

Ad 6tum. Electio Rectoris Academiæ Posnaniensis ad futuram Universitatis Convocationem dilata est. Nihilominq Illris Minocki U.I. Professor tanquam ex turno ad ejusdem Colonia Rectoratum succedens, omnem alacritatem suam corâ Universitate manifestavit, atq palam testatus est.

Ad 7mum. In Rectorem Academiæ Culmensis electus est M. Josephus Thomas Szabel, Philosophiæ Doctor, Matheseos Professor Collega Minor.

Ad 8vum. Electus est in Rectorem Academiæ Albæ Ducalis Clarmg & Adm Rndus M. Stanislaus Kalicinski Phiæ Dr. Dialectica in Classibus Novodvorscianis Profr. Ex cujus Puncti resolutione petiit Illustris Clarmg & Adm Rndg M. Adalbertus Foltanski Sa Theologiæ Professor Collega Major, per Conclusionem Universitatis ad visitandã Coloniam Albæ Ducalis deputatus, ab ejusmodi officio dispensari. Cujus petitioni rationabiliter exposita annuit Universitas, eumq ab arripiendo Albam Ducalem itinere dispensavit.

Ad 9num. Quamvis Perillustris Clarmg & Adm Reverendus M. Antonius Krzanowski Sa Theologiæ Doctor & Professor, Collegiatæ S. Floriani Præpositus, Universitatis Senior Pater, excusaret se ve à retinendo ampliùs Musicæ Universitatis Provisoratu; rogatus tamen per eandem Universitatem, id muneris onus portandum suscepit, atque in Provisorem Musicæ Universitatis reelectus est.

Ad 10mum. Absens à Convocatione propter infirmitatem Illris Clarmg & Adm Rndus M. Thomas Plecki Phiæ Doctor, ejusdemq Regius in Collegio Majori Professor, Collegiatæ Sa Annæ Custos, Typographiæ Universitatis administrator, petiit per suum Plenipotentem ab administratione ejusdem Typographiæ se liberum pronunciari. Et Universitas, attendendo justa illius petitioni; tum, perpensis aliis officiis se ve petentem gravantibus, favit votis dicti Petentis, & in administratorem Typographiæ Universitatis concordibus suffragiis Illrem Clarmum & Adm Rndum M. Adamum Jagielski, Philosophiæ Doctorem, Cursus Vladislaviani, ac Regium in Collegio Majori, & Matheseos Professorem, elegit.

Ad 11mum. Ad Regestra Perillustris Procuratoris Universitatis revidenda, ventilanda, & calculanda electi & deputati sunt, Perillustris Clarmg & Adm Rndus M. Joannes Rygalski Sa Theologiæ Doctor & Professor, & Illustris Minocki U.I. Professor.

Ad 12mum. Perillustres, Clarmg & Adm Rndus M. Antonius Krzanowski, Sa Theologiæ, & Reverendissimus Canonicus M. Jacobus Marciszowski U. Juris, Doctores & Professores, ad Regestra Dñi Claverini revidenda & calculanda deputati sunt.

Ad 13tium. Ad Regestra Administratoris Typographiæ Universitatis, Perillrem Clarmũ & Adm Rndum M. Josephum De Clov Sa Phiæ Doctorem, & Professorem, tum Illrem Clarmũ & Adm Rndum M. Michaelem Mrugaczewski Sa Th: Drẽ deputavit Universitas.

Ad 14tum. Audivit relationem Perillris Procuratoris Universitas, informantis de Incolarum Kaszechovicensium indigentia, eorundemq juvaminis, tam quò ad sustentandam rem familiarem, quàm quò ad exsolutionem triplicatæ Contributionis capitalis sub hac infelicissima tempora petitione, insuper referentis, qualiter virgulta in Jagoborz Illustris Magnificus D. Capitaneus

Volbramensis petat sibi divendi. Et Universitas, quod attinet juvamen Incolis Nasiechovicensibus præstandum, id negotii Perillri Procuratori & Illustri Oeconomo, pro oportunitate per eosdem maturè perpensa; commisit. Pariter quoq virgulta in Tagoborz, si id fuerit sinè damno aliquo, & magis proficuum Universitati, omni meliori pretio, divendi posse censuit. Jam verò ex Puncti istius resolutione, ad revidendos Sylvarum Nasiechovicensium limites, occasione usurpationis partis earumdem Sylvarum per Magnificum Michalczewski Sortis in Janikowice Hæredem prætensæ, Perillustres MM. Antonium Krzgnowski, Joannem Rygalski, Sæ Theologiæ, Andream Lipiewicz, Utriusq Juris, Doctores & Professores, tum Jacobum Niegowiecki Sæ Theologiæ Professorem, in ante deputatos, in præsentia Procuratoris Universitatis, ut istiusmodi officiô quantocyus fungi dignarentur, duxit esse rogandos, prout defactò rogavit.

Ad 15tum. Arendatori Lapideæ Dziuboniowska, ratione expensarum pro milite Moschovitico, resolutionem dandam esse à Perillustri antecedaneo Procuratore censuit Universitas.

Ad 16tum. Fecit relationem Perillris M. Joannes Rygalski Sæ Theologiæ Doctor & Profr ad Beneficium Vieliciense deputatus Commissarius, quomodo pro variis reparationibus, tam Ecclesiæ, quàm Domûs Præposituralis, ac Mansionariorum dicti Beneficii, expenderit Possessor ejusdem Præpositura Perillustris & Reverendissimus D. M. Antonius Zołędziowski ab Anno 1764to ad 1768vum inclusivè in Summa florenę Polonic: 12031. gross: 27.

CONVOCATIO 3tia.
CC. Consiliariorum

Annô Domini 1770. die 30. Mensis Martii extradita fuit Convocatio CC. Consiliariorum sub hac solita forma: Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor & Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra hodie in Stuba Collegii Majoris n̄ expectato pulsu campanæ

1mò. Ad audiendam relationem DD. Revisorum ad Regestra Procuratoris Universitatis, & Administratoris Typographiæ Deputatorum.

2dò. Ad disponendum de pecunia, si quæ ab expensis restans fuerit.

3tiò. Ad audiendâ relationē DD. Revisor ad Regestra D. Claverini deputator. Tum ad alia, si quæ per Rectorem proponentur. Detur omnibus DD. Consiliariis de nomine & Cognomine specificatis, videlicet;

Ex Facultate Theologica.

Perill: A.R.M. Antonio Krzgnowski.
Perill: A.R.M. Casimiro Stęplowski
Perill: A.R.M. Josepho DeClos.
Perill: A.R.M. Joanni Rygalski.
Illri A.R.M. Jacobo Niegowiecki
Illri A.R.M. Michäeli Mrugaczewski
Illri A.R.M. Adalberto Foltanski.
Illri A.R.M. Stanislao Patelski
Illri A.R.M. Antonio Czerchawski
Illri A.R.M. Casimiro Czerwinski.

Ex Juridica.

Peril: Rnsmo M. Jacobo Marciszowski.
Peril: A.R.M. Andreæ Lipiewicz
Peril: A.R.M. Stanislao Ficzkiewicz
Illri A.R.M. Francisco Minocki.
Illri A.R.M. Francisco Cwierzowicz
Illri A.R.M. Cantio Toriani.

Ex Medica.

Clarmo M. Joanni Camelin.

Ex Philo:

Ex Philosophica.

Illri Adm Rndo M. Andrea Sleczkowski Artistar Decano.
Illri a.R. M. Adamo Jagielski.
Illri a.R. M. Thoma Plecki.
Illri a.R. M. Josepho Putanowicz.

Die 30. Martii. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Perillustris M. Joannes Rygalski Sa Theologia Doctor & Professor & Illris M. Franciscus Minocki U.I. Professor ad revidenda Regestra Perillustris antecedanei Procuratoris, eadem calculanda & plenè examinanda deputati, retulerunt Universitati, generalem Perceptam, tam ex Bonis Universitatis, quàm ex Censibus, quàm etiam ex Archivo, præcipuè ex Summa Czyrnicciana pro Anniversario Perillustris olim Michaëlis Czyrnicki per Perillustres Executores Testamenti sui Universitati reddita, & super Bonis communiter omnibus assecurata, reductam esse & constitutam ad florenos Polonic: 70738. gros: 27. Expensam verò, tam in rem fundos, quàm Salariorum DD. Contributoribus, Salariorum pro anniversariis in Regestris, quòd sint persoluta; specificatis, quàm quoq; exsolutionis florenos Polonic: 30000. Patribus Camaldulensibus, ascendisse ad Summam florenos Polonic: 71672. gr. 20. proindeq; expensos esse supra Perceptam florenos Polonic: 933. gr. 13. Jam verò Perillustris & Adm Rndus Th. Josephus DeClos Sa Theologia Doctor & Professor, & Illustris ac Adm Rndus Th. Michaël Mrugaczewski Sa Theologia Professor ad calculanda Regestra Administratoris Typographia deputati, informârunt Universitatem, constitisse Perceptam ex Typographia in fl. Polonic: 1395, grossis 6. Expensam verò in fl. Polonicalibus 1365. gr. 3. proindeq; superesse ab expensis, florenos Polonicales 30. gr. 1. Quas quidem Rationes utriq; factas & auscultatas Universitas approbavit, utiq; reapse praventi Conclusione approbat. Reliquos verò florenos 30. grossum unum ab expensis Typographicis superextantes, in manus præsentanei Administratoris Typographia reddendos esse decrevit, & decernit, hac tali dispositione ad præmissa mediante.

Ad 2dum. Patet ex præcedenti resoluto puncto, nihil superesse ab Expensis, quinimo debere reddi Perillustri antecedaneo Procuratori Lipiewicz florenos Polonicales 933. gr. 13. in rem Universitatis ultra Perceptam erogatos. itaq; Punctum hoc evacuati esse constat.

Ad 3tium. Retulerunt Perillustres Nh; Antonius Krzanowski Sa Theologia, & Jacobus Marciszowski Utriusque Juris, Doctores & Professores ad revidenda Regestra D. Claverini deputati, sese Regestra eadem revidisse & examinâsse, atq; in Perceptis per dictum Dominum Claverini Scuda 1902. obulos 78. in Expensis verò Scuda 159. obul: 20 reperisse, ac proindè restare penes eundem D. Claverinum Scuda 1643. obulos 58. Quas quidem Rationes ita factas, censuit esse Universitas approbandas, uti easdem defactò approbavit hac Cõne ad Cmissa mediante.

Post Puncta.

In eadem Convocatione lecta sunt Litera à Generali Bonorum Universitatis Oeconomo ad Perillustrem antecedaneum Universitatis Procuratorem directa. in quibus detulit factum Religiosissima, Religiosarum, ac Deo dicatarum Virginum, Abbatissæ, Priorissæ, Subpriorissæ, totiusq; Conventus Ordinis Præmonstratensis, in Imbrarowice viti, Bonorum Rzerzuśnia Posestricum, necnon Communita:

tis Subditorum eorumdem Bonorum, quòd aliàs idem Conventus, & Communitas Subditorum, existentes in vicinitate cum Bonis Universitatis Golcza; & Krępa, damna infrascripta Universitati in Bonis Golcza & Krępa intulerint. Et primò quidem Conventus; Quòd casam Subdito suo in ipsa granicie Bonorum Golcza adificaverit, Sylvarum custodem in illa locaverit, propinationem, cum injuria Braxatorii Golczensis, induxerit, cerevisiam & crematum minori pretiô, modernâ autem mensurâ divendi mandaverit, panem & haleces ad mercandum imposuerit, Communitas verò Subditorum, prætermissâ viâ consuetâ; per agros & prata currus onustos ducendo; in agris Bonorum Krępa siligine inseminatis cubitos tres in latitudinem, in alio verò loco hisce in agris, incipiendo à limitibus Bonorum Rzerzusnia Conventualium, usq̃ ad limites Bonorum Golcza per stadia octo, à limite verò Bonorum Krępa ad limites Ulina parva per stadia quinquaginta, in agris verò Bonorum Golcza usq̃ ad prata sese protendentibus cubitos tres in latitudinem, in longitudinem verò sulcos inseminatos circiter viginti, in pratis autem sulcos circiter duodecem in latitudinem, in longitudinem verò hujusce prati per stadia sexdecem prosciderit, damnificaverit, segetibus & graminibus detrimentũ notabile per suam proterviam intulerit, quo quidem etiam in facto officiosam Revisionem per Nobiles Possessionatos, & Regni Providũ Ministerialem, ad id rogatos, expeditam & subscriptam transmisit. Quocirca Universitas, consulendo indemnitati Bonorum suorũ; & volens tanta præjudicia in suum damnum intentata avertere, decrevit præprimis, solemnem manifestationem & Protestationem de illicitis attentatis contra hos Legum Convulsores faciendam esse, ac deinde ad tollendas istas per violentiam irrogatas injurias, jure procedi debere. quod totum præsentaneo Generali Procuratori ad effectum deductum iri commendavit, prout & defacto commendat.

CONVOCATIO 4ta.

CC. Decanorum.

Annô Domini 1770. die 2. Aprilis extradita fuit Convocatio CC. Decanorum sub hac solita forma: Egregie Domine Doctor & Decane unius cujusq̃ Facultatis. Adsit Dignitas Vra die hodierna in Stuba communi Collegii Majoris horâ 2da pomeridiana, non expectato pulsu campanæ, idq̃ ad excipiendas Rationes omnium & singulorum Contuberniorum ac Borcanarum, tum quoq̃ Fundationum nonnullar ad Officium Rectoris & Decanor omnium Facultatum spectantium, juxta antiquum & laudabilem morem Universitatis nostræ. Et Contuberniorum quidem; Hierosolymitani, Jagelloniani, Philosophorum, Starnigeliani, & Sisiniani, Fundationum verò; Novodvorscianæ, Roszczevianæ, Garvarscianæ pro Oratorio, & Philippovicianæ pro Capella Musicorum ordinatæ, necnon Seminarii Academico: Diœcesani. ac tandem Borcanar; utpote Alexandrovicianæ, Baranovianæ, Borcovianæ, Borascianæ Boro:

vianæ

viana, Brosciana, Chaszkoviana, Oblomkoviana, Praclaidana, Przevosciana, Jablonsciana, Janidloviana, Karnkoviana, Lepiecciana, Lacciana, Luczkievicciana, Lukiniana, Zamoysciana, Gulczeviana, Novodvorsciana, Vladislaviana, Raciboroviana, Siradiensis, Srzeniaviana, Stęzyciensis, Szamotuliana, Trzeciakoviana, Waleszinianа, Dembinsciana, Fusoriana, & aliarum. Detur omnibus CC. Decanis Facultatum; Theologicæ, Juridicæ, Medicæ, ac Philosophicæ, Universitatis nostræ. necnon Perillustribus, Illustribus, Clarmis, Adm Reverendis Contuberniorum Provisoribus, ac Senioribus, item Fundationum ac Borcanarum singularum Provisoribus seu Distributoribus. Die 2da Mensis Aprilis. Ex Parte Rectoris. In hac itaq Convocatione Magnificus D. Rector Zolędziowski ex Contubernio Starnigeliano produxit

In Perceptis - - - - - - - - - - - - - - Florenos 665 Grossos. - - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - - 1204 - - - 6. - - - - -
Superat Expensa Perceptam - - - - - - 539 - - - 6 - - - - -

Perillris Krzanowski Praepositus S. Floriani ex Contubernio Hierosolymitano

In Perceptis produxit - - - - - - - - - 2167 - - 19 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 2690 - - 12 - - - - -
Superat Expensa Perceptam - - - - - - 522 - - 23 - - - - -

Ex Borcana Przevosciana Praepositi propria, produxit

In Perceptis - - - - - - - - - - - - - - - - - - nihil. - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 143 - - 27 - - - - -
Ex Borcana Lacciana in Perceptis - - 30 - - 29 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - - 45 - - 25 - - - - -
Superat Expensa Perceptam - - - - - - - 15 - - 4 - - - - -
Ex Borcana Zamoysciana in Perceptis - - 18 - - 18 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - - 28 - - 20 - - - - -
Superat Expensa Perceptam - - - - - - - 9 - - 28 - - - - -
Ex Borcana Szamotuliana in Perceptis - - 13 - - 5 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - - 15 - - 20 - - - - -
Superat Expensa Perceptam - - - - - - - 1 - - 15 - - - - -
Ex Borcana Dembinsciana in Perceptis - - 82 - - 6 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - - 39 - - 15 - - - - -
Superat Percepta Expensam - - - - - - - 42 - - 21 - - - - -
Ex Borcana Novodvorsciana in Perceptis 103 - - - - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 90 - - - - - - - -
Superat Percepta Expensam - - - - - - 13 - - - - - - - -
Ex Capela seu Musica in Perceptis - - 4956 - - 2 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 6260 - - 23 - - - - -
Superat Expensa Perceptam - - - - - - 1304 - - 21 - - - - -

Perillris Stęplowski ex Borcana Siradiana produxit

In Perceptis - - - - - - - - - - - - - - 194 - - 21 Solid: 2
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 64 - - - - - - - -
Superat Percepta Expensam - - - - - 130 - - 21. Solid: 2.
Ex Borcana Baranoviana in Perceptis - - 78 - - 15 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 25 - - - - - - - -
Superat Percepta Expensam - - - - - - 43 - - 15 - - - - -

Ex Contubernio Sisiniano seu Seminario produxit

In Perceptis - - - - - - - - - - - - - - 7457 - - 5 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 7094 - - 14 - - - - -
Superat Percepta Expensam - - - - - - 362 - - 21 - - - - -

Ex Borcana Roszczeviana produxit

In Perceptis - - - - - - - - - - - - - - 823 - - 26 - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 585 - - 29 - - - - -
Superat Percepta Expensam - - - - - - 237 - - 17 - - - - -

Perillris De Clos ex Contubernio Philosophor produxit
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " Florenos " 798 " - " - " - " - " - "
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " - " - " 706 " - " 6 " - " - " -
Superat Percepta Expensam " - " - " - " - " - " - " 11 " - " 24 " - " - " -
Ex Borcana Srzeniaviana produxit
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " - " - " 59 " - " 3 " - " - " -
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " - " - " 57 " - " - " - " - " -
Superat Percepta Expensam - " - " - " - " - " 2 " - 3 " - " - " - "
Ex Borcana Garvarsciana seu ex Classibus
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " - " - " 350 " - " - " - " - " - "
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " - " 454 " - " 29 " - " - " - "
Superat Percepta Expensam " - " - " - " - " - " 104 " - " 29 " - " - " - "
Ex Borcana Praclaidana in Perceptis - " - " Nihil. Nihil.
In Expensis " - " - " - " - " - " - " - " - " - " 12 " - " - " - " - " - "
Ex Fundatione Novodvorsciana seu Classium, produxit
In Perceptis " - " - " - " - " - " - " - " - " - " 116 " - " - " - " - " - "
In Expensis " - " - " - " - " - " - " - " - " - " 81 " - " 15 " - " - " - "
Superat Percepta Expensam " - " - " - " - " - " 34 " - " 15 " - " - " -
Ex Borcana Borkoviana produxit
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " - " Nihil. Nihil. - " - " - "
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " - " 55 " - " 14 " - " - " -
Perillris Rygalski ex Borcana Trzeciakoviana produxit
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " - " 28 " - " - " - " - " -
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " - " 28 " - " - " - " - " -
Perillris Lipiewicz ex Borcana Alexandroviciana produxit
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " - " Nihil. Nihil. - " - " - "
In Expensis. - " - " - " - " - " - " - " - " - " 67. - " 24 - " - " -
Praterea debent antecedaneo Provisori - " 6. - " 4. - " $\frac{1}{3}$ " -
Ex Borcana Stężycciana produxit
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " Nihil. Nihil. - " - " -
In Expensis. - " - " - " - " - " - " - " - " 75 " - " 28 " - " - " -
Ex Borcana Janidloviana produxit
In Perceptis - " - " - " - " - " - " - " - " 52 " - " - " - " - " -
In Expensis. - " - " - " - " - " - " - " - " 53 " - " 7 " - " - " -
Superat Expensa Perceptam - " - " - " 1 " - 7 " - " - " -
Ex Borcana Vladislaviana produxit
In Perceptis " - " - " - " - " - " - " - " - " Nihil. Nihil. " - " - " -
In Expensis " - " - " - " - " - " - " - " - " 20 " - " - " - " - " -
Ex Borcana Jablonsciana produxit
In Perceptis " - " - " - " - " - " - " - " - " Nihil. Nihil. " - " - " -
In Expensis " - " - - - - - - - 53 " - " - " - " - " -
Illris Mrugaczewski ex Borcana Raciboriana produxit
In Perceptis " - " - " - " - " - " - " - " - " 84 " - " 5 " - " - " -
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " 43 " - " 15 " - " - " -
Superat Expensam Percepta " - " - " - " 40 " - " 20 " - " - "
Idem fuit Provisor Borcanae Fusovianae, quae ad certum tempus applicata est Coloniae Neo: Sandecensi.
Illris Kolendowicz ex Contubernio Regio: Jagelloniano produxit
In Perceptis. - " - " - " - " - " - " - " - " 1119 " - " 5 " - $\frac{1}{3}$ -
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " 1358 " - " 27 " - " - " -
Superat Expensa Perceptam. " - " - " - " 239 " - " 21 " - " $\frac{2}{3}$. - -

Ex Borca-

Ex Borcana Borovianaq. duxit in Perceptis fl. 75 gr. 22.
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " 25 gr. 15.
Superat Percepta Expensam. - " - " - " - " 50 gr. 7.

Quorum omnium & singulorum Perillustrium, Illustrium Provisorum, & Senioris Rationes visas & auscultatas Magnificus Dominus Rector cum CC. Decanis approbavit hac sua Conclusione ad Emissa mediante.

Supra inserta Conclusiones quaternarum Convocationum Almae Universitatis Nostrae Cracovien. latae, publicatae et auscultatae quòd concordent cum suis originalibus, et fideliter quo ad omnia punctа annotatia sint attentor, et prout easdem vidi, legi, probavi, ita quoque in majorem fidem subscribo. Cracoviae in Collegio Juridico d. 20. Mensis Junii Anno Domini 1770.

M. Andreas Lipiewicz U.J.D. et Prof. ac interea Facultatis Juridicae Decanus mpp

Ad. Andreas [illegible] Decanus [illegible]

Rectoratu Secundo
Ejusdem Magnifici Dni Rectoris
CONVOCATIO Ima

Anno Domini 1770mo die 26ta Junii extradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita forma = Admodum Reverende Pater Egregie Domine Doctor ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra Vie crastina in communi Aula Collegii Majoris, hora 2da pomeridianâ, dum signum campanâ datum fuerit, ad resolvendum sequentia punctа.

1mo Ad referendum lectas esse Conclusiones praecedentis Convocationis, et quia nondum sunt effectuatae.

2do Ad referendum Universitati Consilium DD Consultorum.

3tio Ad deputandos Revisores ad regestra proventuum Bonorum Universitatis Generalis Oeconomi.

4to Ad audiendam relationem de Summa capitali 30000 florenorum Polonicorum PP. Camaldulensibus una cum provisionibus exsoluta. 30000

5to Ad concludendum finaliter de pensionibus retentis ex Bonis Universitatis, in executionem Conclusionis Anni 1769ni. 16ta Mensis Decembris ad 4tum lata.

6to Ad referendum Syndicum Universitatis esse electum.

7mo Ad informandum de Summa capitali Scholae Leopoliens.

8vo Ad eligendum Rectorem Academiae Posnanien.

9no Ad legendam compositionem de Decima ex villa Sidzinka inter Prebendarios S. Magdalenae, et Collegium minus facta.

10mo Ad disponendum finaliter de Domo lignea cum Aedificiis in Zwierzeniec sit. ex Conclusione 1769ni. 20na Januarii ad 1mum 2do lata.

11mo Ad informandum de Lapideis Dziuboniowska et Hungarorum.

1mo Ad concludendum finaliter de Visitatione Colonia Albæ Ducalis.
2do Ad audiendam petitionem Chiri Toriani.
3tio Ad determinandum de Calendariis DD. Mathematicorum potissimum de Calendario Politico.
4to Ad eligendum vel reeligendum Provisorem Scholæ Varsaviensis.
5to Ad conferendos vel non Provisoratus Scholarum Arcensis, S.00. et Vicicensis.
6to Ad eligendum Seniorem Contubernii Jurisperitorum.
7mo Ad legendum Memoriale, et desideria Excellen. Rosinski.
8vo Ad determinandum aliud tempus celebrando Anniversario Szyrniciano, ex quo die per Universitatem profesta Studia vacant.
9num ad alia si quæ per Rectorem proponentur.
Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus dumtaxat incorporatis.
Die 26ta Junii 1770mo. ex parte Rectoris Universitatis sub paenam contradicendi.

CONCLUSIONES

Ad 1mum. Retulit Magnificus Dominus Rector lectas esse Conclusiones Universitatis in convocatione anteriori Universitatis latas coram DD. Decanis Facultatum; quarum quoniam nonnulla effectuata non sunt in præsenti ad effectuandum et maturandum suis scientiis punctis proponuntur.

Ad 2dum. Ad requisitionem Religiosarum et Deo dicatarum Monialium Ordinis Prædicatorum Strata Varsaviensis Monasterii, Illustrem amicabiliter cum Alma Universitate ratione damnorum et injuriarum Bonorum Villæ Golcza in possessione ejusdem Universitatis per Subditos Villæ Brzeziny possessionis ejusdem Monasterii; cui amicabili requisitioni satisfaciendo Universitas Perillustres et DD. M.M. Andream Lipiński U.J. Doctorem et Stanislaum Pleckiewicz U.J. Præsentatum deputavit, quatenus ipsi ad locum loci cum deputandis ex parte altera condescendant, damna illata videant, recognoscant, amicabiliter componant, et in quantum fieri potest sine injuria dictorum Bonorum Villa Golcza negotium concludant et finaliter terminent relationem in convocatione Universitatis facturi.

Ad 3tium. Ad revidenda, ventilanda et calculanda Regesta Gnalis Oeconomi Bonorum Universitatis deputati sunt Perillustres et Admodum DD.MM. Jacobus Marcissa wski U.J.Dr. Illustres et DD. MM. Andreas Szopiarski, Casimirus Serwinski, et Andreas Necakowski Phiæ Drs. Professores.

Ad 4tum. Fecit relationem Illustris Procurator Universitatis, qualiter Patribus Camaldulensibus Montis Argentei ad Gracoviam exsolverit Summam Flor. Polon. Cpe 33990. grz 12. una cum Provisione, id q ad complementum totius Summæ Flor. Polon. 60000. pro Negotiis canonizationis S. Joannis Cantii contractæ et erogatæ prout id per Quietationem Officiosam in Actis Cashæ Grac. Facta post Dnicam Misericordiæ Anni currentis 1770mi docuit.

Ad 5tum. Attento eo, quod Pensiones ex Bonis Universitatis iis, quorum interest, ob publicam in Regno calamitatem in toto spendi nequeunt, earum in executiones Conclusionis Anno 1769no. die 17ma Mensis Decembris ad 4tum lata, moderationem faciendam DD. Deputatis Revisoribus ad Regesta Gnalis Oeconomi commisit, de quo in futura convocatione referent.

Ad 6tum. Illustris D. Procurator Universitatis retulit assumptum esse in Syndicum Universitatis Excellen. M. Adalbertum Szeciłowski, Phiæ Dr. et Prem. de consensu Magnifici Domini Rectoris ad mentem conclusionis immediate convocationis ad 5tum.

Ad 7mum. De Summis Scholam Leopolien. concernentibus Dominus Procurator.

Procurator Antecedaneus pro informatione Universitatis et memoria sequentia documenta porrexit. = Prima Summa est Testamentaria flor. 4000. Nobilis olim ac Spectabilis Catharinæ Franchi ad liberam dispositionem p. d. Clarissimo Nobili ac Spectabili Thomæ Franchi Medicinæ Doctori Consuli Leopoliensi, uti et tanquam Testamenti Executori relicta. Altera Summa est flor. 1000. per Nobilem ac Spectabilem Franciscum Lonchamps Consulem itidem Leopoliensem pro infrascripta Fundatione enumerata. Quas binas Summas simul junctas ad Summam flor. 5000. ascendentes, vigore Specialis Plenipotentiæ coram Actis Castren. Capitanealibus Cracovien. Feriâ 6ta post Festa Solennia Paschæ Annô Dni 1768. per Magnificum Perillrem et Rndmum M. Jacobum Marciszowski U. I. Drem et Prfrem Canonicum Cathedralem Cracovien. pro tunc Studii Generalis Universitatis Nostræ Rectorem inscriptæ, Clarissimus pro tunc M. Antonius Podhaiecki Phiæ Doctor et Prfr Coloniæ Academicæ Leopolien. Rector coram Actis Magdeburgensibus Leopolien. Feria 3tia post Dominicam Jubilate proxima Die 26ta Aprilis Annô Domini 1768vo ad mentem Ordinationis per eosdem Fundatores Clarissimum olim Nobiles ac Spectabiles Thomam Franchi et Franciscum Lonchamps Consules Leopolien. conscriptæ, manibusq. propriis subscriptæ, nec non ad eadem Acta die et Anno quibus supra porrectæ, super Bonis Universitatis omnibus, et signanter super Bonis Nasiechowice et Dziewięciele in Palatinatu Cracovien. jacentibus, Universitatis propriis et hæreditariis, Clarissimo Magistro Coloniæ Academicæ Leopolien. alteri Professori et ejusdem Succedaneis per Universitatem deputandis Professoribus subalternis pro tempore existentibus, pro perpetua fundatione in Censum Annuum pendendum per quinq. à centum inscripsit et obligavit. = Et Universitas prædictam Inscriptionem et obligationem per dictum Clarissimum pro tunc M. Antonium Podhaiecki Phiæ Doctorem et Prfrem, Coloniæ Academicæ Leopolien. Rectorem factam unà cum sua Ordinatione acceptavit et ratificavit, prout præsenti Conclusione acceptat et ratificat.

Sequitur tenor Inscriptionis.

Judicium Necessarium Civile Magdeburgense Leopoli Feriâ 3tia post Dominicam Jubilate proxima Die 26ta Aprilis Annô Domini 1768vo legitimè est celebratum. = Comparens personaliter coram Judicio et Actis præsentibus Magdeburgensibus Leopoliensibus Clarissimus M. Antonius Podhaiecki in Alma Universitate Cracovien. Philosophiæ Doctor et Prfr. Coloniæ Academicæ Leopolien. Rector, per Magnificum Perillustrem et Reverendmum Jacobum Marciszowski U. I. Doctorem, Ecclesiæ Cathedralis Arcis Cracovien. Canonicum, Studii Generalis Almæ Academiæ Cracovien. Rectorem coram Actis Officii Castren. Capitanealis Cracovien. Feriâ 6ta post Festa Solennia Paschæ Anno præsenti ad infrascripta recognoscenda specialiter infrascriptus Plenipotens, sanus mente et corpore existens, recedendo à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq. suis, se verò ac totam Universitatem Academiæ Cracovien. cum Bonis ejus omnibus Jurisdictioni Judicii præsentis Magdeburgen. Leopolien., quo ad Actum præsentem attinet, totaliter ac plenariè incorporando atq. subjiciendo, palam, liberè, ac per expressum recognovit. Quia ipse vigore Facultatis per præfatam Plenipotentiam sibi datæ, Clarissimo Magistro suprafatæ Coloniæ Leopoliensis subalterno Professori de Universitate Almæ Academiæ Cracovien. semper ordinando, pro tempore hic in Colonia Academica Leopolien. existenti, et ejus Succedaneis per Universitatem Cracovien. delegandis alteris Professoribus, Summas infrascriptas, et quidem primam Quatuor Millium florenorum Polonicalium de manibus Clarissimi Nobilis ac Spectabilis Thomæ Franchi Medicinæ Dris, Consulis Leopolien. uti olim Nobilis ac Spectabilis Catharinæ Franchi Matris suæ Charissimæ Testamenti Executoris, alteram Mille Florenorum Polonicalium de manibus Nobilis ac Spectabilis Francisci Lonchamps Sacræ Regiæ Mttis Consiliarii itidem Consulis Leopolien. levatam et per eosdem pro fovendo et conservando altero Professore in Colonia et Schola Academica Leopolien. dispositam, de quibus sic levatis et ad se receptis prædictos Clarissimum Nobiles ac Spectabiles Consules Nomine Almæ Academiæ Cracovien. quietat, Idem Clarissimus M. Podhaiecki totam Universitatem Cracovien. de et super Bonis ejusdem omnibus, et præsertim super Bonis Nasiechowice et Dziewięciele in Palatinatu Cracovien. jacentibus ejusdem Universitatis Cracovien. propriis et hæreditariis, præfato Clarissimo Magistro Coloniæ Academicæ Leopolien. alteri Professori et ejus Succedaneis ab Universitate Cracovien.

vied deputandis Professoribus Subalternis pro tempore existentibus, ido pro perpetua Fundatione inscribit et obligat. Pro qua quidem Summa Capitali Quinq Millium Florenorum Polonicalis Decimid Communis Polonicalis Monetæ et numeri in Regno Currentis, Florenum quemlibet grossis triginta Polonicalibus computando. Provisoneu annuam a quibus Centum per Florenos quinque Polonicales debebit et tenebitur Alma Academia Cracovied Supranato Colonie Academice Leopolied alteri Professori pro tempore existenti, ido pro instruendis per eundem Professorem Juvenibus quatuor conditionis Civilis, Hante vita per Supranominatum Clarissimum Nobilem ac Spectabilem Franchi, Successive vero per Prænobilem ac Spectabilem Magistratum Urbis Metropolitanæ Leopolied præfatandos, ac pro adimplendis aliis conditionibus in scriptura Ordinationis per præfatos Clarissimum Nobilem ac Spectabilem Franchi et Lonchamps conscita et formata specificatis, quotannis Solvere, et dictum Professorem alterum semper deputare, idque sub Vadio tam Summæ Capitalis, quam Provisionalis correspondenti ad Solvendum et Inscriptioni presenti satisfaciendum, succumbendo. Pro quibus quidem Vadiis vel Inscriptioni præsenti non satisfactione facta existens Alma Academia Cracovied ad Instantiam Sæpedictorum Clarissimi Nobilium ac Spectabilium Franchi et Lonchamps sive Successorum eorundem aut Prænobilis ac Spectabilis Magistratus Leopolied ad Officium Castrense Capitaneale Cracovied extunc recedendo sit supra à Terris, Juribus, Jurisdictionibus suis quibuscis propriis et competentibus, eandem vero Academiam Cracovied ac Bona ejus Jurisdictioni Officii Castrensis Capitanealis Cracovied vigore Inscriptionis præsentis citabiles, quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenarie incorporando in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere et Inscriptioni præsenti in toto satisfacere debebit et tenebitur Inscriptione præsenti ad præmissa mediante. In formam alias Quietationis de Jure plenissima et perfectissima Quam manu propria Subscripsit M. Antonius Podhaiecki in Universitate Cracovien Phiæ Doctor Colonie Academice Leopolied Rectoratus ab eadem Universitate Specialis Plenipotens mpp. In cujus rei fidem Sigillum Judicii Magdeburgen Leopolien præsentibus est appensum. Franciscus Xaverius Jaskiewicz S. R. M. Actis Secretarius Judicii Magdeburgen et Officii Advocatticius Xaverius Jaskiewicz S. R. M. Actis Secretarius Judicii Magdeburgen et Officii Advocatticius Leopolien Notarius L. F. S. Ex Actis Judicii Magdeburgen Leopolien extradit.

Seguitur tenor Ordinationis.

Judicium Necessarium Civile Magdeburgen Feria 3tia post Dominicam Jubilate proxima Die 18ta Aprilis Anno Dñi 1760. Legitime est celebratum = Coram Judicio Actisq præsentibus Magdeburgen Leopolien personaliter comparens Clarissimus Nobilis Spectabilis Thomas Franchi, Medicinæ Doctor, Consul Leopolien Sanis mente et corpore existens, non compulsus, non coactus, ullog dolo ac obliquo errore circumventus, quinimo rem præsentem bene intuens, ac considerans, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibus recognoscit. Quia ipse se considerans, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibus recognoscit. Quia ipse Clarissimus Thomas Franchi procium fuerit naturalis Executor Testamenti olim Nobilis Spectabilis Catharinæ Franchi procium fuerit naturalis Executor Testamenti olim Nobilis Spectabilis Catharinæ Franchi procium fuerit naturalis Executor Testamenti olim Nobilis Spectabilis Catharinæ Franchi tunc derelicta Vidua Matris Sua Charissimæ coram Officio Advocatticiali et Scabinali Zamoscen Feria 2da ante Festum S. Margaritæ Virginis et Martyris proxima Anno Dñi 1759. conditi, mediante quo Summa Florenorum Polonicalium Quatuor Millium pro locatione in pendendum Censum perpetuis temporibus assignata, ad liberam dispositionem sibi Executori relicta, et sæpius optime quomodo dicta Summa melius disponi nequeat, quam pro instituenda Juventute in honestis Artibus, unde major Gloria Dei, emolumentum publicum, atq certum suffragium animarum speratur, ideirco satisfaciendo pio voluntati Matris Sua Charissimæ Summam præfatam Quatuor Millium Florenorum Polonicalium in prompta, parata numerataq pecunia disponit et ordinat modo Sequenti. Primo. Cum Schola Regni Alma Universitas Cracovien in instituenda Juventute celeberrima atq felix habeat Colariam Suam hic Leopoli circa Ecclesiam Metropolitanam Vitam, quæ adeo exiguis proventibus dotata sit, proinde tenuitati illius consulere cupiens, quoquomodo Summam Supramentionatam Quatuor Millium Florenorum Polonicalium favore ejusdemmet Colonie Academicæ Leopolien alias pro fovendo altero Professore Almæ Universitati Cracovien ex certo Censu annuo reemptionali dat, donat perpetuo ac irrevocabiliter. Secundo. Professor ex Alma Universitate Cracovien deputandus, tenebitur instruere Juvenes quatuor Conditionis Civilis quos suus Recognoscens Hante vita sua Clarissimo Rectori Colonie Academicæ Leopolien nunc et pro tempore existenti præsentaverit, post fata autem sua dictum Jus præsentandi ad descendentes lineæ rectæ sexus masculini, in defectu autem descendentium

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Colour Chart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

tium ad Prænobilem Spectabilem Magistratum Leopolien transferri debere vult et disponit. Tertiò. Siquidem Speciale suffragium animarum consistat in frequendo Missæ Sacrificio, propterea suus Recognoscens præter Litanias: ad quas recitandas quilibet Sabbato de mane dicti Juvenes obligantur: ad quatuor Missas lectas de Requiem quotannis videlicet Singulas ad finem cujuslibet Quartualis in Ecclesia Metropolitana Leopolien sive alia quacunq celebrandas Clarissimum Rectorem Colonia Academica Leopolien nunc existentem et pro tempore futurum, aut per se, si fuerit Presbyter, aut per aliquem Presbyterum, memorato autem Juvenes cum suo Professore iisdem Missis adesse, ac simul pro anima Nobilis olim Catharinæ Franchi Matris sui Recognoscentis, tum aliorum suorum Consanguineorum Deum Misericordiarum Dominum orare teneri, constituit. Adextremum. Statuet Alma Universitas Cracovien Plenipotentes officiose inscriptum, qui Nomine Ejusdem Summam Quatuor Millium Florenorum Polon. Super Bonis suis cum certo Censu annuo inscribere, securitatem ejus perpetuam providere, obligationes suprascriptas acceptare, Summam præfatam eas solvendam levare, de levata quietare, tandemque quod Juris et necessitatis ratio poposcerit, facere et exequi valeat. Super quibus de manu propria subscripsit. = Thomas Franchi, M. D. C. Leopol. = Et in continenti Comparens personaliter Nobilis Spectabilis Franciscus Lonchamps S. R. M. tis Consiliarius Consul Leopolien, Sanus mente et corpore existens, non compulsus, nec coactus, ullo dervo ac obliquo errore circumventus, quirino rem presentem bene intra se considerans, palam, libere ac per expressum recognovit, præsentibusq recognoscit. Quia ipse in adsendo Ordinationi Clarissimi Nobilis Spectabilis Thomæ Franchi Medicinæ Doctoris, Consulis Leopolien sub dato præsenti facta, Summa Quatuor Millium Florenorum Polon per eundem Clarissimum Franchi Almæ Universitati Cracovien favore Colonia suæ Leopolien data et donata de Summam florenorum Polonicalium Unum Mille, in prompta, parata, numerataq pecunia ex censu Censu annuo adnumerat, addit, donatq in perpetuum. Ita aut Professor de novo in eadem Colonia Academica Leopolien constituendus vigore præinsertarum obligationum à totali Summa Quinq Millium florenorum Polon Censum annuum se concernentem recipere valeat et teneatur, præfatoq Nobili et Suis Successoribus descendentibus ex Sexu Masculino unius Juveris gratis eruditionis ejusdem præsentatione. Quam manu propria subscripsit. Franciscus Lonchamps S. R. M. tis Consul Leopol. m. p. In cujus rei fidem Sigillum Judicii Magdeburgen Leopolien præsentibus est appressum. Franciscus Xaverius Jaskiewicz S. R. M. tis Secretarius Judicii Magdeburgen et Officii Advocat Leopoli Notarius m. p. L. S. Ex Actis Judicii Magdeburgen Leopolien extraditum. = Idem Procurator Antecedaneus Perillustris D. N. Andreas Lipiewicz U. J. Doctor et Professor de prædicta Summa florenorum Quinque Millium ita ulterius informavit Universitatem. De Summa testamentaria florenorum Quatuor Millium idem Clarissimus olim Thomas Franchi Medicinæ Doctor, uti et Marquas Executor testamenti p. d. Nobilis Catharinæ Franchi Matris sua accepit per manus prædicti Clarissimi Protunotarii Antonii Podhaiecki Colonia Academica Leopolien Rectoris modo simplicis debiti ad manuale scriptum, exposit coram Actis Castren Cracovien Sabbato post Festum S. Norberti Episcopi Proximo, die scilicet 10ma Mensis Junii Anno Domini 1769no oblatum, florenos bis mille una cum provisione per decem à centum in manus sive Clarissimi pro tunc Rectoris Colonia Academica Leopolien, sive Specialis per Universitatem Constituti Plenipotentis reponendi et exsolvendam. Sequitur tenor Scripti Manualis.

Niżey na podpisie wyrażony znaw tym Aktem, Który takiego waloru nieco chcąc, iakoby był Autentyczny, iako Zaciągaiący rzetelnego długu Złotych Polskich Dwa Tysiące, dico 2M. Złot. 2000. u Jmci Pana Antoniego Podhaieckiego w Akademii Krakowskiey Filozofii Doktora y Professora, Kolonii Akademickiey Lwowskiey Rektora, a Specyalnego Plenipotenta tey Szkoły Akademii do Zawarcia Darowizny ze mną dysponuiącym w niemniejszey czasy Złotych Polskich Sekwy Tysiące dico 2M. Złot. 4000. na Professora Akademickiego w Kolonii Lwowskiey, o czym obszerniey w Instrumencie Officiose uczynionym Kwiadery. Który Summę Złotych Polskich Dwa Tysiące modo Simplicis debiti przeźemnie wzięta, ma cum Provisione per decem à Cento na Fundusz S. Jana Chrzciciela w Roku przyszłym 1769tym w ręce wyżey rzeczonego Jmci Pana Rektora, lub innego maiącego w tey mierze Specyalną Plenipotencyą do Akademii Krakowskiey wybiorę y odd. Z submittuię się, y na to się pełną własną podpisuię. Datum Lwowie dnia 9ga Miesiąca Kwietnia R. P. 1768. Thomasz Franchi, M. Dr.

A qua quidem

A qua quidem Summa florenorum bis Mille sæpefatus Clarissimus pro tunc M. Antonius Podhaiecki Coloniæ Academicæ Leopolien. Rector fatetur in Literis suis Missivis ad eundem Perillrem D. M. Andream Lipiewicz pro tunc Universitatis immediatum Procuratorem d. 14. Junii 1769 directis anticipative sibi per Clarissimum olim Thomam Franchi provisionem exsolutam fuisse. Verum ipsamet Summa Capitalis florenorum bis mille, hæret adusq apud Successores Franchianos, cujus Vindicationem in se ipsum iisdem Litteris Missivis assumpsit Reverendissimus Podhaiecki ad præsens Canonicus Metropolitanus Leopolien. Siquidem de uno Mille florenorum, quod p. d. Nobilis Catharina Franchi priori testamento Præbendario Rosariano in Ecclesia Collegiata Zamoscensi legavit, jure disceptatur, et respectu refusionis ejusdem per Successores Franchianos dictus Præbendarius Rosarianus in Judicio Consistorii Chełmen. Causam lucratus est, à quo Judicato appellatum est ad Judicium Metropolitanum Leopolien. prout obloquuntur Litteræ Missivæ Reverendmi Podhaiecki ad immediatum Universitatis Procuratorem d. 15. Octobris 1769. directæ. Quo in Judicio Appellationis si is idem Præbendarius Rosarianus circa Legatum suum manutentus erit, remanebit tantum unum Mille apud Successores Franchianos vigore Scripti manualis per p. d. Clarissimum Franchi dati ad vindicandum. Sicq pro Fundatione Franchiana juxta Ordinationem præinsertam jam non Summa Quatuor Millium ast duntaxat Trium Millium florenorum per Universitatem in Bonis suis assecuranda manebit, et quartum Mille Florenorum Fundationis Lonchampsianæ.

Cum verò post fata Reverendissimi olim Opeydowicz Canonici Metropolitani Leopolien. Canonicatus ejusdem vacans collatus fuit per Universitatem uti et tanquam legitimam Patronam Rndmo M. Antonio Podhaiecki pro nunc Coloniæ Academicæ Leopolien. Rectori, Supplicavit Universitati per Litteras suas Missivas ad immediatum Universitatis Procuratorem directas, quatenus in suis necessitatibus dignaretur eidem uno mille florenorum subvenire ad præstam, conclusumq fuit solvendum esse eidem, quod et adimpletum est juxta Scriptum manuale ejusdem, tenoris sequentis. = Nizey na podpisie wyrazony znam tym Skryptem, ktory takiego waloru miec chce, iakoby był przed Aktami zeznany, że na pilną moię potrzebę zaciągnąłem rzetelnego długu od WJmci X. Lipiewicza Oboyga Prawa Doktora y Professora, Przesławney Akademii Krakowskiey Generalnego Prokuratora Złoty Polskich Tysiąc Pięćdziesiąt osm dico Zł. 1058. ktorą Summę da Bog za Rok od Daty dzisieyszey WJmci X. Prokuratorowi w ow czas będącemu rzetelnie y zupełnie wyliczyć y oddać pod rygorem Prawa przyrzekam y obowięzuię się. Na co ręką własną podpisuię. Datum w Lwowie Dnia 26. Aprilis R. P. 1769. X. M. Antoni Podhaiecki.

Quare de prædicta Summa Capitali Fundationis Franchianæ et Lonchampsianæ penes Universitatem nihil amplius liquidò hærere, præterquam florenos Mille Noningentos Quadraginta duos dico fl. 1942. constat. Quoniam verò Rndissimus M. Antonius Podhaiecki Coloniæ Academicæ Leopolien. ad præsens Rector instat Litteris suis Missivis pro assecuratione totalis et integræ Summæ florenorum Quinque Millium Fundationis Franchianæ et Lonchampsianæ super Bonis Universitatis una cum Censu Annuo præstando facienda, juxta obloquentiam Officiosæ Inscriptionis. Quocirca conclusit Universitas Prædictam tantum Summam florenorum 1942. super Bonis suis et signanter super Bonis Nasiechowice et Dziewięciele una cum Censu annuo per quinque à centum pro Festo S. Joannis Baptistæ pendendo, inchoando ejusmodi pensionem ab Anno 1769 Festo eodem assecurandam fore, prout et assecurat. Quamprimum verò reliqua Summa tam à Successoribus Franchianis, videlicet Suma florenorum bis Mille, quàm et ab ipsomet Rndmo Podhajecki Coloniæ Academicæ Leopolien. Rectore Summa florenorum Mille quinquaginta octo, de quibus supra, deventæ erunt, extunc Universitas paratam et promptam se offert integram et totalem Summam ad mentem Fundationis Franchianæ et Lonchampsianæ super Bonis suis vigore Officiosæ Transactionis per dictum Rndmum Podhaiecki cum p. d. Clarissimo Franchi initæ officiosè pariter assecurare et inscribere. Hoc verò tractu temporis, quousq tam apud Successores Franchianos Summa florenorum bis mille, quàm et apud ipsummet Rndmum Podhaiecki Summa flor. 1058. hærebunt, à prædictis Summis Censum annuum ad mentem Inscriptionis et Ordinationis Rndmus M. Antonius Podhaiecki Phiæ Dr et Prfr. Canonicus Metropolitanus

politanus Coloniæ Academicæ Leopolien. præsentaneus Rector, sive de mandato ejus Clarissimus Professor pro tempore existens recipiet, recipereq ac eundem juxta tenorem et obloquentiam Ordinationis convertet, convertereq curabit. Et ita decidit ac conclusit Universitas hac sua præsenti Conclusione ad præmissa mediante.

Ad 8vum. In Rectorem Academiæ Posnaniensis electus est Illustris M. Franciscus Minocki, U. J. Professor.

Ad 9num. Quoniam Illustris M. Franciscus Minocki U. J. Pfr compositionem amicabilem per Deputatos ab Universitate inter se et Professores Collegii Minoris respectu Decimæ ex Villa Sidzinka acceptavit, ideo pro approbatione dictæ Compositionis Universitas ad quem de Jure remisit.

Ad 10mum. Ratione Domus ligneæ in Zwierzeniec sitæ referendo se ad Conclusionem Anni 1769. Die 27. Januarii ad 1mum latam, ad effectum deducendam Illustri Procuratori commisit.

Ad 11mum. Prætensiones Tenutarii Lapideæ Dziuboniowska dictæ quatenus Illustris Procurator omni meliori modo componat. Nobilibus verò Negaszowskie Contractum jam alias anterius datum ex ratione Serotinæ deoccupationis ejusdem Lapideæ per Nobilem Michaëlem Tomaszkiewicz à Festis Paschatis Anni præsentis 1770mi approbandum esse duxit.

Ad 12mum. Quoniam ad visitandam Coloniam Albæ Ducalis per Convocationem Universitatis Anni 1769. Die 25. Septembris Illustris M. Stanislaus Ficzkiewicz U. J. præsentatus propter rationem legalem infirmitatis sese ab eodem onere excusavit et liberum pronuntiari expetiit, ideo attentâ legitima causâ in locum ejus Perillustrem M. Andream Lipiewicz U. J. Drem et Professorem, urgente necessitate petendum et Subrogandum esse duxit, uti petiit et Subrogavit; quod onus cum in se suscepit, quatenus quàm primum prosequeretur, rogatus fuit.

Ad 13tium. Petitionem Illustris M. Cantii Toriani, U. J. Prfris tanquam Romam proficiscentis libenter audivit Universitas, atq eum favore suo prosequendo penes omnes redditus per Professores Universitatis percipi solitos admisit, stantibus tamen his conditionibus: 1mo, quod Lectionem in Jure per suum Plenipotentem leget. 2do quod Negotia Universitatis sibi commissa vel committenda, si quæ occurrent atq etiam privatorum Professorum diligenter promovenda curabit, atq illis omni meliori modo assistet.

Ad 14tum. Impressio Calendarii Politici commissa est Illustri M. Adamo Jagielski, uti Typographiæ Universitatis Præfecto.

Ad 15tum. In Provisorem Coloniæ Varsaviensis post liberam resignationem Perillris M. Andreæ Lipiewicz U. J. Dris collatus est Illustri M. Stanislao Ficzkiewicz U. J. Præsentato.

Ad 16tum. Electio Provisorum Scholarum; Arcensis Cathq. et Collegiatæ SS. OO. dilata est ad futuram Convocationem.

Ad 17mum. Quoniam Perillris et Rndmus M. Jacobus Marciszowski U. J. Doctor et Prfr, uti Contubernii Jurisperitorum Provisor motiva et rationes suas ad privandum Senioratu Contubernii Jurisperitorum Clmi M. Josephi Szybalski solum allegavit in verbo, ideo ut idem Clrmus Szybalski ab objectis, in Scheda seorsiva, quam Reverendmus Canonicus Provisor porrigendam se obtulit, in Judicio Rectorali sese quantocyus emundet, censuit Universitas.

Ad 18vum. Petitio Excellentis Klosinski dilata ad commodius tempus.

Ad 19num. Celebrando Anniversario Perillustris olim M. Michaëlis Czyrnicki Sæ Theologiæ Doctoris et Prfris præfixa et determinata fuit dies obitûs ejus 13tia Aprilis per Conclusionem 1769ni d. 17ma Decembris ad 8vum latam; Sed quia Clarissimi Domini Doctores ac Prfres vacante protunc Studio plerumq Cracoviæ non resident, ut majora Testator habere possit Suffragia, determinata est alia dies post Festum Dedicationis S. Michaëlis Archangeli ad hunc effectum congrua.

Supra insertæ Conclusiones Convocationis Almæ Universitatis Nostræ Cracoviensis Rectoratu 2do ejusdem Magnifici Dni Rectoris M. Antonii Zołędziowski

U.J. et S.ae Thlgiae Dnis et Prfris Canonici Cathe Crac. latae, publicatae et auscultatae, quod concordent cum suis originalibus et fideliter quo ad omnia puncta connotatae sint attestor, et prout easdem vidi, legi, probavi, ita quoque in majorem fidem subscribo. Cracoviae in Collegio Juridico d. 22. Mensis Novembris Anno Domini 1770.

M. Andreas Lipiewicz U.J.Dr et Prfr interea Facultatis Juridicae Decanus.

Suprascriptas Conclusiones concordare cum suis originalibus testor.

M. Mathias Potaczewski Phiae Dr et Prfr interea Artistarum Decanus.

RECTORATU TERTIO Ejusdem Magnifici Dni Rectoris CONVOCATIO 1ma.

Annô Domini 1770mo. Die 22da mensis Novembris extradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita forma = Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina, horâ 2dâ pomeridianâ in Communi Stuba Collegii Majoris, dum Signum campana datum fuerit, ad resolvendum sequentia puncta

1mo Ad referendum lectas esse Conclusiones praecedentis Convocationis, et quae nondum sunt effectuatae.

2do Ad referenda aliqua ex Consilio DD. Consultorum.

3tio Ad audiendam relationem DD. Deputatorum ad Regestra Gnalis Oeconomi Bonorum.

4to Ad finaliter concludendum de Pensionibus retentis pro Annis 1767. 1768. in Annum 1769. iisq. totaliter in posterum Sopiendis.

5to Ad resolvendum de Pensionibus Solvendis et Proventibus Anni 1769. ad Festum S. Joannis Baptistae Anni 1770.

6to Ad referendum de damnis recenter causatis in Bonis Universitatis per Milites.

7mo Ad referendum de expensis pro militibus in lapidea Dziuboniowska, prorogandumq. Contractum Moderno Possessori ad annum.

8vo. Ad referendum de Citatione intimata Universitati per Magnificum Straszowski Bonorum Lucyce Hæredem, ratione Subditi in Pielgrzymowice

9no Ad resolvendum, quid faciendum sit cum arboribus ex platea S. Annæ collectis notabiliter putredini obnoxiis.

10mo Ad inquirendum, ubinam reperiantur documenta limitum, inter Nasiechowice et Janikowice.

11mo Ad resolvendum, cuinam incumbat Vindicatio sive continuatio vindicationis debiti pro tritico Braxatori Cracoviensi per antecedaneum Procuratorem Universitatis in creditum dato.

12mo Ad deputandos Revisores Regestrorum Procuratoris Canonizationis S. Joannis Cantii, in ordine ad faciendum calculum generalem de expensis et perceptis.

13tio Ad audiendam petitionem Clarissimorum Badurski et Lucy.

14to Ad conferendos Cursus Theologicos Polemicum, Sacramentalem, Moralem atq Philosophicum

15to Ad dandam resolutionem Congregationi Mercatorum Cracoviensium.

16to Ad audiendam relationem de Processu Causæ ratione Summæ fl. 1000. fundationis Nobilis olim Franchi pro Schola Leopolien evictæ, tum ad resolvendum Utrum onus undecem Missarum, quotannis absolvendarum ratione Millenarii ejusdem acceptari debeat?

17mo Ad conferendum de Cæco Universitatis.

18vo Ad eligendum Seniorem Contubernii Jurisperitorum

19no Ad vocandum Professorem ad Collegium Juridicum.

Tum ad alia si quæ per Rectorem proponentur.

Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus duntaxat incorporatis.

Die 22da Novembris 1770mo. Ex parte Rectoris Universitatis sub pœna non contradicendi.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum Ex prælectione Conclusionum anterioris Convocationis: ad 2dum, Negotium ad videndum et cognoscendum injurias in Villa Golcza causatas per subditos Villæ Rzezusnia Conventus Ibramovicen, cum facultate amicabiliter componendi, et finaliter terminandi, sine injuria tamen prædictorum Bonorum, cum præfato Conventu commissum est iterato Perillustribus CC. DD. MM. Andreæ Lipiewicz U. J. Doctori et Stanislao Ficzkiewicz ejusdem Præsentato, et Professoribus. Ad 10mum Commisit Universitas Illustri suo Procuratori negotium ligneæ domus in Zwierzeniec sitæ, quovis meliori modo effectuandum. Ad 12mum. Quoniam Perillustris Dnus M. Andreas Lipiewicz U. J. Doctor et Professor legitimé est electus in Anteriori Convocatione in Visitatorem Coloniæ Albæ Ducalis, ideo ut eandem visitationem quantocyus expediat, rogavit et obligavit Eundem Universitas præsenti Conclusione. Ad 16tum Electionem Provisorum Scholarum Parochialium, videlicet Arcensis Cathe et Collegiatæ SS. OO. ad futuram Convocationem suspendit Universitas.

Ad 2dum Relatio ex Consiliis Annô, ut supra, subsecutis, et quidem ex 1mo sub Die 24ta Julii habito, est ejusmodi. Post impositum Universitati per Militem Moschoviticum onus extradendi 3000. pondo fæni (: quorum unumquodq 30. Libras Polonicales in se continet:) 300. Coretos Siliginis, 600. Avenæ et 16. pulmenti hordeacei: Convocati fuere DD. Consultores ad deliberandum, quomodo occurri et succurri tanto oneri possit. Visum est exponere per Literas Illustrissimo et Reverendissimo Supremo Cancellario Regni insufficientem esse Universitatem et imparem tanto gravamini, simulq porrigendum Memoriale Serenissimo Regi, ut Ille pro sua in Literas et Literatos clementia, malo huic mederi dignaretur. Scri-

ptæ

ptæ sunt Literæ, Memoriale porrectum, verùm ista cesserunt in cassum; Negotium remissum est ad Præfectum Militiæ Cracoviæ consistentis. Subsequenter vocatus fuit Magnificus Dnus Rector ad eundem Præfectum, qui in instanti omnia quidem extradenda, quæ imposita sunt, institerat, precibûs tamen, et rationibûs Magnifici Domini Rectoris inclinatus, tertiam partem sine induciis exsolvendam injunxit, ad conferendum plenius de reliquis duabus partibus cum suo Campiductore vulgò Plac Major remisit. Adiit ergo Magnificus Rector cum assumpto Illustri Sleczkowski supradictum Dominum Plac Major, atq Universitatis pauperrimæ statum exposuit, utq benevolum ejus animum captasset, Imaginem S. Petri Christum coram ancilla negantis Romæ depictam, sicut et inante priori vice pixydem ad usum tabaci valoris aureorum 15. obtulit. Condescendit itaq idem Plac Major de 100. coretis Siliginis. et 200 extradi fortiter insinuavit. Quod attinet Avenam, quoniam propriori vice solùm 400. coretos extradidit Universitas, quatenus acceptare 400. coretos et pro hac vice dignaretur, rogavit Magnificus D. Rector, annuit et his petitis. Præterea cùm Illustris Sleczkowski etiam pro condonandis 16. coretis pulmenti hordeacei, per eam, quam cum ipso contraxit amicitiam institisset, et hos intuitu ejusdem remisit.

Subsecutum denuo fuit Consilium super eo; an in natura et specie fænum et frumenta extradere, aut ea pretiô redimere commodius Universitati esset? attentô eo, quod stante Missis colligendæ, ac subsequentis seminationis tempore dictus commeatus suppeditari non poterat. Visum fuit, quatenus omnia pretiô redimerentur. Soluta ergo sunt 3000. pondo fæni flor. Pol. 3000. Et quoniam pro unoquoq coreto avenæ prætendebantur floreni 5. Procurator Universitatis in Mercatu coëmit coretos 150. à fl. 4. gr. 20. et eosdem dicto Militi extradidit. Tandem cùm extraditio Siliginis urgeretur, et ex Bonis neq haberi, neq sperari potuerat; pecunia etiam ad eandem deesset coëmendam, factum est pro tertio Consilium, cùmq deliberaretur, Illustris D. M. Josephus Putanowicz per modum Simplicis Debiti fl. Pol. 4000. per Nobilem Suam Matrem Universitati, sub onere solvendæ Provisionis per quinq à Centum subministranda obtulit. Quod subsecutum est prævio Scripto manuali manu Magnifici Domini Rectoris et Illustris Procuratoris tantisper assecurato. In eodem Consilio retulit Perillustris D. M. Joannes Rygalski Sræ Thiæ Doctor et Professor uti Sequestrator Beneficii Premykovien de desolatione et ruinis hujus Beneficii per Militem Confœderatum factis. Consultum est, et commissum eidem Perillustri Sequestratori tractandum cum Magnifico Waxman tanquam Arendatario Possessore ejusdem Beneficii, relationem super tractatis in Convocatione Universitatis facturo. Fecit tandem relationem dictus Perillustris; videlicet quòd Magnificus Waxman, odio cujus (: ut fama fert :) facta notabilia damna in Beneficio prædicto per confœderatum Militem, nolit à Contractu Arendatario ejusdem Beneficii recedere, sed stare eidem, ac non attentis damnis, velle solvere annuam pensionem. Insuper retulit in eadem Convocatione dictus Perillustris, quòd cùm fuerit præsens in eodem Beneficio Premykovien, et Primarium de confœderatis Militibus visitaverit, tantum evicit suis rationibus residui frumenti apud eundem, quantum ad conseminationem et victualia familiæ domesticæ sufficere possit. Pro quo Ipsi gratias egit Universitas.

Ad 3tium Fecerunt Relationem Perillustris et Rndmus Dominus M. Jacobus Marciszowski U. I. Doctor, Illustres M. M. Andreas Szopiarski, Casimirus Czerwinski Sræ Theologiæ Professores et Andreas Sleczkowski Phiæ Dr et Pfr deputati ad Regestra Illris M. Antonii Jarzęcki tanquam Generalis Oeconomi Bonorum Universitatis; ex quibus deductum est in Perceptis fuisse fl. Polon. 19994. gr. 23. jam verò in Expensis in rem Fundi et Militum fl. Pol. 12394. gr. 18. Sal. 2. Has itaq Rationes ex Bonis suis præfato modô factas approbavit Universitas, et in posterum Illri Oeconomo eorundem Bonorum seriò injunxit, ne suum Salarium privata sui Authoritate de proventibus recipiat, sed de manibus Illustris

Domini

Domini Procuratoris Universitatis illud requirat, cujus etiam Salarii modificatio ad futuram Convocationem eligendi Oeconomi, dilata est.

Ad 4tum. Conclusit Universitas de Pensionibus retentis pro annis 1767. et 1768. in Annum 1769. et earundem Solutionem, reservato jure Unicuique Pensionario, ad meliora tempora suspendit.

Ad 5tum. Quo vero ad Pensiones retentas ex Anno 1769. in 1770. ad Festum S. Joannis Baptistæ, harum Solutionem ad rationem proportionatè injunxit.

Ad 6tum. Dilata est relatio de damnis in Bonis Universitatis per milites tum Confœderatos tum Moschoviticos causatis, et injunctum Illri Oeconomo, quatenus per distinctam Schedam de iisdem damnis in futura Convocatione Universitatem informaret.

Ad 7mum. Fecit relationem Illustris Procurator Universitatis de Expensis Lapideæ Dziuboniowska dictæ, et Universitas moderno ejusdem Possessori Arendatario Contractum prorogandum ad annum censuit.

Ad 8vum. Fecit relationem idem Illustris Procurator de Citatione Universitati intimata per Magnificum Straszewski Bonorum Luczyce hæredem ratione Subditi in Pielgrzymowice, et Universitas hoc negotium eidem Procuratori commisit.

Ad 9num. Quoniam arbores in ante datæ pro actu Canonizationis S. Joannis Cantii per Perillustrem et Reverendissimum Dnum Stanislaum Cantium Donatianum Dobrzanski Sacerrimi Ordinis Canonicorum Regularium Lateranen Generalem Præpositum Coadjutorem, Sræ Thiæ Doctorem; ad præsens verò jam putrefactæ, per Eundem donatæ sunt Collegio Majori, ideo easdem cum gratiarum actione recipiendas esse conclusit Universitas, et negotium hoc commisit Illri M. Josepho Putanowicz, uti ejusdem Collegii Fiscario, salva restitutione expensarum Universitati ab evulsione earundem.

Ad 10mum. Conquisitio Jurium inter limites Bonorum Nasiechowice et Janikowice commissa est diligentiæ Illris Procuratoris Universitatis.

Ad 11mum. Resolvit dubium Universitas de Vindicatione sive continuatione Vindicationis debiti certi pro tritico cuidam Braxatori Cracoviensi Mathiæ Wasikiewicz per antecedaneum Perillustrem Dnum Procuratorem in creditum dato, et conclusit, præfatum debitum per modernum Illustrem Procuratorem Vindicandum esse.

Ad 12mum. In Revisores Regestrorum Perillris et Adm Rndi Dni M. Antonii Krzanowski Sræ Thiæ Doctoris et Pfris, Universitatis Senioris Patris, Canonizationis S. Joannis Cantii Procuratoris in ordine ad faciendum calculum generalem de Expensis et Perceptis electi et deputati sunt: Magnificus Dominus Rector, Perillustris D. M. Casimirus Stęplowski Sræ Theologiæ et Perillris ac Rndissimus D. M. Jacobus Marciszowski U. J. Doctores et Professores

Ad 13tium. Audivit Universitas petitionem Clarissimorum Dnorum M. Andreæ Badurski Philosophiæ ac Medicinæ, et Joannis Lucy Medicinæ Doctorum, pro loco inter Clarissimos Dnos Doctores in Facultate Medica respondere optantium, postulationemq eorum admisit, tempus Responsionis faciendæ in ordine ad hunc effectum libertati reliquit, hac addita conditione Clarissimo Dno Lucy, ut formalitates in Philosophica Facultate absolvat.

Ad 14tum. Cursus Theologici collati sunt Illustribus Clarissimis DD. MM. videlicet, Polemicus Michaëli Mrugaczewski, Moralis Adalberto Foltanski, Sacramentalis Stanislao Patelski, Sacræ Thiæ Professoribus. Philosophicus verò Francisco Maciorski, Phiæ Doctori et Professori.

Ad 15tum. Conclusit Universitas retinendos esse sub Jurisdictione Rectorali Bibliopolas, jam verò ratione Pictorum negotium tractandum cum Prænobili Magistratu Cracoviensi commissum est Perillustribus Dnis MM. Josepho Declos Sacræ Theologiæ, et Andreæ Lipiewicz U. J. Doctoribus et Pfribus.

Ad 16tum. Informata Universitas ex Literis Reverendissimi Dni Podhaiecki Canonici Cathdralis Leopolien de processu causæ ratione Summæ Unius Mille Florenorum

Polon.

Polonicalium Testamento Nobilis olim Dominæ Franchi ad Confraternitatem Rosarii Zamoscii legatæ, jam verò per Filium ejus Consulem Leopoliensem aliter, videlicet pro Schola Academica Leopoliensi cum adjunctis aliis tribus Millibus dispositæ. Quæ Summa præfati unius Mille florenorum licet per Decretum Illustrissimi Consistorii Chelmensis Reverendo Promotori dicti Rosarii adjudicata fuerit, facta tamen ejusmodi causæ devolutione per appellationem ad Illustrissimum Officium Metropolitanum Leopoliense, per idem Judicium prælibatæ Scholæ Academicæ assecurata est, apposita duntaxat ad alias per Filium in Ordinatione expressas nova obligatione Missarum Undecim in Suffragium præfatæ Nobilis olim Dominæ Franchi, sive hic Cracoviæ, sive Leopoli absolvendarum. Quæ obligatio utrum ab Universitate acceptanda esset, facta per Magnificum Dominum Rectorem ad omnes et singulos Corpus Universitatis constituentes inductione, et explorato uniuscujusq super hac re sensu, conclusit unanimiter acceptandam esse ejusmodi obligationem Missarum Undecim absolvendarum.

Ad 17mum. Reposuit Perillustris Antecedaneus Procurator in manibus moderni Procuratoris Librum sive Regestrum Cæci; jam verò Summa Collecta pro eodem Cæco, stante Procuratione Perillris Antecedanei ascendens ad Summam Flor. 862. gr. 24. cessit Eidem Antecedaneo Procuratori in debitum apud Universitatem hærens, de quo debito eandem Universitatem quietavit.

Ad 18vum. Substituendum esse alium Professorem in locum Clarissimi Szybalski in Seniorem Contubernii Jurisperitorum, ob rationes negligentiæ et continuarum absentiarum, conclusit Universitas; et ad hunc effectum Substitutionis, data est facultas Perillustri et Reverendissimo Domino Provisori ejusdem Contubernii.

Ad 19num. Negotium Vocationis ad Collegium Juridicum dilatum est.

Suprainsertæ Conclusiones Almæ Universitatis canonicè convocatæ et congregatæ, Rectoratu Tertio Magnifici Domini Rectoris M. Antonii Zaledziowski U. J. et S. Theæ Doctoris et Prfris, Canonici Cathedralis Cracoviensis Reverendissimi latæ et publicatæ, quod concordent cum suis Originalibus, et fideliter quo ad omnia puncta connotatæ sint attestor, et prout easdem vidi legi probavi, ita quoq in majorem Fidem Subscribo. Datt. Crac. in Residentia mea Canonicali Die 26. Mensis Novembris Anno Domini 1770. M. Jacobus Marcisz owski U. J. Dr et Prfr. Collegii Juridici Senior Pater, Facultatis Consultissimæ Pro Cancellarius et Decanus. mpp

Suprascriptas Conclusiones concordare cum suis Originalibus testor. M. Franciscus Masiorski Phiæ Dr et Pfr, Artistarum Decanus mpp

CONVOCATIO 2da

Annô Domini 1771. die 5ta Martii extradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita forma = Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina, horâ 2dâ pomeridianâ in Communi Stuba Collegii Majoris dum signum campanâ datum fuerit ad resolvendum sequentia puncta.

1mo. Ad referendum lectas esse Conclusiones præcedentis Convocationis, et quæ nondum sunt effectuatæ.

2do. Ad audiendum relationem Revisorum ad generales rationes Procuratoris Canonizationis S. Joannis Cantii deputatorum.

3tio. Ad deputandos Revisores Regestrorum Procuratoris et Administratoris Typographiæ Universitatis.

4to. Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem Universitatis et Syndicum.

5to. Ad eligendum vel reeligendum Oeconomum Bonorum.

6to. Ad deputandos Revisores Regestrorum Præfecti Fabricæ Eccle-

7mo. Ad inquirendum ubinam reperiatur Liber testamentorum, et per quem in posterum inscribi debebunt?

8vo Ad referendum de prætensionibus per Tenutarium domûs Cieplowskie dictæ porrectis, tum ad dandum Contractum pro eadem domo.

9no. Ad colloquendum de Lapidea Hungarorum dicta.

10mo. Ad inquirendum ubinam hæreant Revisiones Beneficiorum Academicorum, tum ad providendum conservationi illarum.

11mo. Ad deferendum de Statu Beneficii Premicoviensis.

12mo. Ad audiendam instantiam Curati Naklensis respectu Decimæ.

Tum ad alia, si quæ per Rectorem proponentur.

Detur Omnibus DD. Doctoribus et Professoribus duntaxat incorporatis.

Die 5ta Martii 1771. Ex parte Rectoris Universitatis sub pœna non contradicendi.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Quoniam ex Conclusionibus anteriorum et immediatæ Convocationis, quædam non sunt ad effectum deductæ. Et quidem Convocationis de anno 1770. die 26. Junii ad 2dum ratione damnorum et injuriarum per subditos villæ Rzezusnia possessionis Monialium Ordis Præmonstratem Conventus Ibramovicensis, Bonis villæ Golcza possessionis Universitatis illatarum. Et ejusdem ad 12mum de Visitatione Coloniæ Albæ Ducalis. Ex immediata autem ad 15tum in negotio DD. Bibliopolarum et Pictorum tractandi cum Nobili Magistratu Crac. Ad 16vum Substitutio Senioris Contubernii Jurisperitorum, nondum executioni sunt datæ, quatenus Deputati, quibus id muneris respective commissum fuit, exequi curent, censuit Universitas.

Ad 2dum. Magnificus Dominus Rector, Perillustres Domini MM. Casimirus Steplowski Sræ Theologiæ, et Reverendissimus Jacobus Marcisz Zowski U. J. Doctores et Professores ad videndas rationes generales Perceptorum et Expensorum pro Canonizatione S. Joannis Cantii per Perillustrem Dnum M. Antonium

nium Krzanowski Srae Theologiae Doctorem et Professorem, dictae Canonizationis Procuratores, erogatorum fecerunt relationem, qualiter in Perceptis fuerunt:

Ex Remanenti ab Annis 1767. et 1768. — — — — — — — — — — — — — — — — fl. 15931. gr. 17.
Summa Percepta ab Annis 1769. et 1770. — — — — — — — — — — — — — — — — fl. 12810.

Summa Percepta cum remanenti — — — — — — — — — — — — — — — — fl. 28741. gr. 17.
Summa verò Expensae in Anno 1769. et 1770. — — — — — — — — — — — — — — — — fl. 28785. gr. 6.

Superat itaq Expensa Perceptam — — — — — — — — — — — — — — — — fl. — 43. gr. 19.

Quas rationes praemisso modo factas approbandas et subscribendas censuit Universitas.

Ad 3tium. Ad revidenda regestra Illris Procuratoris Universitatis deputati sunt Perillustris Clrmi M.M. Andreas Lipiewicz Tt. J. Doctor et Illustris Michael Mrugaczewski Srae Theologiae Professor. Jam verò ad Regestra Illris Procuratoris Typographiae Illres M.M. Jacobus Niegowiecki et Joannes Ambrożewicz.

Ad 4tum. In Procuratorem Universitatis reelectus est Illustris Dominus M. Casimirus Czerwinski Srae Theologiae Professor, in Syndicum Excellens M. Adalbertus Ciecidłowski Phiae Doctor et Professor.

Ad 5tum. In generalem Bonorum Universitatis Oeconomum reelectus est ad triennium Illris D. M. Antonius Jarzęcki, Collega minor ea sub conditione, quod attenta calamitate temporum, misero Bonorum Statu, atq pereiquo ex iisdem proventu, Salario quinquaginta Hungaricalium contentus sit, et eos in vim laboris non alias, nisi ex manibus Procuratoris accipiat, obligationibus boni Oeconomi satisfaciat; quas ille conditiones benevolè acceptavit.

Ad 6tum. Differtur ad futuram Convocationem.

Ad 7mum. Liber, in quo ultimae Professorum Universitatis Voluntates conscribuntur, repertus, qui quatenus penes Procuratorem Universitatis haereat, Executores autem testamentarii statim post approbationem testamenti sui Testatoris per Magnificum Dominum Rectorem, idem testamentum inscribi curent, conclusit Universitas.

Ad 8vum. Praetensiones Tenutarii domus Ciepłowskie dictae, in Zwierzyniec sitae ex ratione alimentorum Militi Moschovitico subministratorum, pullulantes, omni meliori modo moderandas, pacificandas, dandumq eidem Contractum dictam domum possidendi ad duos annos Procuratori suo commisit Universitas.

Ad 9num. Fecit relationem Dominus Procurator Universitatis de expensis per Tenutarium Lapideae Hungarorum dictae pro Milite Moschovitico factis, ac eas in Scripto porrexit. Et Universitas dictarum expensarum moderationem et compensationem pro arbitrio boni viri eidem Dno Procuratori commisit.

Ad 10mum. Reviziones nonnullorum Beneficiorum Ecclesiasticorum Universitati incorporatorum compertae sunt penes Magnificum Dominum Rectorem, providendo conservationi illarum, quatenus Dominus Procurator Librum, in quo describantur, comparet. Domini Beneficiati suorum respective Beneficiorum, illi in posterum dictas revisiones inscribant vel inscribi curent, Liber autem suo tempore cum alio Testamentorum in Promptuario clauso in Bibliotheca Collegii Majoris, clavi penes Procuratorem manente conservetur, voluit Universitas. Anteriores verò Reviziones, si penes quempiam reperiantur, investigandas, inquirendas et ad Procuratorem Universitatis comportandas, censuit Universitas.

Ad 11mum. De statu Beneficii Premicoviensis Perillustris D. M. Joannes Rygalski Srae Theologiae Doctor et Professor tanquam Commendarius ejusdem per Illustrissimum Officium Consistorii Generalis Crac. constitutus ejusmodi in parata copia fecit relationem. = Beneficium Premiciviense ab annis Octodecem

plus vel minus

plus vel minus, est in continua arendatoria possessione Magnifici Josephi Waxman, Burgrabii Arcis Cracovien, ex quo Anno regiestro solvit totaliter, juxta Contractum Rethoman Florenorum Quinque Millium ad Festum S. Joannis Baptistæ Anni 1770mi, et insuper pro Ratha anticipative ad eodem Festo S. Joannis inchoata solvit in parata pecunia fl. Polon. 500. alios autem fl. itidem 500. porrexit in Schedas, quasi redimendo Contributionem frumentariam Militi Confederato exsolutos, quæ Summa in Quietatione eidem Magnifico Waxman data, suscepta est. Tandem delatum fuit Commendario de Dominis in eodem Beneficio factis, alias de extriturazione frumentorum ex crescentia Anni 1770mi, eorundemq evectione per militem Confederatum quod statim Magnifico Domino Rectori Universitati detulit. Qui quidem Magnificus Dnus Rector sive hora Mense Septembri Anno eodem 1770mo congregavit Perillustres Dominos Doctores ad consulendum, quid facto opus est in eodem negotio. Et Perillustres DD. Doctores, tum quoq Illustres Facultatum Professores, in eodem Consilio præsentes commiserunt mihi Commendario et Illustri Skrzetuskowski, quatenus Resultatum Consilii Magnifico Waxman exponeremus, et siquidem velit à Contractu recedere, et sic sua et Beneficii ulteriori damnificationis consulere sciatq in super hanc esse Universitatis mentem et declarationem, si pervasionis non acquiesceret, quid nullam defalcationem intuitu ejusmodi damnorum faciet, nec eandem in Rathis solvendis suscipiet. Quod totum fideliter Magnifico Waxman retulimus: cui his formalibus respondit: Magis æstimo honorem meum, quam millenos quos non habeo, scio bene per quos hanc injuriam et damnum pati, hæc omnia a suo tempore vindicabo, sine damno et jactura Universitatis, a Contractu non recedo. His peractis cum urgeret Commendarius aliquoties solutionem Ratharum, semper appromisit se soluturum. Et cum magis ac magis instaret idem Commendarius allegando, quia non satisfacit Contractui in Rathis anticipative exsolvendis, venit idem Magnificus Waxman Anno præsenti post Festum SS. Trium Regum, in comitatu Dni Wroblowski Procuratoris Causarum in Castro Cracovien, die jam ad Vesperas inclinato ad Residentiam meam, et loco solutionis pecuniariæ obtulit chartam, in qua, ut præsentiebam prætensiones continebantur. Cui respondi, quia non possum ingravescente coram oculo tenere hanc Scripturam, et si legero, non respondebo ad ejus contenta, consultam Universitatem, et modum primum quid habitis comitiis, Feriam Postridie præsentandam chartam Magnifico Domino Rectori, et in Consilio Perillustribus Dominis consultoribus sui loci, in qua charta ponit prætensiones pro frumentis à Militi confederato, quasi acceptis quod tamen nullo documento justificat, ascendentes ad Summam fl. Polon. 2780. insuper scribit totam crescentiam Anni 1770mi extriturandam et deponendam ad eodem Militi Confederato, et ejus boves, vaccas pariter. Perillustres Dni Doctores et Consultores iterum mihi commiserunt hoc negotium cum eodem Magnifico Waxman tractandum, cui revocavi in memoriam, quia sua Dominatio appromisit damna sibi illata suo tempore vindicare, sine ullo damno et jactura Universitatis, modo autem prætensiones porrigit. Respondit sto verbo meo, ideoq nihil præstando pro frumentis Anno 1770mo extritatis et acceptis à Militi, sed prætensiones istæ ex Anno 1769no in 1770mum sunt. Ad extremum deputati fuerunt ad finaliter concludendum cum eodem Magnifico Waxman Illustres DD. Mth. Casimirus Szerwinski Universitatis Procurator et Josephus Putanowicz, qui inscripto porrexerunt eidem Modificationem expensarum per eundem Magnificum Waxman porrectarum ad Summam fl. Polon. 2304. ascendentium, et ut reliquam Summam fl. Polon. 2636 solvat solvat ad complementum fl. 5000. institerunt. Qui promisit se pariter ad hæc in scripto responsurum, sed non factum, Varsaviam discessit, responsum nullum dedit.

Ad 12tum. Audivit Universitas instantiam Adm Rdi Parochi Nakielen. et negotium eidem per literas respondendi commisit Perillri Rdmo Domino M. Jacobo Marciszowski U.J. Doctori et Professori, Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis Canonico.

Tum ad alia

Perillustris Dominus M. Antonius Krzanowski, Sræ Theologiæ Doctor et Ar-

et Professor à Convocatione absens. Stante Convocatione duo puncta per literas missivas porrexit. Alterum ad eligendum Procuratorem compilendi actus Canonizationis S. Joannis Cantii. Alterum ad eligendum Prefectum Musicæ Quorum Annum dilatum est ad Convocationem futuram Universitatis. 2dum ad Convocationem 66. DD. Consiliariorum.

Suprascripta Conclusiones Almæ Universitatis legitimè convocatæ et congregatæ, coram Clarissimis Dominis Facultatum Decanis lecta et publicatæ, quoniam in omnibus et singulis Punctis concordant cum suis Originalibus, et fideliter connotata sunt. ideo easdem pro majori firmitate subscribo. Datt. Crac. in Residentia mea Canonicali. Die 15. Martii Anno Domini 1771mo

M. Jacobus Marcisz owski U. I. Dr et Pastr Eccl Cath. Cruc. Facultatis Juridicæ Pro Cancellarius et Decanus. mpp

Supra scriptas Conclusiones concordare cum suis originalibus Testor

M. Josephus Dessos Sæ Th. Dr et Pastr Sæ Facultatis Decanus mpp

M. Franciscus Magiorski Phiæ Dr et Pastr Artistarum Decanus. mpp

CONVOCATIO 3tia
CC. DD. Consiliariorum.

Annô Domini 1771mo. die 15ta mensis Martii extradita fuit. Convocatio CC. Consiliariorum sub hac solita forma = Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra hodie in Stuba Collegii majoris non expectato pulsu campanæ.

1mo. Ad audiendam relationem DD. Reviserum ad Regestra Procuratoris Universitatis et Administratoris Typographiæ deputatorum.

2do Ad disponendum de pecuniis, si quæ ab expensis restans fuerit.

3tio Ad eligendum Prefectum Capellæ Musicorum Collegiatæ S. Annæ.

Tum ad alia, si qua per Rectorem proponentur. Detur omnibus DD. Consiliariis de nomine et cognomine specificatis, fidelitèr

Ex Facultate Theologica

Perill. A. R. M. Antonio Krzegnowski.
Perill. A. R. Th. Casimiro Bzplowski.
Perill. A. R. M. Josepho Dessos.
Perill. A. R. M. Joanni Rygalski.
Illustri A. R. Th. Jacobo Wiegowiecki.
Illustri A. R. M. Michaëli Mrugacziewski.

Ex Juridica

Perill. Rndo M. Jacobo Marciszowski.
Perill. A. R. M. Andrea Lipiewicz
Perill. A. R. M. Stanislao Fierlieiewicz.
Illustri A. R. M. Carolo Marxer
Illustri A. R. Th. Francisco Gwiazdowicz

Illustri A. R. M. Adalberto Zottarski
Illri A. R. M. Stanislao Rotelski
Illustri A. R. M. Antonio Czechowski
Illustri A. Lect. Andrea Kopiarski
Illri A. R. M. Casimiro Czerwinski.

Ex Facultate Medica
Cl. M. Joanni Camerin.
Cl. M. Andrea Paduriski

Ex Philosophia
Illri A. R. M. Francisco Majorowski Artistarum Decano
Illri A. R. M. Adamo Jagielski.
Illri A. R. M. Thoma Plecki.
Illri A. R. M. Josepho Putanowicz
Illri A. R. M. Andrea Skrzekowski.
Illri A. R. M. Joanni Ambrozewicz

Die 15ta Martii. Anno Dñi 1771. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad Imum. Perillustris M. Andreas Lipiewicz U. J. Doctor et Professor et Illustris M. Michael Mrugalewski Sae Theologiae Professor ad revidenda Regestra Illustris M. Casimiri Czerwinski, Sae Theologiae Professoris uti Procuratoris Universitatis, eadem calculanda et examinanda deputati retulerunt generalem Perceptam tam ex Bonis Universitatis, quam ex Censibus reducam et constitutam esse ad fl. Polon. 17316. gr. 24. d. 1. Expensam verò tam in rem fundorum, quàm Salariorum DD. Contributoribus et pro Anniversariis in Regestris specificatis ascendisse ad Summam fl. Polon. 15614. gr. 17. Proindeq superesse ab Expensis fl. Pol. 1702. gr. 7. d. 1. Jam verò Illustres M. M. Jacobus Niedźwiecki Sae Theologiae Prof. et Joannes Ambrozewicz Philosophiae Dr et Mr ad calculanda Regestra Illris M. Adami Jagielski Philosophiae Dris et Mris tanquam Administratoris Typographiae deputati informaverunt Universitatem consistisse ex Typographia Perceptam in fl. Pol. 975. gr. 29. Expensam vero in fl. Pol. 1108. gr. 3. Proindeq expensos esse supra perceptam fl. Pol. 132. gr. 4. Quas quidem Rationes ab utring factas et auscultatas convocati DD. Consiliarii approbarunt, uti reapse praesenti Conclusione approbant.

Ad 2dum. De residua pecunia supra specificata, in Regestris Procuratoris Universitatis ab Expensis restante sic dispositum: ut penes D. Procuratorem pro imminentibus necessitatibus remaneat. Jam verò quoniam D. Administrator Typographiae Universitatis necdum pro Anniversario Waleszyniano solvit, injunctum est, ut integram Summam fl. Pol. 300. ad dismembrandum D. Procuratori Universitatis reddat.

Ad 3tium. Retulit Perillustris M. Joannes Rygalski, Sae Theologiae Dr et Prof. acceptasse Illustres Sanctius Tarski, Collegiatae Sae Annae Canonicum Artistinensem, praefecturam Capellae Musicorum ejusdem Collegiatae; quam acceptationem Universitas rata habuit, salvis Ratiombus coram Magnifico Dño Rectore, et CC. Decanis justa solitum faciendis.

Suprascripta conclusiones in convocatione CC. DD. consiliariorum Universitatis lata et publicata, siquidem fideliter cognoscat sua et cum suis concordant originalibus, adiicio eadem qua decet majorem validitatem et firmitatem subscribo. Cracoviae d. 26. Martii. 1771. M. Jacobus Marcinkowski U. J. D. et Prof. Cgd fath. Crac. Facultatis Juridicae Consiliarius et Decanus mpr.

Supra Scriptas Conclusiones concordare cum suis Originalibus Ego Joannes Joseph Chrzanowski Philosophiae Dr et Mr Custos Bibliothecae Universitatis Jagellonicae et Mr Quidem Facultatis Decanus mpr

M. Franciscus Majorowski Philosophiae Dr et Prof. Artistarum Decanus mpr

CONVOCATIO 4ta.
CC. DD. Decanorum.

Annô Domini 1771. die 18. Martii extradita fuit Convocatio CC. Decanorum sub hac solita forma: Egregie Domine Doctor et Decane unius cujusq Facultatis. Adsit Dignitas V.ra die hodierna in Stuba communi Collegii majoris horâ 2da pomeridiana, non expectato pulsu campanæ, idq ad excipiendas Rationes omnium et singulorum Contuberniorum, ac Borcanarum, tum quoq Fundationum nonnullarum ad Officium Rectoris et Decanorum omnium Facultatum spectantium, juxta antiquum et laudabilem morem Universitatis nostræ, Et Contuberniorum quidem; Hierosolymitani, Jagelloniani, Philosophorum, Starnigeliani et Sisiniani, Fundationum verò; Novodvorscianæ, Roszczevianæ, Garvarscianæ pro Oratorio, et Philippovicianæ, pro Capella Musicorum ordinatæ, nec non Seminarii Academico-Diœcesani, ac tandem Borcanarum; utpote Alexandrovicianæ, Baranovianæ, Borcovianæ, Borascianæ, Borovianæ, Brosciana, Chaszkovianæ, Obłonkovianæ, Preclavianæ, Przevoscianæ, Jabłonscianæ, Janidłovianæ, Karnkovianæ, Lepiecianæ, Łaccianæ, Łuczkievicianæ, Lukinianæ, Zamoyscianæ, Gulczevianæ, Novodvorscianæ, Vladislavianæ, Raciborovianæ, Siradiensis, Srzeniavianæ, Stężyciensis, Szamotulianæ, Trzeciakovianæ, Waleszynianæ, Dembinscianæ, Fusorianæ, et aliarum. Detur omnibus CC. Decanis Facultatum; Theologicæ, Juridicæ, Medicæ, ac Philosophicæ Universitatis nostræ, nec non Perillustribus, Illustribus, Clarmis, Adm Reverendis Contuberniorum Provisoribus ac Senioribus, item Fundationum ac Borcanarum singularum Provisoribus seu Distributoribus. Die 18va mensis Martii. Ex parte Rectoris.

1º In hac itaq Convocatione Magnificus D. Rector Zołędziowski ex Contubernio Starnigeliano produxit in Perceptis ... Florenos 998.
In Expensis ... 527. gr. 12.
Superat Percepta Expensam ... 470. 18.
Sed quia Expensa Anni præteriti superavit Perceptam Florenis ... 539. gr. 6.
Ideo his detruncatis debentur Moderno Provisori Floreni ... 68. 18.
Antecedaneo verò p. m. Perillustri Czyrnicki pro Annis anterioribus ... 2491. 25.
Perillustris Krzanowski, Præpositus S.ti Floriani ex Contubernio Hierosolymitano.
In Perceptis produxit ... 1028. 8.
In Expensis ... 2211. 5.
Superat Expensa Perceptam ... 582. 27.
Ex Borcana Dembinsciana produxit
In Perceptis ... 60. 21.
In Expensis ... 31. 15.
Superat Percepta Expensam ... 29. 6.
Ex Capella Musicorum produxit
In Perceptis ... 3841. 8.
In Expensis ... 5950. 12.
Superat Expensa Perceptam ... 2109. 4.
Perillustris Stęplowski ex Borcana Siradiana produxit
In Perceptis ... 130. 21. 2.
In Expensis ... 62. 25.
Superat Percepta Expensam ... 67. 26. 2.

Ex Borcana Roszczeviana in Perceptis - - 556. - - 21. - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - - - 415 - - 10 - -
Superat Percepta Expensam - - - - - - 141. - - 11 - -
Ex Contubernio Sisiniano seu Seminario produxit
In Perceptis - - - - - - - - - - - - 5254. - - 12 - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 7460. - - 6. - -
Superat Expensa Perceptam - - - - 2205. - - 22 - -
Perillustris De-Clos ex Contubernio Philosophorum produxit
In Perceptis - - - - - - - - - - - - 107 - - 24. - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 840. - - 22 - -
Superat Expensa Perceptam - - - 732 - - 28. - -
Ex Borcana Srzeniaviana in Perceptis - nihil
In Expensis - - - - - - - - - - - - 20. - - - - - -
Ex Fundatione Novodvorsciana seu Classium in Perceptis - 139. - - 15 - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 79. - - 15 - -
Superat Percepta Expensam - - - - - 60. - - - - - -
Ex Fundatione Garvarsciana pro Oratorio in Perceptis nihil
In Expensis - - - - - - - - - - - - 219. - - 28.
Ex Borcana Preclaviana in Perceptis - - - - 40. - - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 44. - - 20 - -
Superat Expensa Perceptam - - - - 4. - - 20. - -
Ex Borcana Borcoviana in Perceptis - - - - 135. - - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 86 - - 24. - -
Superat Percepta Expensam - - - - - 48. - - 6. - -
Illustris Mrugaczewski ex Borcana Raciboroviana produxit in Perceptis - 40 - - 20 - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 42 - - - - - -
Superat Expensa Perceptam - - - - 1. - - 10. - -
Illustris Czerwinski Procurator Universitatis ex Borcana Janidloviana produxit
In Perceptis - - - - - - - - - - - - 45. - - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 14. - - 7. - -
Superat Percepta Expensam - - - 30. - - 23. - -
Illustris Ficzkiewicz Praepositus Collegiatae S.ae Annae ex Borcana Lepiecciana in Perceptis pro annis 9. produxit - - 1050. - - - - - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 431 - - 26. - -
Superat Percepta Expensam - - - - 618. - - 4. - -
Illustris Kolendowicz Contubernii Jagelloniani Senior ex Contubernio eodem
In Perceptis produxit - - - - - - - 972. - - 7. - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 1652. - - 28. - -
Superat Expensa Perceptam - - - - 680 - - 21. - -
Ex Borcana Boroviana in Perceptis - - - - 57. - - 7. - -
In Expensis - - - - - - - - - - - - 22 - - 15. - -
Superat Percepta Expensam - - - - 34. - - 22. - -

Quorum omnium et Singulorum Perillustrium, Illustrium Dominorum Provisorum et Senioris Rationes visas et auscultatas Magnificus Dominus Rector cum DD. Decanis approbavit hac sua Conclusione ad praemissa mediante Annō Dñi 1771mo. die 18. Martii.

Supra inserta Conclusiones CC. DD. Decanorum Universitatis, quo ad Sta Puncta fideliter connotata, quoniam concordant cum originalibus, ideo easdem sicut et annexam Calculationem ex Borcanis aliisq Fundationibus, pro majori firmitate et fide subscribo. Cracoviae Die 25. Martii Anno Dni 1771mo

M. Jacobus Marciszowski U. J. Dr et Prfr. Ccg Cath. Crac. Facultatis Juridicae Procancellarius et Decanus. mpp

Supra scriptas Conclusiones concordare cum suis Originalibus testor. M. Franciscus Maskowski Phiae Dr et Prfr Collega Major, Artistarum Decanus mpp

M. Josephus de Cles Sae Th. Praefectus Ejusdem Facult. Decanus mpp

RECTORATU 4to

MAGNIFICI PERILLUSTRIS REVERENDMI DOMINI

D. M. JACOBI MARCISZOWSKI

U. J. DOCTORIS & PROFESSORIS Facultatis Juridicae PROCANCELLARII & DECANI Collegii Juridici Senioris PATRIS, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis CANONICI Collegiatae S. S. OO. PRIMICERII Parochialium in Koniusza & Pobiedr CURATI Illustrissimi Consistorii Generalis Crae JUDICIS SURROGATI. Librorum per Diae-

ccsim Cracovicn. CENSO
RIS. Contubcrniorum Regio-
Iagdloniani & Iurisperito-
rum, necnon Coloniæ Aca-
demica Tarnovicnsis
PROVISORIS Studii Ge-
neralis Universitatis Cra-
coviensis
RECTORIS.

CONVOCATIO I
Universitatis

Anno Domini 1771. Die 26. Mensis Iunii ex-
tradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita
forma = Admodum Reverend. Pater, Egregie Domine
Doctor & Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra
hodie hora secunda pomeridiana in Aula Communi Colle-
gii Majoris, dum signum campana pulsu datum fuerit ad
tractandum super sequentibus punctis

1mo. Ad inquirendum, si Conclusiones præcedentium Con-
vocationum sub executioni demandatæ sint.

2do. Ad deputandos Revisores Regestrorum Oeconomi
Bonorum Universitatis

3tio. Ad concludendum de Pensionibus ex Bonis pro Anno 1770 in Annum 1771. debitis, tum de Salario Oeconomi pro Anno eodem.

4to Ad approbandas Rationes D. Claverini.

5to Ad legendum Decretum favore Coloniæ Neocorcinensis Kielciis latum.

6to. Ad determinandum circa pensionem Facultati Philosophicæ ex Beneficio Premykoviensi debitam.

7mo. Ad subveniendum necessariis reparationibus Collegii Juridici & Capellæ S. Mariæ Magdalenæ.

8vo. Ad colloquendum de Decima ex Sorte Villæ Siedliska à Parocho Koniuszensi Universitati debita multis ab Annis retenta.

9no. Ad audienda desideria Illris Minocki Coloniæ Posnanæ Rectoris redintegrationem Summæ Kraloviana Trium Millium Florenorum Polonicalium pro Typographia seu Typo comparando dispositæ, necnon deputationem Professoris Mathematici in illa Colonia necessarii exposcentis

10mo. Ad eligendos Directores Coloniarum Gnesnensis Pinczovienæ sive aliarum inquantum vacant.

11mo. Ad referendum substitutum esse Seniorem Contubernii Jurisperitorum, tum inquirendum de Originali Compositione cum RR. PP. Societatis Jesu ad S. Petrum respectu arearum ejusdem Contubernii per Deputatos Universitatis initæ, ac informandum de Statu ejusdem Contubernii.

12mo. Ad consulendum Juribus Coloniæ Leopoliensis & Professoris ejusdem ad Judicia Metropolitana præjudiciosè adcitati.

13tio. Ad auscultandam Ordinationem Tylicianam respectu Pensionis pro Professoribus Scholarum, eamq̃ resolvendum, necnon succurrendum Studio dictarum Scholarum, ac præcipuè Scholæ Rhetoricæ.

14to. Ad audiendam petitionem Excellentis Czucki alacritatem suam ad docendam Linguam Gallicam offerentis, ampliandumq̃ dictum Studium Linguarum Gallicæ & Germanicæ, tum Hebraicæ & Græcæ, quantum possibile est.

15to. Ad consulendum ratione Granitierum Bonorum Nasiechowice.

16to. Ad deputandos Revisores Regestrorum Fabricæ Ecclesiæ Collegiatæ S.æ Annæ.

Tum ad alia, si quæ proponent per Rectorem.

CONCLUSIONES

Ad 1mum In vim executionis Conclusionum Universitatis antecedenter latarum retulit Illris Clrmus Czerwinski S.æ Theologiæ Professor, ejusdem Almæ Universitatis Generalis Procurator destitisse à lite Adm Rdum Chadziewicz Curatum in Nakło ratione Decimæ ex Tęgoborz præstari solitæ, ut pote persuasum Literis Magnifici Dni præsentanei Rectoris, quarum Literarum Copiæ datæ sunt ad conservandum Illri Oeconomo Bonorum Universitatis. Item Librum Testamentorum per Doctores sive Professores Universitatis conditorum, reperiri apud Perillre Lipiewicz U. J. Doctorem & Professorem, qui Liber juxta præscriptum Universitatis Conclusionis Die 5ta Martii 1771. ad 7mum, ut conservetur demandatum est. Tandem attentis legalitatibus ejusdem Perillris Lipiewicz, qui hactenus Visitationem Coloniæ Albæ Ducalis summopere necessariam accelerare nequivit, Magnificus D. Rector petiit Illre Clrmum & Adm Rdum M. Josephum Putanowicz, Philosophiæ Doctorem & Professorem, Collegam Majorem, Collegiatæ SS. OO. Crac. Præpositum, ut idem Officium in se assumeret, quod etiam ex amore Boni Universitatis acceptavit, discessum suum brevi appromisit, cum facienda super expedito negotio relatione coram Alma Universitate.

Ad 2dum. Ad Regestra Illris Oeconomi supraexpressi deputati sunt Perillris & Rndmus D. M. Antonius Zołędziowski, Juris Utriusq & S. Theologiæ Doctor & Professor, Collega Major, Ecclesiarum Cathedralis Crac. Canonicus, in Wieliczka Præpositus. &c Perillris Cl. & Adm Rdus

Rdus D. M. Joannes Rygalski Sae Theologiae Doctor & Prfr, Ecclesiarum Collegiatae S. Floriani Canonicus, Corcinensis Praepositus &c. & Illris Universitatis Procurator.

Ad 3tium. Fecit relationem Illris Procurator Universitatis suprascriptus Summam restantem ex Proventibus Bonorum in exsolutionem Censuum ac Pensionem sufficere quidem posse pro Anno praelibato, sed si haec tota expenderetur, nihil remanebit tum ad solvenda debita in ante contracta, tum pro Expensis in casus fortuitos eventuris, qui nunc praesertim fervente bello aut in Bonis, aut in Universitate contingere possunt. Cui necessitati providendo Universitas conclusit, ut Quinque Millia Florenorum Polonicalium in exsolutionem praefatorum Censuum & Pensionum, tum spectata calamitate temporum, tum Bonorum per Militem internum & externum devastatione distribuerentur, ita tamen, ut quae Summae Capitales à Centum Minorem Provisionem habent, illis minus detruncaretur, quae verò majorem, illis plus. Reliquum autem in Massa Universitatis penes Illrem Procuratorem remanebit.

Ad 4tum. Fecit Relationem Perillris & Rndmus D. M. Antonius Zołędziowski &c. ut supra de Perceptis & Expensis per D. Claverini pro extensione Officii S. Joannis Cantii ad Universam Ecclesiam & Elogio ejusdem Martyrologio Romano inserendo, juxta Respectiva Sae Rituum Congregationis Decreta Anno Domini 1771. Die 23. Martii Romae factis, ex quibus constitit Perceptam fuisse in Scutis 94,, Expensas verò in Scutis 121,, Obolis 65,, quas Rationes Universitas approbavit. Sed quia superat Expensa Perceptam in Scutis 27,, Obolis 25,, proinde compensationem pecuniae in Expensis ultra Perceptam erogatae ex fructibus futuri Anni eidem D. Claverini commisit.

Ad 5tum. Lectum est Decretum Kielciis in Curia Celsissimi Illrmi & Rndmi D.D. Cajetani Soltyk Dei & Apostolicae Sedis Gratia Episcopi Crac. Ducis Severiae A.D. 1769. Die Mercurii Sexta Mensis Septembris latum in Causa Coloniae Neocorcinensis per Perillrem Cl. & Adm Rdum D. M. Joannem Rygalski &c. ut supra dictae Coloniae Provisorem, ex quo constitit Summam Sex Millium Florenorum Polonicalis Testamento Illris olim Cl. & Adm Rdi D. M.

D. M. Joannis Cantii Prus Bogustawski Philosophiæ Doctoris & Professoris, Collegæ Minoris, Scholastici Neocorcinens. in antiqua Korczyn Curati, Canonici Vielunens. relictam, ac coram Actis Castrensibus Neocorcinens. A. D. 1723. Feriâ Sextâ post Dominicam Lætare super Bonis Olesnica inscriptam pro Decanatu in Ecclesia Neocorcinensi erigendo; ex Mente, sed minus efficaci Fundatoris ordinatam, gravibus tamen de Causis Judicium permoventibus Authoritate Apostolica Delegata in sua Ordinatione immutatam, spectata nihilominus Voluntate Testatoris ac Benevolentia erga Colo. niam Neocorcinensem in Testamento expressa, tum aliis firmis rationibus ibidem appositis, eidem Colonia Neocorcinens. illius Professoribus ab Alma Universitate deputandis, pro tempore existentibus & actu laborantibus applicatam esse cum his Obligationibus 1a quatenus Director ejusdem Colonia singulis Dominicis & Festis Cursum de B. V. Maria cum Scholaribus in Ecclesia Parochiali Neocorcinensi decantet. 2a ut singulis Dominicis præparatè catechizet per se horis à Præposito loci determinandis. 3a ut in omnibus tam quo ad catechizandum, quàm quó ad decantandum Cursum à Præposito dependeat. 4a ut quolibet Mense duas Missas pro Anima Fundatoris sive per se, sive per alium absolvat. 5a ut quolibet Anno Sacristiæ Ecclesiæ Parochialis Neocorcinens. Triginta Florenos Polonicales pro vino, cera et usu Apparamentorum ex Censibus hujusmodi pendat. Et quia hoc Decretum curâ Perillris Cl. & Admodi Rdi D. Rygalski supra laudati est latum ac impensis, ideo eidem Universitas Pratiarum actionem exhibuit, ex quo insuper Expensas illius Causæ libenter Universitati donavit. Prælaudatum verò Decretum ut sine prægravatione vel inferendo aliquo præjudicio per Directores sive Professores illius Colonia observetur, prudentiæ ipsorum præcommissum est.

Ad Actum. Fecit Relationem Perillris Cl. Rygalski Beneficii Premysliovien. à Celsissimo Dnó Episcopo Crac. ut supra Cancellario & Visitatore Apostolico & Regio Delegatus Specialis Commendarius, quod Magnificus D. Waxman Burgrabius Arcis Crac. &c. illius Beneficii Tenutarius nullam solutionem ex hoc Beneficio ratione Expensarum in Militiam Reipublicæ Confœderatæ fecerit; ne verò Professores in Philosophica laborantes suis stipendiis destituerentur, ideo censuit Alma Universitas, ut ex Proventibus retroactorum Annorum Idem Perillris Rygalski suprafati Beneficii regimen habens pensionem annua

nuam vulgò Margarethales dictam elargiri dignaretur, pro quo favore & Benevolentia Facultas Philosophica Gratiarum Actionem Universitati detulit. Jam verò ratione retentarum ex Arenda ejusdem Beneficii Ratharum, sive etiam respectu prætensionum Magnifici Waxman Tenutarii ad idem Beneficium Premykoviense se se regulantium, amicabiliter, sive alio efficaciori modo tractandum esse cum dicto Magnifico Waxman Perillri Commendario & Delegatis Facultatis Philosophicæ idq cum referentia in præmissis ad Magnificum D. Rectorem Universitas præcommisit.

Ad 7mum. Retulit Magnificus & Reverendissimus D. modernus Rector desolationem Collegii Juridici & Capellæ ad Collegium Juridicum consistenq S. Mariæ Magdalenæ. Itaq Universitas Collegii Juridici reparationem secundùm posse commisit Illri Procuratori, jam verò ad præfatæ Capellæ reparationem respondit Universitas se non esse obligatam, interim si quod Jus habet Illris Præbendarius, producat Universitati, tantisper verò reparationibus necessariis suam curam impendat.

Ad 8vum. Tametsi solutio Decimæ ex Sorte Villæ Siedliska per fl. 40,, quotannis etiam ab antecedaneo Parocho Illri olim Herka n. fuit recepta pro Anno Possessionis ejusdem, præsentaneo verò Ecclesiæ in Koniusza Curato de solutione hujusmodi debita hucusq minimè constitit, attamen Magnificus D. Rector ejusdem Ecclesiæ Curatus ad præsens, reddendo Almæ Universitati quod suum est, retentam Summam Quingentorum Florenorum pro eadem Decima se exsoluturum offert, et in continenti Flor: 300,, in manus Illris Procuratoris reponit, reliquum sive in opportunam Collegii Juridici reparationem convertet, sive in parato peculio exsolvet cum assecuratione ejusdem solutionis in futurum juxta usum antiquum.

Ad 9num. Lectis Literis Illris Cl. Minocki præsentanei Coloniæ Posn. Directoris, quibus conqueritur non esse sufficienter comparatum typum pro eadem Colonia per Illrem Cl. Marxen immediatum ibidem Directorem ex Summa Kraloviana Trium Millium ad præmissum effectum disposita, et per Universitatem sub Die 19. Febr. 1768. pariter pro dicto typo et cum onere fovendi Kraloviani Alumni ex fructibus illius Typographiæ approbata. Viso itidem Contractu Manu Illris Marxen subscripto, quo se pro reformatione Typi antiqui ejusdem Coloniæ Posnanien. Honorato Casimiro Jakowski Typographo

graphio Universitatis, quantum provenerit, solvturum obstrinxit, uti ad rationem ejusdem operæ Decem Aureos exsolvit, ante omnia standum esse hujusmodi Contractui Universitas censuit, et ne in hujusmodi typo detrimentum Colonia Posnanien. patiatur, teneri Illrem Marxen ad solutionem reliqui Summæ juxta nexum dicti Contractus, & quidem sine protelatione Honorato Jakowski præstandam, typumq; suis pariter sumptibus transmittendum adjiverit. Num verò debitum Summæ Mille Trecentorum Florenorum, ut Literis suis refert Illris Minocki, acsi pro eadem Typographia Posnaniensi aliunde per Illrem Marxen Contractum, per modernum Directorem Illrem Minocki an verò per ipsum Illrem Marxen solvendum sit, calculationem decrevit, et utriq; ordinariam viam agendi sine tamen mora, et citra periculum proventuum illius Coloniæ coram Judicio Rectorali reservavit. Quantum ad desiderium Illris Minocki Professorem Mathematicum ibidem manuteneri expetentis, annuit Universitas, ut Cl. Matawowski Matheseos Profr ad promovendum Studium illius Coloniæ, diutius, prout opportunum fuerit, ibidem permaneat, salvo eidem loco juxta Vocationem ad Collegium Minus præcusodito.

Ad 10mum. Commissum est CC. Collegii Minoris Professoribus, ut de medio sui Professorem in Directorem Coloniæ Pinczoviens. signarent, signatum in futura Convocatione DD. Consiliariorum denuntiarent. Ad Pinczoviensem Coloniam signatus est Excellens M. Fortunski Phiæ Doctor. Ad Pilecensem U. Kłosiewicz Secundæ Laureæ Candidatus per Magnificum Rectorem Deputatus pro actu laborante admissus et reputatus est.

Ad 11mum. In Seniorem Contubernii Jurisperitorum juxta Facultatem ab Universitate datam, substitutus est Excellens M. Josephus Boguicki Phiæ Doctor & Professor, Utriusq; Juris Baccalaureus. Quantum ad originale Compositionis initæ cum RR. PP. Societatis Jesu ad Ecclesiam S.Petri respectu permutationis lapidedicinæ pro Areis à tergo Contubernii, quoniam ad præsens reperiri nequit, Perillris Doctor Rygalski à Generoso Banaczkowski Procuratore Causarum Universitatis, qui

idem Instrumentum Authenticum conficiebat, ne alias quo casu depereat, inquiret, penes alia Munimenta eidem Contubernio servientia conservandum. Et quoniam Idem Contubernium nondum est in perfecto Statu suarum reparationum, et Conditiones memoratæ Compositionis per R.R. Patres, ut ajunt ob durantem calamitatem negliguntur, et non effectuantur, ideo ne per hujusmodi moram aliqua præjudicia dicto Contubernio, et Compositioni per eosdem R.R. P.P. inferantur, totum id negotium attendentia Magnifici Dni Rectoris, et Consultissimi Collegii Juridici juxta obloquentiam anteriorum Conclusionum suarum commisit & commendavit Universitas.

Ad Ilrmum. Concluſit Universitas defendenda esse Jura & Privilegia tum Universitatis, tum illius Coloniæ præcipuè intercedente Authoritate Magnifici Domini Rectoris. Cum verò Illris Cl. D. M. Michaël Mrugaczewski Sacræ Theologiæ Professor Collega Major, Coloniæ Leopolienſis Provisor perlegerit Literas Excellentis Lubiewicz Philosophiæ Doctoris, ac in eadem Colonia Leopolien. Scholæ Magistri et Rectoris postulantis, ut nihil interea concludat Alma Universitas, donec ad Literas directas ab eodem Magnifico Dño Rectore ad Illrmum & Reverendiſsimum D. Sierakowski Archiepiscopum Leopolienſem, ad Perauguſtum Metropolitanum Capitulum, ad Prænobilem Magiſtratum Illius Urbis necnon ad Reverendiſsimum Podhaiecki, nuper ex-Rectorem et Magistro hujusce Scholæ Leopolienſis, nunc ibidem Cathedralem Leopolienſem Canonicum, Responsales Epistolæ pervenerint, ideo persistendo Universitas in informatione Dictarum Literarum, ampliora sua Consilia hac in materia ex tempore capienda distulit usq; ad prædictas responsiones, quas certo sperantur. Interim ne quid improviſi hac in Causa, aut subreptitii contingeret, postulavit Universitas Magnificum D. Rectorem, ut negotii hujus curam gerere, Jura & Privilegia, tam ad Leopolien. Coloniam, quàm ad Universitatem spectantia pro sua Authoritate & Paterna benevolentia totiès jam Universitati gloriosè ex emolis præstita tueri dignaretur. Cui petitioni Magnificus D. Rector libenter annuit, legitq; Literas Magnifici ac Prænobi Dni Sierakowski Vexilliferi Palatinatûs Crac. ad instantiam sui ad Illrmum D. Archiepiscopum Leopolienſem in hoc negotio in favorem Universitatis directas, cui cum gratiarum actione rescripsit. Communicavit etiam Copias singular

gularum Epistolarum suarum, quæ ad suprascriptas Personas transmissæ sunt, ut omnium, quæ in hac Causa per Rectorem & DD. Consiliarios aguntur, sufficiens notitia habeatur. Interim rogatus est Idem Illris Clrmus Provisor, quatenus ex communicatis sibi connotet singula, quæ qualiter, et quo tempore fiunt, synopticè saltem, conquiratq' opportuna tempestivè documenta, maximè quod hæc Schola Leopolienq. sit ab antiquo Colonia Academica, quæ purè esse Parochialis et subjecta ipsi Ordinario asseritur, et per infensos Patres Societatis Jesu Collegii Leopolienq. exturbari ab illa Urbe prætenditq, favente conatibus suis Illrmo præsentaneo Archiepiscopo.

Ad 13tium. Lecta est Incorporatio Bonorum Biała facta Universitati per Celsissimum & Illrmum ac Reverendissimum D. Petrum Tylicki Episcopum Craz. Anno Dni 1615. vigore cujus obligata est Universitas, ut Centum Aureos tanquam Proventum Annuum ex Sorte dictæ Villæ Biała privatarum Scholarum Præceptoribus eroget. Quia verò Census ex dicta sorte proveniens potissimum in reparationem Scholarum Novodvorscianarum expenditur, et in præallegata Donatione Illrmi olim Tylicki mentio est de Ordinatione Studiorum per Professores conscripta, quæ Authoritate Ordinaria approbata, commissa est Magnifico D. Rectori Universitatis, ut in eam sedulo dispiciat, ideo ante omnia inquirendum esse de hujusmodi Ordinatione consultum est, resolutio verò super memorata Obligatione interea suspensa.

Ad 14tum. Acceptavit Universitas alacritatem Excellentis Czucki Phiæ Doctoris & Professoris ad docendam Linguam Gallicam, hac adjecta conditione, ut spectata præsenti calamitate temporum contentus esset minori Salario nec tantum requireret, quantum olim stante pace pendebat.

Ad 15tum. Dedit informationem Illris Procurator Universitatis, quod inquirunt Jura præfatorum Bonorum, quod ve nonnulla inventa, & ex Actis per Extractum desumpta, apud se maneant deposita. Ne verò hoc negotium intermitteretur, commissa est ultro cura ejusdem Illri Procuratori.

Ad 15tum. Ad revidenda Regestra et examinandum calculum Perceptarum & Expensarum Fabricæ Ecclesiæ Collegiatæ Sæ Annæ Deputati sunt Perillris Cl. & Adm Rdus D. M. Antonius Krzanowski Sæ Theologiæ Doctor et Professor, Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani Præpositus &c. & Illris Cl. M. Michaël Mrugaczewski ut supra.

Ex puncto tum ad alia. dedit consensum Universitas, ut Bidellis per Illrem Procuratorem comparentur vestimenta juxta antiquam praxim.

CONVOCATIO 2da CC. DD. Decanorum & Consiliariorum

Annô Domini 1771. Die 12. Julii, extradita fuit Convocatio CC. DD. Decanorum et Consiliariorum sub hac solita forma: Adm Rnde Pater, Egregie Dne Doctor, et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas vestra hodierna die in communi Stuba Collegii Majoris, horâ 2dâ pomeridianâ, non expectato pulsu campanæ.

1mô. Ad revidendos labores CC. et Excellentium DD. Professorum Inclytæ Facultatis Philosophicæ.

2dô. Ad dismembrandum pecuniam ex pensionalibus Beneficiis per D. Procuratorem Universitatis collectam.

Tum ad alia, si quæ per Rectorem proponentur. Detur omnibus et singulis Perillribus Clmis quatuor Facultatum Theologicæ, Juridicæ, Medicæ et Philosophicæ Decanis, necnon Procuratori Universitatis, Oratori Tyliciano, et Consiliariis Facultatis, Anno et die quibus suprà. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Revisi sunt et lecti coram iis, ut suprà, labores CC. EE. DD. Professorum Inclytæ Facultatis Philosophicæ, latumque est de illis judicium ad mentem Legis Novellæ et Statutorum.

Ad 2dum. Fecit relationem Illris Procurator Universitatis se collegisse pecuniam ex Beneficiis pensionalibus, inter CC. et EE. Professores Inclytæ Facultatis Philosophicæ dismembrandam. Et quidem

Ex Beneficio Premyslioviensi Flor. Polon.	1000.
Ex Beneficio Prossoviensi	150.
Ex Decimis sub Parochia Ecclesiæ in Antiqua Korczyn	500.
In Summa Fl. Polon.	1650.

Quam ita collectam Pecuniam Mgfcus D. Rector et Deputati ab Alma Universitate eidem Illri Procuratori inter Perillres et CC. Consiliarios, tum dictos CC. et EE. Professores more solito dismembrandam commiserunt, attenta majori vel minori eorumdem in laboribus diligentiâ. Hoc insuper adjecto, ut qui ad mentem Novellæ Ordinationis Exercitationes, vel Disputationes ex Lectionibus suis non absolverunt, et qui non legerunt ex Cathedra, sed tantum audierunt sub aliis CC. Professoribus Lectiones, eisdem circa dismembrationem apponatur clausula = Salva absolvenda Exercitatione vel Disputatione = sive = Salva productione Lectionum coram Illri Decano Facultatis Philosophiæ = et donec absolverint Exercitationes vel Disputationes, aut produxerint Lectiones coram eodem Illri Decano Facultatis, concernens eosdem pensio penes Illrem Procuratorem Universitatis maneat. Et postquam absolverint, vel produxerint, eisdem extradatur.

CONVOCATIO 3tia.
DD. Consiliariorum.

Anno Domini 1771. Die 17. Julii, extradita fuit Convocatio CC. DD. Consiliariorum solita formâ.

1mò. Ad audiendam illationem Illris D. Procuratoris Univttis.
2dò. Ad audiendam illationem Perillris D. Rygalski S.æ Th. Drs et Prs.
3tiò. Ad audiendum de Statu Coloniæ Leopoliensis.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Fecit informationem Illris Procurator Univttis, factam fuisse ad se requisitionem à Mgfco Dno Capitaneo Præfecto Campestri Majore Exercitus Moschovitici Cracoviæ consistentis, ratione Siliginis Coretorum Centum, sub tempus Jejunii 1771. sibi ex Bonis Universitatis ad reponendum in Commeatum designatorum. Et quia in Bonis Universitatis propter frequentissimas Contributiones tam in Exercitum Moschoviticum, quàm in Confœderationem Polonam, nihil frumenti reperitur, decisum est, instituendam esse petitionem ad Eumdem Mgfcum D. Capitaneum, ut hujusce frumenti Contributionem vel condonare, vel minuere dignaretur, quodsi verò huic petitioni non annuet, pro compositione ineunda media efficacia esse quærenda, ad quod negotium deputati sunt Illres Adm Rndi DD. M.M. Casimirus Czerwiński S. Th. Prfr, et Andreas Mączkowski Orator Tyliccianus.

Ad 2dum. Retulit Perillris adm Rndus D. M. Joannes Rygalski S. Th. Dr et Prfr, circa Statum Beneficii Premykoviensis, quod Tenutarius ejusdem Mgfcus D. Waxman Burgrabius Cracoviensis, Summam Annualem pro Anno præterito 1770. solvere recuset, ob quasdam suas prætensiones, maximè quia frumenta Eidem per Confœderatos Milites Polonos sunt accepta. 2dò Proposuit idem Perillris adm Rndus D. Rygalski, uti et tanquam ejusdem Beneficii Delegatus specialis Commendarius, quid agendum sit cum Beneficio Premykoviensi? Cum Mgfcus Dnus

Waxman, immediatis Annis Tenutarius post expirationem Contractus sui pro Beneficio Premykoviensi finiti in Aº 1771. pro Festo S. Joannis Baptistae, Contractum novum non curet, nec habeat pro ulterioribus Annis. Itaque ad 1mum. Commissum Perillri Adm Rndo Dno M. Joanni Rygalski Sae Th. Dri et Prfri hoc negotium, ut cum Mgfco Dno Waxman opportunis mediis agat, et solutionem vindicet. Ad 2dum. Quoniam M. D. Waxman nec satisfecit Contractui pro Anno elapso 1770. finito in 1771. pro Festo S. Joannis Baptistae, nec ultrà pro Arenda ejusdem Beneficii requirit Contractum, hinc visum est, ut Perillris Adm Rndus D. M. Joannes Rygalski S. Th. Dr et Prfr, uti praelibatus Commendarius hoc Beneficium in sua dispositione retineat, Proventus quovis titulo vocitatos ex Agris, Hortis, Pratis, ac Decimas ad dictam Ecclesiam Premykoviensem de jure spectantes, recipiat.

3º Ad 3tium. Exposuit Mgfcus Dnus Rector, rem de Statu Coloniae Leopoliensis, quomodo Director Coloniae ejusdem Excellens M. Franciscus Leybmann, Citatus sit ad Judicia Metropolitana Illmi Archi-Episcopi Leopoliensis Venceslai Sierakowski; cum praejudicio Fori, et quidem ob evulgata in publicum, et typis mandata Calendaria, sine facultate Loci Ordinarii. 2do. Quod idem Director Scholam suam titulo Convictûs compellet, ac nomen Rectoris usurpet. Cui aggravationi Excell. Leybmann occurrendo, simulque Coloniae Leopoliensis securitati ac tuitioni Jurium Universitatis Cracoviensis subveniendo, conclusum est 1mo. Puniendum esse in Judiciis Mgfci Dni Rectoris Excell. Leybmann, quod exceptionem Fori non fecerit. 2do. Ut Nomine Universitatis Litterae Postulatoriae dirigerentur ad Illmum Dnum Archi-Episcopum Leopoliensem, Augustissimum Metropolitanum Capitulum, Praenobilem Magistratum Leopoliensem, Rndmum Podhajecki ex Rectore Coloniae Academicae Leopoliensis, nunc ibidem Canonicum, et quidem sub Auctoritate Mgfci Dni Rectoris: Quod negotium tractandum supplicibus votis rogatus suscepit.

CONVOCATIO 4ta.

CC. DD. Consiliariorum.

Annô Domini 1771. Die 28. Mensis Augusti, extradita fuit Convocatio CC. DD. Consiliariorum Solitâ formâ.

1mo. Ad audiendam relationem de extradita pecunia Exercitui Moschovitico Aureorum 550.

2do. Ad audiendum de Statu Coloniae Albae Ducalis, utrum nimirum Deputati in antè sint illuc abscessuri: tum an Director

antiquus Clmus Olchawski ibidem in officio suo debeat permanere.
3tio. Ad audiendam petitionem Perillris et adm Rndi Dni Bętkowski, Officialis Becensis, Coloniam cum Professoribus in Oppidum Bicz reinduci postulantis.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Retulit Mgfcus D. Rector, quomodo Summa Aureorum 550. ad requisitionem Exercitûs Moschovitici Cracoviae consistentis, titulo Commodati per Eundem Mgfcum D. Rectorem, Perillres Rndmum, et adm Rndos DD. M.M. Antonium Krzanowski S. Floriani Praepositum, Casimirum Stęplowski, Collegiatae S. Floriani Decanum, Antonium Zołędziowski J. U. Doctorem, Canonicum Cathedralem Cracoviensem, Josephum Declos Collegiatae S. Floriani Custodem, sit extradita. Quia verò circa enumerationem ejusdem peculii facta est assecuratio de reddendo eodem, hinc curam recuperationis assumpserunt in se Mgfcus D. Rector, et Rndmus Zołędziowski.

Ad 2dum. Decisum est, insistendum esse anteriori dispositioni Universitatis, quare rogatus est Perillris adm Rndus D. M. Andreas Lipiewicz, ut illuc dignaretur abscedere, qui obtulit suam alacritatem, cui commisit Universitas plenam dispositionem faciendam in illa Colonia, deditque facultatem calculum audiendi ex omnibus annis, Regestra examinandi, Directorem revocandi, alium substituendi, si opus fuerit, et omni meliori modo procedendi &c. Salvat tamen sibi Idem Perillris D. Lipiewicz Expensas viarum, quas se refusuram Universitas assecuravit.

Ad 3tium. Ratione Coloniae Biecensis quondam ibi florentis, posteà collapsae, protulit Mgfcus D. Rector Litteras Perillris Bętkowski Officialis Becensis, quibus supplicavit Idem Perillris Officialis, ut in eandem Coloniam Studia et Professores possent reinduci. Ad quem effectum exposuit benevolam intentionem Illris et adm Rndi Laurentii Cajetani Piekosiński, Decani Foranei, Summam 12000. Flor. Polon. pro eadem Colonia restauranda, salario Professorum sibi constituendo sive augendo, ac Scholastico circa Ecclesiam Becensem Parochialem erigendo, illive Coloniae incoporando.

CONVOCATIO 5ta.
CC:DD: Consiliariorum.

Annô Domini 1771. Die 23. 7bris. extradita fuit Convocatio CC. DD. Consiliariorum Stylo et forma solitis.
1mò. Ad audiendam petitionem Clmi adm Rndi Petulski, Praebendarii S. Joannis Cantii in Oppido Kenty.
2dò. Ad audiendum desiderium Mgfci D. Waxman Tenutarii Beneficii Premykoviensis.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Retulit Illris Amus D. Patelski S.e Th. Prfr, Coloniae Kentensis Provisor, quomodo Amus et adm Rndus M. Petulski S. Joannis Cantii in Oppido Kenty Praebendarius, Argentum collectum ex tabellis Votivis in monumentum testimonii aeviterni pro gratiis impetratis S. Joanni Cantio à devoto Populo oblatis, in Ostensorium praevia facultate Illmi Officii conflare intendit. Desiderium hoc Ami suprafati Praebendarii ex una parte laudavit Universitas, ac piam intentionem, conflationem tamen votivarum tabellarum argentearum S. Joanni Cantio oblatarum in Ostensorium denegavit: 1mò quia hae votivae tabellae in perpetuam memoriam miraculorum et gratiarum sunt oblatae, adeoq; quantum fieri potest, si aliter gravis non postulat causa, sunt conservandae. 2dò. quia argentum vel alia pretiosior supellex, si quae est, in casus fortuitos, et extremam necessitatem, ut possibile, conservanda, vel in reparationem ejusdem Sacelli, cujus muri et parietes ruinam minantur hiantibus rimis. Si tamen alio modo idem Ostensorium comparari possit, non deest votis Universitas. Interim negotii hujus animadversionem et dispositionem commisit Illustri Patelski. Signatus verò in Directoratum ejusdem Coloniae Excell. Mietelski, cùm discessum differat, hic ut possit accelerari, vel alius ad eandem Coloniam Director signari, pariter Illri, ut suprà, Provisori committitur.

Ad 2dum. Exposuit Perillris Amus et adm Rndus Dnus M. Joannes Rygalski S.e Th. Dr et Prfr, quomodo Mgfcus D. Waxman ultrà praetendit retinere per arendam Beneficium Premykoviense, porrigendo Expensas pro Milite Confoederato Polono, quae odio ejus Personae ab eodem Confoederato Milite partim exactae, partim cum majori pretio porrectae, partim bis in id ipsum notatae, omnesque non probatae. Ideo conclusum est, ut Perillris Amus et adm Rndus D. Rygalski S. Th. Dr et Prfr, vigore anterioris Conclusionis sub Die 17. Julii, tantisper in dispositione sua idem Beneficium retineret, sicut jam Eidem pro hoc Anno futuro à Festo S. Joannis Baptistae 1771. praecommissum est. Et quidem 1mò. quia Mgfcus Waxman non curavit in tempore Contractum, unde cùm jam à finito Contractu anteriori 4. circiter menses elapsi, aliaque dispositio Universitatis cum eodem Beneficio Premykoviensi ordinata, quae instantibus negotiis utpote exdecimatione, messe &c. omnino sine dilatione intervenire debuit, hinc ad praesens alius novus contractus cum nova dispositione praestari non potest. 2dò. quia idem Miles Confoederatus comminatur omnium Proventuum Perceptam in se conversurum, quod infallibiliter non tantùm in Beneficio Premykoviensi se facturum promittit, sed etiam in aliis Mgfci Waxman, et Universitatis Possessionibus. In praesentia Perillustrium Rndmi, Illrium et adm Rdor DD. MM. Casimiri Stęplowski, Antonii Zołędziowski, Josephi Declos, Joannis Rygalski S. Th. Drum et Prfrum, Michaelis Mrugaczewski,

Casimiri Czerwiński Universitatis Procuratoris, Sae Th. Prfrum, Andreae Sleczkowski Facultatis Philosophicae Regentis et Oratoris Tyliciani, ac mei Francisci Kolendowicz, Facultatis Philosophicae Decani, Universitatis Secretarii.

Suprascriptas Conclusiones Universitatis vidi, legi, easque cum suis Originalibus credo convenire. In quorum &c.

M. A. Lipiewicz, U. J. Dr. et Prf. Facultatis Juridicae Decanus mpp

M. Andr. Badurski M. D. P. Facultatis Decanus mpp

RECTORATU 5to.

Magnifici Perillustris Reverendmi Domini D. M. IACOBI MARCISZOWSKI

U. I. Dris & Prfris, Facultatis Iuridicae Pro-Cancellarii & Decani, Collegii Iuridici Senioris Patris, Ecclesiarum Cathedralis Crac: Canonici, Collae SS. OO. Primicerii, Parochialium in Koniusza & Pobiedr Curati &c. Studii Generalis Universitatis Crac. RECTORIS.

CONVOCATIO 1ma Universitatis.

Anno Domini 1771. Die 20. Mensis 9bris, extradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita forma = Adm Rnde Pater,

Egregie Dne Doctor, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas vestra die crastina, horâ 2dâ pomeridianâ, in Communi Stuba Collegii majoris, dum signum campanâ datum fuerit, ad proponenda et resolvenda sequentia Puncta:

1mò. Ad incorporandum gremio Universitatis Clmum Petrum Rydulski Collegam Minorem, post absolutas omnes formalitates.

2dò. Ad audiendam relationem DD. Deputatorum ad Gołcza, tum ad Nasiechowice, legendumque memoriale Mgfci Michalczewski, ac eidem respondendum.

3tiò. Ad referendum de ædificiis Prædialibus in Sieborowice et Pielgrzymowice.

4tò. Ad resolvendum desiderium Colonorum Sortis Miechowiczki.

5tò. Ad concludendum in postulatis Subditorum Nasiechowicensium.

6tò. Ad decidendum quomodo Centum Coreti siliginis Universitati à Milite Russico impositi, Mgfco Korczak restituendi.

7mò. Ad consulendum de modo solvendi 1mò. Summam Flor. 4000. à Nbli D. Putanowiczowa, pro exsolvendis Commeatibus anno præterito contractam. 2dò. Summam Rndmo Zołędziowski debitam. 3tiò. Summam Flor. 1080. q. 8. Perillri D. Rygalski, pro anno ultimo Ejus Procurationis similiter debitam.

8vò. Ad inquirendum ubinam hæreant documenta pro Summa Flor. 2993. per Mgfcum Remiszewski Universitati inscripta.

9nò. Ad dandum consensum Nbli Sebastiano Koczynski Domum suam ligneam in Fundo Universitatis Vivariæ sitam, vendendi Nbli Antonio Strzelbicki.

10mò. Ad audiendam relationem DD. Deputatorum ad Regestra Generalis Bonorum Oeconomi, Illiusque desiderium audiendum.

11mò. Ad audiendum de negotio cum Mgfco Waxman respectu Beneficii in Przemykow.

12mò. Ad audiendam relationem de statu Coloniæ Albæ Ducalis.

13tiò. Ad informandum de Colonia Becensi, cui Illris adm Rndus Piekosinski Summam duodecim millium pro erigenda Scholasteria adjungit.

14tò. Ad faciendam relationem de Colonia Leopoliensi et Excellente Leybman Rectore et Magistro ejusdem.

15tò. Ad consulendum negotio Coloniæ Sandecensis, tum exigentiis Coloniarum Varsaviensis, Gnesnensis, Pinczoviensis, ac aliarum, quantum opus.

16tò. Ad informandum de pecunia Præfecto Militiæ Russicæ ad rigorosam requisitionem accommodata.

17mò. Ad auscultandum desiderium Illris Decani Kamelski pro fundando Archivista Universitatis certam Summam ex parte sui offerentis.

18vò. Ad resolvendum de argentea supellectili Capellæ Cantianæ in Oppido Kenty, tum de Colonia illius loci vacante, cujus etiam antecedaneus Director non est salariatus.

19nò. Ad eligendum Seniorem Contubernii Hierosolymitani.

20mò. Ad vocandum Professorem unum aut duos ad Collegium Juridicum. Tum ad alia si quæ proponentur.

Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus Universitatem consti-

tuentibus sub pœna non contradicendi, et prout diligitur Bonum Commune. Ex parte Rectoris, Die et Anno ut suprà.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Ex unanimi voto almæ Universitatis incorporatus est gremio Universitatis Almus M. Petrus Rydulski præstito juramento in manibus Mgfci Dni Rectoris super servandis secretis ejusdem almæ Universitatis.

Ad 2dum. Fecerunt relationem Perillustris D. Lipiewicz et Ficzkiewicz Delegati in negotio graniciali inter Gołcza Bona Universitatis, et Rzezusnia Bona Conventus Imbramowicensis Monialium S. Norberti; quomodo Complanatio inter dictum Conventum Monialium et Universitatem facta sit, tum subscripta manibus tam Perillrium Deputatorum, quàm etiam manibus Amicorum ex parte ejusdem Conventus, hanc itaque Complanationem Universitas acceptavit, ac eandem ingrossari Actis Terrestribus, Originale verò penes Illrem Procuratorem Universitatis asservari censuit. Ad memoriale tandem productum Mgfci Michalczewski, ut responsio fiat nomine Universitatis, petiit Universitas Perillrem D. Lipiewicz, Eiq commisit.

Ad 3tium. Fecit relationem Illris Procurator Universittis, quomodo ædificia Prædialia in Sieborowice et Pielgrzymowice ob antiquitatem ruinæ subsint, quorum ædificiorum reparatio cum plena dispositione commissa est Illri Procuratori, et Illri Oeconomo Bonorum. Ex occasione verò ruinarum stante tenuta Perillris olim Grzymała in prædictis Bonis subsecutarum, censuit Universitas pro futura Convocatione punctum extradendum.

Ad 4tum. Censuit Universitas, quatenus Illris Oeconomus Bonorum concurrat cum Colonis Sortis Miechowiczki tanquam non sufficientium ad solvendam Contributionem capitalem.

Ad 5tum. Annuendo Universitas justis postulatis Subditorum Nasiechowicensium, ac si fundos debita in quantitate non possidentium, commisit Illri Procuratori Universittis, ut cum Illri Oeconomo, ac si opus fuerit cum Geometra jurato ad revidendos prædictos fundos condescendat.

Ad 6tum. Centum Coretos Siliginis per Universitatem propter Militem Russicum à Mgfco Korczak acceptos, ut omni meliori modo sive in pecunia, sive in grano Illris Procurator Universittis restituat, eidem Illri Procuratori commisit Universitas.

Ad 7mum. Negotium exsolutionis prædictarum Summarum Illri Procuratori commisit Universitas, idque eo modo, ut Summam Flor. 6000. à Perillri olim Czyrnicki S. Th. Dre et Prfre, V. Capitulo Ecclesiæ S. Annæ legatam, ac per Perillres Executores Ejusdem piè Defuncti enumeratam, in Bonis Sieborowice permodum simplicis debiti locet, et Nbli Dnæ Putanowiczowa, Rndissimo Zołędziowski, ac Perillri Rygalski S. Th. Dribus et Prfribus exsolvat, et si aliquid in complementum exsolutionis defuerit, ut ex proventibus Cæci exsolvat Illris Procurator, Eidem Universitas commisit.

Ad 8vum. Facta est relatio, quod prædicta Documenta hæreant penes D. Gajewski Universitatis Plenipotentem.

Ad 9num. Prædictam Domum vendendi Universitas consensum dedit, et totum negotium attinens ejusmodi venditionem Illri Procuratori Universitatis commisit.



Ad 10mum. Audita est relatio DD. Deputatorum ad Regestra Generalis Bonorum Oeconomi, habentis in Perceptis fl. 18046. g. 22. in Expensis fl. 8386. g. 11.⅓. Itaque superat Percepta Expensam fl. 9660. g. 10.⅔. Quas Rationes sic factas Universitas approbavit. Intulit tandem ac postulavit Illris Oeconomus Bonorum, ut alma Universitas, Amanuensi in ordine ad describenda Regestra Bonorum stipendium provideat, sed idem illatum ac postulatum Universitas distulit.

Ad 11mum. Detulit Perillris adm Rndus Dnus M. Joannes Rygalski S. Th. Dr et Prfr, quomodo Mgfcus Waxman hodie ante actu Convocationis remisit responsionem, quod brevi intra aliquot dies negotio in Consilio circa Beneficium Premykoviense deciso appromisit se satisfacturum.

Ad 12mum. Audita est relatio de statu Coloniae Albae Ducalis facta per Visitatorem Illrem Putanowicz ad eandem Coloniam deputatum, cui praemissa gratiarum actione pro ejusmodi actu visitationis sat gloriosè expedito, Eidem condenda Statuta hujusce Coloniae commisit.

Ad 13tium. Detulit Mgfcus D. Rector, et informavit Universitatem, quomodo Illris adm Rndus Piekosiński offert Summam fl. 12000. ex sua liberalitate pro erigenda Scholasteria, ac annectenda huic Coloniae, de cujus Securitate Summae, atque de conditionibus ad erigendam eandem Scholasteriam, et obligationibus ejusdem cùm non constet Universitati, adeoque hoc negotium tractandum cum Illri Piekosiński commissum est Illribus Marxen ejusdem Coloniae Provisori et Putanowicz.

Ad 14tum. Fecit relationem Mgfcus D. Rector, quomodo Excell. Leybman ad Judicium Illmi Archi-Episcopi Leopoliensis Loci Ordinarii indebitè evocatus, ac ab Eodem Illmo Loci Ordinario judicatus, quod negotium assumpsit Mgfcus D. Rector, ac etiam Illri Mrugaczewski Provisori illius Coloniae est commissum.

Ad 15tum. Facta est relatio ab Illri Putanowicz Coloniae Neo-Sandecensis Provisore, quomodo direxerat Litteras ad PP. Piaristas, qui in Convictu Neo-Sandeciae cum praejudicio certos alumnos foverint, unde hoc negotium ulteriùs tractandum commissum est Illri Putanowicz, uti Provisori ejusdem Coloniae. Retulit verò Mgfcus D. Rector, quod ad Coloniam Gnesnensem signatus sit in Directorem Excellens Skibiński. Status verò aliarum Coloniarum Varsaviensis, Pinczoviensis, ac etiam Neo-Corcinensis in deterrimo statu ruinarum suarum manentis, commendatus est suis respectivis Perillustribus Provisoribus.

Ad 16tum. Pecuniam, videlicet #550. Praefecto Militiae Russicae accommodata; remissa est Varsaviâ Cracoviam, ex qua quoniam unusquisque, quod suum fuerat, recepit, adeoque hoc Punctum evacuatu.

Ad 17mum. Hoc negotium ulteriori deliberationi Universitas reliquit.

Ad 18vum. Retulit Illris D. Patelski Provisor Coloniae Kentensis, quomodo adm Rndus D. Petulski Praebendarius Capellae Cantianae, petiit facultatem ab Officio ad divendendam supellectilem argenteam ejusdem Capellae, pro comparando ad eandem Capellam o-

stensorio, sed illi denegata est facultas; curâ tamen ejusdem Clmi adm Rndi Praebendarii, aliunde provisum est Capellae Cantianae argenteum Ostensorium. Quod verò attinet Coloniam, retulit idem Illris Patelski, quod post regressum antecedanei Directoris Excell. Depucinski, adusque vacat illa Colonia, et Magistratus quanquam litteraliter avisatus, de novo habendo Directore negligit, eum ab Universitate petere et conducere. Insuper retulit idem Illris Patelski, antecedaneum Directorem pro Annis tribus /: computando pro Anno uno Fl. 36:/ à Magistratu Kentensi non esse adusque satisfactum, in percipiendo Salario sibi debito.

Ad 19num. Dilatum.

Ad 20mum. Ex voto unanimi Universitatis, Vocati sunt ad Collegium Juridicum Clmi MM. Laurentius Bularni et Simon Banaczkowski Collegae Minores.

Ex occasione Puncti tum ad alia: Collati sunt Cursus: Theologicus
21. Speculativus et Philosophicus. Et quidem Cursus Theologicus Speculativus Illri adm Rndo M. Antonio Czerchawski S. Th. Prfri, Collegae Majori. Cursus verò Philosophicus Illri adm Rndo M. Francisco Kolendowicz, Phiae Dri, Collegae Minori. Cum hac apposita conditione, ut ex illis quolibet Anno disputent. Tum quoque ex occasione ejusdem Puncti tum ad alia, audivit et auscultavit Regestra Illris Niegowiecki Procuratoris Fabricae Ecclesiae Collegiatae S. Annae, Universitas, et quidem de his Regestris fecit relationem Perillris D. M. Antonius Krzqnowski S. Th. Dr et Prfr, Almae Universitatis Senior Pater, tanquam ad eadem Regestra deputatus, in Perceptis ostendit Fl. 1400. Sol. 1. in Expensis Fl. 1272. q 13. adeoque superat Percepta Expensam Fl. 127. q 17⅓. Quas Rationes sic factas Universitas approbavit, Florenos vero 127. q 17⅓. ut penes Procuratorem Fabricae pro ulterioribus Expensis maneant, conclusit.

CONVOCATIO 2da Universitatis.

Annô Domini 1772. Die 13. Martii, extradita fuit Convocatio Universitatis sub forma consueta: Adm Rnde Pater, Egregie Dne Doctor, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina, horâ 2dâ pomeridianâ, in communi Stuba Collegii Majoris, ad proponenda et resolvenda sequentia Puncta:

1mò. Ad incorporandum gremio Universitatis Clmum M. Valentinum Podzynski Collegam Minorem, Phiae Drem et Prfrem, post absolutas per eum requisitas formalitates.

2dò. Ad eligendum Seniorem Contubernii Hierosolymitani.

3tiò. Ad deputandos Revisores ad Regestra Procuratoris Universitatis.

4tò. Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem et Syndicum Unvttis.

5tò. Ad deputandos Revisores ad Regestra Administratoris Typographiae Universitatis, eumque eligendum vel reeligendum.

6tò. Ad eligendos Provisores Coloniarum Vidaviensis, Volboriensis, ac aliarum, inquantum opus.

7mò. Ad consulendum et concludendum respectu Beneficii Premykoviensis.

8vò. Ad relegendum Decretum favore Coloniæ Neo-Corcinensis, num Director ejusdem teneatur ad præsens satisfacere singulis conditionibus in dicto Decreto appositis.

9nò. Ad consulendum Coloniæ Leopoliensi juxta requisitionem Illmi Capituli Metropolitani, per V. Lukiewicz Scholæ illius Rectorem intimatam.

10mò. Ad consulendum eidem Coloniæ respectu Rectoris, aliarumq ibidem exigentiarum.

11mò. Ad referendum de mente Excellmi Nuntii Apostolici Durini, Varsaviæ commorantis, qui Opera Simonis Simonidæ, aliorumq Poëtarum celebrium Academicorum typis impressa, vult sibi transmitti, eamque reimprimi, ac Universitati dicari intendit, unà cum Catalogo Insignium Virorum tam Professorum Universitatis, quàm Discipulorum ejusdem, qui præcipuè olim claruerunt.

12mò. Ad informandum per DD. Provisores de Statu Coloniarum, et potissimum Varsaviensis.

13tiò. Ad audiendum desiderium Illris Provisoris Capellæ Musicorum in Scripto porrectum.

14tò. Ad audiendam petitionem N. Dziedzicki, solutionem pro Calendariis per Excell. Axan Coloniæ Varsaviensis Directorem receptis in Fl. 68. exposcentis.

15tò. Ad consulendum super non præstitis satisfactionibus ratione desolationis Bonorum Sieborowice et Pielgrzymowice, tum aliarum prætensionum et interventionum postfata Rndmi olim Grzymała S. Th. Dris et Prfris, Can. Cath. Crac. Unvtti debitis.

16tò. Ad audiendam relationem Illris Laskiewicz immediati Coloniæ Pinczoviensis Directoris, de statu, studio et Regestris ejusdem Coloniæ.

17mò. Ad consulendum super Libris ex Bibliotheca Universitatis per Illmum Załuski Eppum Kijoviensem in notabili quantitate acceptis, et ad Bibliothecam Załuscianam Varsaviam sinè ulla eorundem bonificatione transportatis.

18vò. Ad informandum de Archivio Universitatis, num juxta nexum Visitationis Apostolicæ et Regiæ plenè collectum, et bene ordinatum sit, vel adhuc perfici debeat.

Tum ad alia si quæ per Rectorem proponentur.

Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus Universitatem constituentibus, sub pœna non contradicendi. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Ex unanimi voto Almæ Universitatis, incorporatus est gremio ejusdem Clmus M. Valentinus Podzyński Phiæ Dr et Prfr, Collega minor, præstito juramento in manibus Mgfci D. Rectoris super servandis secretis.

Ad 2dum. Hoc punctum dilatum est ad sequentem Convocationem.

Ad 3tium. Deputati sunt ad revidenda et calculanda Regestra Procuratoris Universitatis Perillres DD. M. Antonius Zołędziowski S. Th. Dr et Prfr, Cancus Cath. Crac. et M. Joannes Rygalski S. Th.

Dr et Prfr, Eccl. Coltae S. Floriani Canonicus.
Ad 4tum. Ex unanimi voto reelectus est in Procuratorem Universitatis M. Casimirus Czerwinski S. Th. Prfr, in Syndicum M. Adalbertus Ciecidłowski, Phiae Dr et Prfr.
Ad 5tum. Deputati sunt ad revidenda et calculanda Regestra Administratoris Typographiae Universitatis Perillres DD. MM. Andreas Lipiewicz J.U. Dr et Prfr, Ecclae Coltae SS. OO. Custos, et Michaël Mrugaczewski S. Th. Prfr, Eccl. Coltae S. Floriani Canonicus. In administratorem verò reelectus est Illris D. M. Adamus Jagielski Phiae Dr, ejusdem in Collegio Majori Regius Prfr, Eccl. Coltae S. Annae Scholasticus.
Ad 6tum. Ex unanimi voto electus est in Provisorem utriusque Coloniae Vidaviensis et Volboriensis Illris Clmus M. Antonius Jarzęcki Phiae Dr, Collega Minor, Eccl. Coll. SS. OO. Canonicus. In continenti verò legit Litteras Mgfcus D. Rector ab Illri adm Rndo D. Karasiewicz Praeposito Vidaviensi directas, quomodo Ille in suis Litteris exposuit intentionem suam fundandi altare propter Directorem Coloniae Vidaviensis, quod negotium commissum est Illri Jarzęcki neo-electo Provisori. Post liberam tandem resignationem Provisoratus Coloniae Neo-Sandecensis ab Illri Putanowicz in actu hujusce Convocationis factam, electus est in Provisorem ejusdem Coloniae Illris adm Rndus M. Andreas Szopiarski S. Th. Prfr, Eccl. Coltae Neo-Sandecen Cancellarius.
Ad 7mum. Totum negotium, quod attinet Beneficium Premykoviense, tam respectu reparationis Ecclesiae et aedificiorum Plebanalium, quàm respectu Magfci Waxman Tenutarii hujus Beneficii, commissum est Perillri adm Rndo D. M. Joanni Rygalski S. Th. Dri et Prfri. Et ne amplius idem Beneficium per Tenutam possideat Magfcus Waxman, conclusit Universitas.
Ad 8vum. Retulit Perillris adm Rndus D. M. Joannes Rygalski S. Th. Dr et Prfr, Provisor Coloniae Neo-Corcinensis, quomodo pro nunc non potest satisfieri omnibus Conditionibus in Decreto appositis per Directorem ejusdem Coloniae, eo praesertim attento, quòd necdum sit in possessione Provisionis à Summa Capitali Fl. 6000. Bogusławsciana super Bonis Olesnica locata. Quo verò ad aliqua minùs onerosa, videlicet ad cantandum Cursum diebus Dominicis, et catechisandum, obligatus est idem Director.
Ad 9num. Quoniam jus petitorium nullum habetur ad Coloniam Leopoliensem, adeoque sola possessione fere à tribus saeculis habita, justa collectionem Documentorum per Mgfcum D. Rectorem in Scripto Illmo Capitulo Metropolitano transmittendam, quapropter hoc modo defendendam dictam Coloniam censuit Universitas.
Ad 10mum. In Rectoratu Excellem Lukiewicz tantisper manutenendum penes Coloniam Leopoliensem ad pacatiora tempora censuit Universitas, aliàs donec Nblis Magistratus Leopoliensis alium ab Universitate petierit Rectorem. Jam verò Illris Jankiewicz Ecclae Lanckoronensis Curatus, uti et tanquam multis annis ejusdem Coloniae Rector, quatenus Documenta attinentia illam Coloniam reddat, atque Summam Fl. 400. levatam ex Lapidea Monialium S. Brigidae, refundat, requirendum Eundem per Provisorem, videlicet Illrem Mrugaczewski S. Th. Prfrem, conclusit Universitas.
Ad 11mum. Relatum est de mente Excellmi Nuntii Apostolici Durini, cui satisfaciendo, decidit Universitas, ut Opera Poëtarum cele-

brium Academicorum transumantur, et transumpta Excellmo Nuncio Apostolico Varsaviam mittantur, unà cum Catalogo Insignium Virorum tam Professorum Universitatis, quàm Discipulorum Ejusdem, qui possunt adinveniri.

Ad 12mum. Ut plena informatio quoad respectivas Colonias per suos DD. Provisores detur Universitati, commendatum est DD. Provisoribus, ut inquantum fieri potest, Documenta attinentia Coloniarum Statum describant, facturi suo tempore relationem Universitati.

Ad 13tium. Lectum est in Scripto desiderium Illris Tarski Provisoris Capellæ Musicorum, quomodo Ille his calamitosis temporibus nullas et Censibus provenientias habendo pro eadem Capella Musicorum, illam in debito statu manutenere nequeat. Quibus attentis Eidem Illri Provisori totum negotium commisit Universitas, ut pro suo arbitrio, et pro circumstantia moderni temporis disponat, aliàs plures vel pauciores Musicos foveat.

Ad 14tum. Illata est petitio Nblis Dziedzicki, exposcentis ab Alma Universitte Summam Fl. 68. pro Calendariis per Excell. Axan Directorem Coloniæ Varsaviensis acceptis. Sed quoniam idem Excel. Axan sinè omni referibilitate ad Universitatem, accepit à Nbli Dziedzicki Calendaria, ut supponitur pro suo interesse: habuit enim Calendaria Centum ab Illri Procuratore Universitatis sibi data, ideoque debitū repetendum per Nblem Dziedzicki ab Excell. Axan, censuit Univtas.

Ad 15tum. Renovando anteriores instantias in Conclusionibus Univttis expressas ad piè Defunctum Perillrem Revdmum olim Grzymała, requirendum Perillrem Rdmum Ankwicz Canonicum Cath. Cracovien. uti et tanquam suprà scripti piè Defuncti Executorem, ut in his omnibus justis specificatis pretensionibus satisfacere dignetur, conclusit Universitas.

Ad 16tum. Audita est relatio Illris Laskiewicz immediati Coloniæ Pinczoviensis Directoris, quomodo Studia in eadem Colonia stante Ejus Directoratu florebant, interim quoniam non constat de reparatione ejusdem Coloniæ, num sit ita reipsa facta, prout annotatur in Regestris Expensorum, unde censuit Universitas, ut per copias eadem Regestra Perillris Provisor ejusdem Coloniæ Illri moderno Directori transmittat ad confrontandum eadem Regestra cum reparatione per Illrem Laskiewicz facta.

Ad 17mum. In ejusmodi negotio faciendam diligentiam pacatiori tempore placuit Universitati.

Ad 18vum. Juxta dispositionem Reverendissimorum Delegatorum Visitatorum conducti erant DD. Procuratores, qui in vim Honorarii acceptâ summâ Aureorum 50. acsi pro labore, nihil planè fecerunt, imò ordinatum in suis ladis Archivum ad disordinem redegerunt.

CONVOCATIO 3tia CC. DD. Consiliariorum.

Annô Domini 1772. Die 3. mensis Aprilis, extradita fuit Convocatio consueta formâ: Adm Rnde Pater, Egregie Dne Doctor, et Magister Vblis. Adsit Dignitas Vestra hodie in Stuba Colle-

gii majoris horâ 2dâ pomeridianâ, non expectato pulsu campanæ.
1mò. Ad audiendam relationem DD. Revisorum ad Regestra Procurationis Universitatis, et Administrationis Typographiæ Deputatorum.
2dò. Ad disponendum de pecunia si quæ ab Expensis restans fuerit.
3tiò. Ad legendas Litteras Illmi Dñi Mlodziejowski Oppi Romani Supremi Regni Cancellarii, Vice-Protectoris Seminarii Academico-Diœcesani Posnaniensis hoc calamitoso tempore non posse ex Universitate deputari, representis.
4tò. Ad videndas et audiendas Rationes Dñi Claverini et Locorum Montium Romæ Universitati Servientes, easque approbandas, necnon ad concludendum respectu fructuum minoris importantiæ favore ejusdem mentissimi erga Universitatem Benipotentis.
5tò. Ad audiendam petitionem Vblium 2dæ Laureæ Candidatorum, utriusque obsequium tam Chartarum, quàm Platonicum redimere volentium.
6tò. Ad referendum de quibusdam gravaminibus per gubernium Urbis hac calamitate hostili suppositis Academiæ infrà scriptis.
Tum ad alia, si quæ proponentur per Rectorem.
Detur omnibus DD. Auditoribus de nomine et cognomine specificatis videlicet

Ex Facultate Theologica:
Perill. A. R. M. Antonio Krzyżanowski.
Perill. A. R. M. Casimiro Stypkowski.
Admò D. M. Antonio Zołędziowski.
Perill. A. R. M. Josepho de Ven.
Perill. A. R. M. Joanni Rygalski.
Illri A. R. M. Jacobo Pelgrzymski.
Illri A. R. M. Michaele Mroczeuski.
Illri A. R. M. Alberto Potański.
Illri A. R. M. Stanislao Pateński.
Illri A. R. M. Antonio Czerchawski.
Illri A. R. M. Andreæ Bojarski.
Illri A. R. M. Casimiro Czerniewski.

Ex Facultate Juridica.
Perill. A. R. M. Andreæ Lipieniec.
Ill. A. R. M. Stanislao Tuczkiewicz.
Illri A. R. M. Carolo Marden.
Illri A. R. M. Francisco Ciwerkiewicz.

Ex Facultate Medica.
Cl. M. Joanni Camelin.
Cl. M. Andreæ Badurski.

Ex Facultate Philosophica.
Illri A. R. M. Adamo Jagiełłski Artistarum Decano.
Illri A. R. M. Francisco Massalski.
Illri A. R. M. Josepho Putanowicz.
Illri A. R. M. Andreæ Skrzetuski.

Die et Anno ut supra. Ex parte Rectoris, sub pœna non contradicendi, et prout diligitur Bonum Commune.

CONCLUSIONES

Ad 1mum. Fecerunt relationem DD. Revisores ad Regestra Procuratoris Universitatis deputati Perillres Andreas M. Antonius Zołędziowski Eccl. Cath. Crac. et adm Rndus M. Joannes Rygalski Eccl. Collie S. M. Canonicus Dl. Dies et Rpsel, quomodo Illris adm Rndus M. Casimirus Czerniewski S. Th. Bpc. Universitatis Procurator in Regestris produxit Summam Perceptæ Fl. Pol. 10477 gr 21. Summam veri Expensi Fl. Pol. 7013. gr 10½

ita ut Summa Perceptæ Summam Expensæ superâsset Fl. Pol. 3464. q 10½. quas Rationes sic factas CC. DD. Consiliarii Almæ Universitatis approbârunt. Item fecerunt Relationem DD. Revisores ad Regestra Administratoris Typographiæ deputati Perillris adm Rndus M. Andreas Lipiewicz J. U. Dr et Prfr, et Illris adm Rndus M. Michäel Mrugaczewski S. Th. Prfr, quomodo M. Adamus Jagielski Phiæ Dr et Prfr, Typographiæ Administrator produxit in Regestris Summam Perceptæ Fl. Pol. 793. q 15. Summam verò Expensæ Fl. Pol. 702. q 24. ita ut Summa Perceptæ Summam Expensæ superâsset Fl. Pol. 90. q 21. quas Rationes sic factas CC. DD. Consiliarii Universitatis approbârunt, residuam verò Summam Fl. 90. q 21. superantem Summam Expensæ penes Præfectum Typographiæ pro expensis reservârunt. Et in continenti intulerunt suprafati DD. Revisores deputati ad Regestra Administratoris Typographiæ, informando CC. DD. Consiliarios Almæ Universitatis, quomodo Illris adm Rndus M. Jacobus Niegowiecki S. Th. Prfr, Ordinarius Mathematicus, typis imprimendo suum Calendarium pro Anno moderno 1772. in 4to, Exemplaria No 4500. et in 16to Exemplaria No 2000. necnon additamentum in filoris septem charactere Tertia antiqua vocitato, Exemplaria No 6000. solùm pro Typo Fl. Polon. 144. solverit, quæ Summa Fl. 144. pro Calendario in 4to in Exemplaribus No 2500. et pro Calendario in 16to Exemplaribus 500. præcisè et non ampliùs typo impressis à Mathematicis antiquitus solvebatur. Quare CC. DD. Consiliarii ejusmodi solutionem in Fl. Pol. 144. ab Illri Niegowiecki pro tanta Summa Exemplarium typo impressorum cum injuria Typographiæ serio animadvertentes, commiserunt iisdem PP. Revisoribus deputatis ad Regestra Administratoris Typographiæ, quatenus ab Illri Niegowiecki justam solutionem pro parte Typographiæ requirant et exigant, ut debitam sibi satisfactionem Typographia habeat, et quicunque errores, ut intulerunt PP. Revisores suprà dicti, in Regestra ejusdem Illris Niegowiecki stante illius Administratione irrepserant, eos iidem PP. Revisores deputati ad Regestra moderni administratoris Typographiæ, emendari, corrigi, curent et faciant, facturi relationem in futura Convocatione Universitatis.

Ad 2dum. Restans Summa Fl. Polon. 3464. q 10½. superans Expensam, comperta in Regestris Illris Procuratoris Univttis, sic est disposita:

1mò. Pro Anniversario Roszczeviano immediatè celebrato Fl. 922.
2dò. Pro Markieviciano. — — — — — — — — — — — — 418.
3tiò. Pro Consiliatura. — — — — — — — — — — — — 414.
4tò. Pro Agno Paschali. — — — — — — — — — — — — 500.
5tò. Ecclesiæ Collegiatæ S. Horiani pro Corona Sstmæ Trinitatis, et Vicariis pro Missis primariis pro Annis 1767. et 1768. in Annum 1769. ex Golcza. — — — — — — — — — — — — 588.
6tò. Ecclesiæ Collæ S. Annæ pro iisdem Annis ex Nasiechowice et Dziewięcielicie. — — — — — — — — — — — — 607.

In Summa. — — — — 3449.

manent penes Illrem Procuratorem in posterum Fl. 15. q 10½.
Ad 3tium. Lectæ sunt Litteræ Illmi Młodziejowski Eppi Posnaniensis, quarum contextui satisfaciendo CC. DD. Consiliarii almæ Univttis, annuerunt et censuerunt supersedendum à missione Vice-Præfecti Seminarii Academico-Diœcesani in Academia Posnaniensi, reservando id ad pacifica tempora.
Ad 4tum. Fecit relationem Rndissimus Canonicus Zołędziowski ex fructibus 32. locorum montium ad almam Universitatem pertinentibus per Illmum D. Dominicum Claverinum ad totum annum 1771. in Urbe factis. Qui ostendit in Perceptis Scuta Romana No 94. Ob. 40. In Expensis Scuta No 77. hoc modo: Compensavit sibi Idem Illmus Advocatus creditum ex anno 1770. in Scutis No 27. Pro agentia ad totum Annum præteritum 1771. Scuta No 50. Subductis itaque ex Scutis perceptis ~~Scutis~~ 94. Ob. 40. Scutis No 77. restant penes Eundem D. Advocatum in Creditum Universitatis Scuta No 17. Ob. 40. Hujusmodi rationes sunt auscultatæ, et approbatæ, salvo omni errore pro utraque parte.
Ad 5tum. Audita est petitio VV. Idæ Laureæ Candidatorum utrumq Obsonium tam Chartarum, quàm Platonicum redimere postulantium et volentium, cui petitioni annuendo CC. DD. Consiliarii, ex ratione calamitosi moderni temporis animum permovente, censuerunt, ut unusquisque V. Idæ Laureæ Candidatus ex Persona sua Obsonium Chartarum redimat Fl. 24. Obsonium verò Platonicum Fl. 4. aliàs in Summa Fl. 28.
6tò. Retulit Mgscus D. Rector de quibusdam gravaminibus ex parte Urbis hoc calamitoso tempore stante hostilitate Academiæ illatis, interim ejusmodi negotium ad meliora et commodiora tempora differendum, ac tantisper habendam patientiam CC. DD. Consiliarii Universitatis censuerunt.

CONVOCATIO 4ta.
CC. DD. Decanorum.

Annô Domini 1772. Die 6. Mensis aprilis, extradita fuit Convocatio CC. DD. Decanorum sub hac solita forma. Egregie Dne Doctor, et Decane Uniuscujusque Facultatis. Adsit Dignitas vestra die ut suprà in Stuba Communi Collegii Majoris horâ 2dâ pomeridianâ, non expectato pulsu campanæ, idque ad excipiendas Rationes omnium et singulorum Contuberniorum ac Borcanarum, tum quoque nonnullarum Fundationum ad Officium Rectoris et Decanorum omnium Facultatum spectantium juxta antiquum et laudabilem morem Universitatis nostræ. Et Contuberniorum quidem Hierosolymitani, Jagelloniani, Philosophorum, Starnigeliani et Sisiniani. Fundationum verò Novodvorsianæ, Roszczevianæ, Garvasianæ pro Oratorio, et Philippovianæ pro Capella Musicorum ordinatæ, necnon Seminarii Academico-Diœcesani. ac tandem Borcanarum, utpote Alexandrovianæ, Baranovianæ, Borcovianæ, Boransianæ, Borovianæ, Bro-

sciane, Chaszkoviane, Oblonkoviane, Prectaviane, Przevosciane, Jabłonsciane, Janidłoviane, Karnkoviane, Lepiecciane, Łącciane, Luczkieviciane, Lukiniane, Zamoysciane, Gulczeviane, Novodvorsciane seu Vladislaviane, Raciborovianae, Siradiensis, Szreniavianae, Stęzyciensis, Szamotaliane, Trzeciakoviane, Valeszyniane, Dembinsciane, Fusoriane, et aliarum.

Detur omnibus DD. Decanis Facultatum Theologicae, Juridicae, Medicae ac Philosophicae Universitatis nostrae, necnon Perillustribus Illustribus Clarissimis et adm RR. Contuberniorum Provisoribus ac Senioribus, item Fundationum Singularum, ac Borcanarum Provisoribus seu Distributoribus. Die et Anno ut suprà. Ex parte Rectoris Unttis.

In hac itaque Convocatione productum

1º Ex Borcana Siradiana in Perceptis. —. —. —. —. Fl. 132. 26 2/3.
In Expensis. —. —. —. —. 28. 5.
Superat Expensam Percepta. 104. 21 2/3.

Ex Borcana Roszczeviana In Perceptis. —. —. —. —. 741. 11.
In Expensis. —. —. —. —. 445. —
Superat Percepta Expensam 296. 11.

Ex Contubernio Sisiniano et Seminario In Perceptis. —. —. —. 7647. 15.
In Expensis. —. —. —. 7411. 6.
Superat Percepta Expensam. 236. 9.

Debitum Perillustri Provisori M. Casimiro Stęplowski S. Th. Dri et Prfri, ex Anno praeterito compertum est in Summa Fl. 2206. q 24. Subtracta itaque Summa Perceptae superante Expensam Fl. 236. q 9. de Summa Fl. 2206. q 24. diminuta est Summa debiti, quae debetur Perillri Provisori ad Fl. 1070. q 15.

Quoniam verò Illris Ambrozewicz, ex relatione Perillris Provisoris Seminarii, debet Seminario circiter Fl. 2000. ex Annis 369, ideo data est facultas Illri Procuratori, quatenus dismembrationes ex Universitate Illri Ambrozewicz retineat, ac similiter D. Praepositus Collegii Minoris pro tempore existens dismembrationes ex Collegio Minori provenientes, et eundem Illrem Ambrozewicz concernentes, in manus Illris Procuratoris Universitatis reponat.

Item datur facultas Fiscali adcitandi ad Judicia Mgfci Rectoris V. Mietelski AA. LL. et Phiae Baccalaureum, ratione indebitae participationis ex Fundatione Roszczeviana in Seminario.

Ex Contubernio Hierosolymitano In Perceptis. —. —. Fl. 742.
In Expensis. —. —. —. 2002. 27.
Superat Expensa Perceptam. —. 1260. 27.

Ex Dembinsciana In Perceptis. —. —. —. —. —. Fl. 29. 6.
In Expensis. —. —. —. —. —. —. 20. 15.
Superat Percepta Expensam. —. 8. 21.

Ex Novodvorsciana In Perceptis. —. —. —. —. —. Fl. 13.
In Expensis. —. —. —. —. —. 40. 10.
Superat Expensa Perceptam. —. 27. 10.

Ex Contubernio Staringeliano In Perceptis. —. —. —. 1820.
In Expensis. —. —. —. 1466. 8.
Superat Percepta Expensam. —. 353. 22.

Ex Contubernio Philodephorum In Perceptis. —. —. —

szyniana, Fusoriana, ideo calculationem, atque à Rationibus prædicta-
rum Borcanarum Magnificus Rector modernus cum Decanis mo-
dernis ad futuram Convocationem CC. DD. Decanorum ex præsenti
Anno sibi reservavit.

Supravinsertas Conclusiones Universitatis vidi, legi, easque cum suis Origina-
libus credo concordari. In quorum &c.
M. A. Lipiewicz, U.J.Dr et Prfr. Facultatis Juridicæ Decanus. mpp

RECTORATU 6to.
Magnifici, Perillustris & Reverendissimi Domini D. M. IACOBI MARCISZOWSKI
U. I. Doctoris & Professoris, Facultatis Iuridicæ Pro-Cancellarii, Collegii Iuridici Senioris Patris, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis Canonici, Collegiatæ SS. OO. Primicerii, Parochialium in Koniusza & Pobiedr Curati &c. Studii Generalis Universitatis Cracoviensis RECTORIS.

CONVOCATIO 1ma.
CC. DD. Consiliariorum.

Annô Domini 1772. Die 12. Maji, Convocatum fuit Consilium sub forma consueta: Adm Rnde Pater, Egregie Dne Doctor et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas vestra die hodierna horâ 2dâ pomeridiana in Stuba Communi Collegii Majoris ad resolvendum nego-

tium cum Mgfco Dno Michalczewski Bonorum Villae Janikowice Haeredis, respectu granicierum, seu veriis appropriationis sibi certae partis Sylvae Nasiechoviciensis. Quod negotium resolvendo CC. Consiliarii, censuerunt, ut per Amicos combinetur. Et quidem ex parte Universitatis rogatus est in Superarbitrum Mgfcus D. Skorupka, in arbitros verò Mgfcus D. Zakrzewski, aut Mgfcus D. Lisicki. Cujus negotii attendentia commissa est Perillrbus DD. M. Andreae Lipiewicz J. U. Dri. Ecclesiae Collegiatae SS. OO. Custodi; et M. Casimiro Czerwinski S. Th. Prfri, Universitatis Procuratori.

CONVOCATIO 2da. Universitatis.

Annô Domini 1772. Die 7ma Mensis Julii, extradita fuit Convocatio Universitatis sub forma solita: Adm Rnde Pater, et Doctor Egregie, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina, horâ 2da pomeridianâ, in Communi Stuba Collegii Majoris, ad proponenda et resolvenda sequentia puncta:

1mò. Ad eligendum Seniorem Contubernii Hierosolymitani.
2dò. Ad conferendum Provisoratum Alumnatus Roszczeviani.
3tiò. Ad eligendum Provisorem Borcanarum Oblomkovianae, Baranovianae et Siradianae.
4tò. Ad referendum de Summa Fl. 300. ad Caecum Universitatis per p. d. Perillrem Casimirum Stęplowski S. Th. Drem et Prfrem assignata.
5tò. Ad legendum Punctum ex Testamento Ejusdem p. d. de Busto S. Joannis Cantii ad Ecclesiam Collegiatam S. Annae disposito.
6to. Ad eligendum Praefectum Seminarii Academico-Diaecesani, simul ad nominandum Provisorem ejusdem, tum Praepositum Ecclesiae S. Jacobi Casimiriae ad Cracoviam, quod Beneficium ex vi Fundationis Praefecto dicti Seminarii annexum est.
7mò. Ad eligendum Provisorem Contubernii ab antiquo Sisiniani, quod in supradictum Seminarium reformatum et ampliatum est.
8vò. Ad deputandos Revisores Regestrorum Generalis Oeconomi Bonorum Universitatis ex Anno 1771. in Annum 1772dum.
9nò. Ad audiendum de nova Locatione in Piis montibus Romae Locorum trium cum censu annuo novem Scutorum pro interesse Universitatis nostrae.
10mò. Ad eligendum Directorem Coloniae Albae Ducalis.
11mò. Ad referendum de Summa Fl. 3000. per quemdam ex pietate erga S. Joannem Cantium disposita.

Tum ad alia si quae proponentur per Rectorem. Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus Universitatem constituentibus, sub poena non contradicendi, et prout diligitur Bonum Commune. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Electus est in Seniorem Contubernii Hierosolymitani Exc. M. Sigismundus Wlyński Phiae Dr et Prfr.

Ad 2dum. In Provisorem Alumnatus Rostworiani electus est Perillis Rdmus M. Antonius Zolędziowski S. Th. Dr et Psr.

Ad 3tium. Borcana Oblomboviana et Baranoviana collata est Mro Magierski Phiae Dr et Psr, jam autem Siradiana Perillis declos S. Th. Dr et Psr, utpote S. Olonani Decano.

Ad 4tum. Retulit Perillis adm Rndus D. M. Joannes Rygalski S. Th. Dr et Psr, tanquam Perillis olim M. Casimiri Szpiowski ultimae voluntatis Executor, de Summa fl. 200. ad Alcum Universitatis per Eundem Rentissimum Testatorem assignata, quae in continenti in Archivo Universitatis est reposita. Tandem retulit Idem qui supra Executor de aureis duo Collegio Jurydico, seu veriis ad Alcum ejusdem Collegii assignatis, qui olim Praeposito ejusdem Collegii M. Francisco Oliwerdiusz S. Th. Psr, redditi sunt. Collegio veri Minori, seu potius ad Alcum ejusdem Collegii assignati sunt pariter aurei tres, non secus nec aliàs eidem Collegio reddendi, nisi prius restituantur Archivo ejusdem Collegii aurei decem quindecim ab antiquo in eodem Archivo reposita, qui vocantur Pecunia ambulatoria. Cum verò idem Collegium Minus per suum Alcum Praepositum M. Laurentium Bularni supradictum Executorem certum fecerit, quod et Conclusionem habuerit de eadem Pecunia ambulatoria restituenda, et jam aliqua in parte restituerit, sequel submiserit eandem in integro ut supra restituendum, proinde supradictus Perillis D. Executor, dictos aureos tres eidem Praeposito reddidit.

Ad 5tum. Lectum est Punctum ex Testamento ejusdem p. d. Perillustris M. Casimiri Szpiowski S. Th. Dris et Psris de Busto argenteo valoris ultra Centum aureos ad Ecclesiam Collegiatam S. Annae assignato, et sub Tumba S. Joannis Cantii collocando, quam dispositionem et ordinationem cum approbatione Incis aeternae piae Defuncto gratissimè Universitas acceptavit. Executores veri Satisfaciendo menti ejusdem Rentissimi Testatoris, idem Bustum in gradu argento obducto, sub Tumba S. Joannis Cantii, ut ad praesens cernitur collocarunt.

Ad 6tum. Unanimi voto Almae Universitatis per verbum Placet electus est in Praefectum Seminarii Episcopalis Academico-Dioecesani Perillis Rdmus D. M. Antonius Zolędziowski S. Th. Dr et Psr. Canonicus Cath. Crac. tum quoque ad Ecclesiam Praepositiralem S. Jacobi Casimiriae ad Calvinam sitam, quod Beneficium ex fundationis Praefecto dicti Seminarii annexum est, nominatus est Idem Perillis Rdmus D. M. Antonius Zolędziowski.

Ad 7mum. In Provisorem Contubernii ab antiquo Siradiani sub Ludeam supra dictum Seminarium reformatum et ampliatum est, electus est alle dictus Perillis Rdmus D. M. Antonius Zolędziowski.

Ad 8vum. Deputati sunt in Revisores Regestrorum Generalis Oeconomi Bonorum Universitatis ex Anno 1771. in Annum 1772. Perillis Illres CC. et Rdi DD. M. Antonius Krasnowski S. Th. Dr et Psr, Casimirus Czerwiński S. Th. Bfr, et Josephus Butanowicz Phil. Dr et Psr.

Ad 9num. D. Claverinus Advocatus, olim Procurator Canonizationis B. Joannis Cantii, cessit tria Loca Montium in favorem Universitatis, et ejusdem Cessionis Instrumentum ex Urbe transmisit, proinde scribendas Ipsi Litteras et agendas gratias censuit Universitas. Et quoniam hoc Instrumentum Donationis et Cessionis ad praesens non habetur, rogandus est Perillris D. M. Antonius Krzgnowski Sae Th. Dr et Prfr, quatenus velit idem Instrumentum intra Munimenta sua quaerere, suo tempore praesenti Libro Conclusionum ingrossandum.

Ad 10mum. Electio Directoris Coloniae Albae Ducalis ad tempus bene visum dilata est, interea sequestratio proventuum Clmi Olchawski praesentanei Coloniae Albae Ducalis Directoris inculcata est per Universitatem Praeposito Collegii Minoris, Procuratori Universitatis et Plenipotentibus ejusdem Clmi Olchawski.

Ad 11mum. Facta est relatio de Summa Fl. 2000. per quemdam ex pietate erga S. Joannem Cantium pro futuro Actu Canonizationis, seu veriùs Caeremonia solemni disposita. Quam liberalitatem Pientissimi Benefactoris Innominati cum solemni gratiarum actione Universitas acceptavit, Summam verò adinterim in Archivo Universitatis reponendam censuit, ut defactò reposita est.

CONVOCATIO 3tia
CC. DD. Consiliariorum.

Anno Domini 1772. Die 11. Mensis Julii, extradita fuit Convocatio CC. DD. Consiliariorum sub forma solita: Adm Rnde Pater, Egregie Dne Doctor, et Magister Venerabilis. Adsit Dignitas vestra die hodierna in Stuba Communi Collegii majoris horâ 2dâ pomeridianâ non expectato pulsu campanae

1mò. Ad revidendos labores CC. et Excellentium DD. Professorum Inclytae Facultatis Philosophicae.

2dò. Ad dismembrandum pecuniam ex pensionalibus Beneficiis per D. Procuratorem Universitatis collectam.

Tum ad alia si quae per Rectorem proponentur. Detur omnibus et singulis Perillribus Clmis quatuor Facultatum, Theologicae, Juridicae, Medicae, et Philosophicae Decanis, necnon Procuratori Universitatis, Oratori Tyliciano, et Consiliariis Facultatis Philosophicae. Die et anno ut suprà. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Revisi sunt et lecti coram iis, ut supra, Labores CC. EE. DD. Professorum Inclytae Facultatis Philosophicae, latumque de illis judicium ad mentem Legis Novellae et Statutorum.

Ad 2dum. Fecit relationem Illris Procurator Universitatis, se collegisse pecuniam ex Beneficiis pensionalibus, inter CC. et EE. Professores Inclytae Facultatis Philosophicae dismembrandam. Et quidem

Ex Beneficio Premykoviensi. —. —. —. —. —. —. —. Fl. 1000.
Ex Beneficio Prossoviensi. —. —. —. —. —. —. —. —. 90.
Ex Decimis sub Parochia Ecclesiae in antiqua Korczyn. — 500.

In Summa Fl. Pol. —. 1590.

Quam ita collectam Pecuniam Mgfcus D. Rector, et Deputati ab alma Universitate, eidem Illri Procuratori inter Perillres et CC. Consiliarios, tum dictos CC. et EE. Professores more solito dismembrandam censuerunt, attenta majori vel minori eorundem in laboribus diligentia. Ex occasione Puncti: Tum ad alia, fecit relationem Perillris adm Rndus D. M. Joannes Rygalski S. Th. Dr et Prfr, de pecunia Fl. 150. per Illrem Kamelski apud Perillrem olim p. d. M. Casimirum Stęplowski deposita, pro Visitatore Generali Scholarum et Coloniarum ordinata. Quam quidem pecuniam 150. Fl. reponendam esse in Archivo Universitatis censuerunt CC. DD. Consiliarii, prout defacto reposita est.

Supra expressæ Conclusiones per me revisæ, auscultatæ, et lectæ quoniam cum Originalibus D. Decani Facultatis Philosophicæ, Universitatis Secretarij Scriptis concordant, ideo a me subscribuntur

M. Antonius Krzanowski S. Th. Doctor et Professor, Universitatis Senior Pater

Suprascriptas Conclusiones Universitatis vidi, legi, easque cum suis Originalibus credo concordare. In quorum f.
M. A. Lipiewicz, UJDr et Prfr, Facultatis Juridicæ Decanus mpp

RECTORATU 1mo.

Magnifici, Perillustris & Admodum Reverendi Domini D. M. Joannis Josephi

RYGALSKI

Sacræ Theologiæ Doctoris & Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatæ S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Custodis, Parochialis in Antiqua Korczyn Curati, Contubernii Geloniani, & Coloniæ Academicæ Neo-Corcinensis Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis

AMPLISSIMI RECTORIS.

Annô Domini 1772. Die verò Veneris 18va Novembris, extradita et celebrata fuit stylo et forma solitis

CONVOCATIO 1ma.

Universitatis.

1mo. Ad audiendam Relationem DD. Deputatorum ad Regestra Illmi Oeconomi Bonorum Universitatis, et Anno 1771. in Annum 1772.
2do. Ad audiendam Relationem de Statu Bonorum Universitatis
3tio. Ad respondendum postulato Mffci Waxman in Korabnicki Haredis, ratione Decimæ Universitati debitæ.
4to. Ad consulendum de Fundationibus in Zuppis Bochnensi et Wieliciensi hærentibus, mutato Regni Statu.
5to. Ad resolvendum negotium de Berçana Beraciana.
6to. Ad eligendum norum D. Directorem Colonia Pinczoviensis.
7mo. Ad conferendos Cursus Theologicum Sacramentalem et Philosophicum.
8vo. Ad conferendam Præpositurum Wieliczensem.
9no. Ad faciendam relationem de binis Summis favore Universitatis à Perillustri Kamelski Decano Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis datis.
10mo. Ad audiendam petitionem Syndici Universitatis.
11mo. Ad legendas Litteras favore Scholæ Varsaviensis, tum de aliis Colonijs et Scholis conferendum.
12mo. Ad audiendam Illationem Admi Baduriski Philosophiæ et Medicinæ Doctoris et Professoris.
13tio. Ad declarandum Excell M. Paulum Camelin Rhé Diem, instituendi Filii Illmi Mffci Seraforoski Capitanei Osiecensis gratiâ per Magnificum Dnum Rectorem deputatum pro actu laborante in Facultate Philosophica, ac respective in Universitate.
14to. Ad insetendum Catalogo Benefactorum Universitatis Jagellonicæ Virum ac Spectabilem Joannem Christophorum Gwozdziewski, Prædicatorem ac Seniorem Patrem Urbis Metropolitanæ Culmensis in Prussia, ubi Provisorem et insignem Benefactorem Coloniæ Academicæ ejusdem Civitatis à multis annis.
Tum ad alia, si quæ proponentur per Rectorem. &c.
Qui Convocationi dato et unanimi consensu loco, præmissa Sancta resoluta et decisa sunt de tenore sit sequitur.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Melioris et accuratioris informationis causâ, circa reditus et Bona Universitatis provenientes, tum quoque rei oeconomicæ administrationem, relatio per DD. Deputatos ad calculanda et verificanda Regestra D. Oeconomi facienda, dilata est ad Convocationem immediatè sequentem.
Ad 2dum. Relationem de Statu Bonorum sacrorum per Illum D. Procuratorem factam, et in Scripto porrectam auscultavit Universitas, eandemque Libro Regestrorum D. Oeconomi Anni currentis inserendam esse censuit. Quod verò attinet Curiolam in Bonis Dzieniciele consistentem, siquidem in ædificiis suis non mediocriter est deteriorata, eandem per D. Oeconomum reparandam et conservandam statuit Universitati.
Ad 3tium. Negotium circa Decimam ex Bonis Korabnicki ad Universitatem spectantem, et in manipulis magno juris strepitu evictam, ab aliquot annis retentam, attenta præsente temporum calamitate, cum Mffco Waxman dictorum Bonorum Hærede omni melior modo tractandum Illri D. Procuratori Universitas præcommisit. Salvo tamen et præmunito per omnia, ut amicabilis

compositio, quam pro Annis elapsis partes secum iniverunt, in futurum Juri Universitatis exdecimandi in Manipulis minimè praejudicare possit ac valeat. Quinimo in Syngrapha Quietationis ejusmodi jus decimandi Illris D. Procurator claris et expressis terminis Universitati assecurare debebit.

Ad 4tum. Integritati jurium, privilegiorum, redituumque suorum, hac praesertim inexpectata tempestate volendo consulere Universitas, sequentia statuit et conclusit. 1mò. Praeprimis explorandam esse mentem Illmi et Excellmi Dni Cancellarii Regni, num, quandoquidem omnes reliqui Censuarii, aliique quodvis demum supra laudatas Salisfodinas interesse habentes ad liquidanda jura sua urgentur, etiam Universitas cum juribus suis ad nonnullos Census ibidem inscriptos et locatos coram Exotico Officio possit comparere et debeat. 2dò. Quatenus defensio et responsio in promptu haberi possit, omnia et singula Privilegia /: et quod summopere curandum originalia :/ concernentia Fundationes et Census provenientes ex Zuppis seu Wieliciensibus seu Bochnensibus, eaque sive totam Universitatem, sive Facultates distinctim, sive Collegia et Contubernia, aut Scholas afficientia, inquirenda et comportanda per eos, ad quos id spectare dignoscitur, eorundemque Privilegiorum in Officio Castrensi aut Terrestri Collationes et legalisationes, atque etiam copias per Extractum procurandas, Universitas conclusit et decrevit. 3tiò. Ad quem finem data est facultas adeundi Archivum Universitatis DD. Decanis Facultatum, Provisoribus Contuberniorum, Collegiorum Praepositis, et Procuratori Universitatis, idque in praesentia DD. Custodum laudati Archivi. 4tò. Visum est denique Universitati, hac in materia compilandum esse Memoriale suo tempore coram quo de jure producendum, ad quem effectum Perillris et Illres DD. M. Andreas Lipiewicz J.U. Dr et Pfr, M. Stanislaus Ficzkiewicz J.U. Praesentatus, M. Casimirus Czerwinski Procurator Universitatis, M. Carolus Marxen J.U. Pfr, M. Andreas Sleczkowski Orator Tylicianus, rogati sunt et deputati, sive conjunctim sive divisim laborem istum pro bono Universitatis ipsis expedire placuerit.

Ad 5tum. Borcanam Boraccianam super Bonis Nasiechowice per Rndum Mathiam Boraccium in Mysłowice Curatum in Summa Originali Fl. Polon. 600. à qua annuatim provenire debet Census Reemptionalis computando per medium Fl. itidem Pol. 21. inscriptam et locatam, uti et tanquam eleemosynam, qua pauperes Studiosi defraudari non debent, reassumendam esse Illri D. Procuratori, dictae Borcanae Provisori nato, commisit Universitas, salvô Calculô coram quo de jure faciendo.

Ad 6tum. In Directorem Coloniae Academicae Pinczoviensis, per Illrem Ambrozewicz S. Annae Canonicum Collegam Minorem, absq; scitu et consensu Universitatis sese alio absentantem, nec muneri et officio suo satisfacientem derelictae; electus est Illris M. Mathias Potaczewski itidem S. Annae Canonicus et Collega Minor, cum facultate adsciscendi sibi de consensu Mgfci D. Rectoris, Professores idoneos, et moribûs graves. Qui tamen ante abscessum suum in di-

ctam Coloniam, præsenti Conclusione stringitur ad Disputationem publicam /: nisi aliter Mgfcō D. Rectori visum fuerit :/ indispensabiliter intra duos menses ex Cursu Philosophico à die præsenti computandos, absolvendam, sub pœnis, in casu contraventionis, per Judicium Magnifici Domini Rectoris Universitatis, extendendis.

Ad 7mum. Cursus Sacramentalis Theologicus exspirante Professione Illris Dni Patelski, collatus est Illri Dno Niegowiecki S. Th. Prfri. Quo verò attinet Cursum Philosophicum Peripateticum, quoniam Inclyta Facultas Philosophica ad eum legendum signavit Clmum M. Valentinum Podzynski Collegam Minorem, Ipse quoque eundem in facie Almæ Universitatis petiit, adeoq per Placet obtinuit. Quo verò ad Personam Illustris Putanowicz, quem ex turno eadem Professio videbatur tangere, Placuit Almæ Universitati, tanquam publicis Rectoris officiis, et ipsius Universitatis occupatum, ab hac Professione liberare. Ex incidentia Puncti, siquidem Illris Wisniowski ex Cursu Philosophico jam olim per se extradito, nullam Disputationem publicam, ad quam de jure et consvetudine tenetur, hactenus expedivit; eundo obviam in posterum similibus Professorum negligentiis, atque etiam consulendo nedum incremento, sed et integritati Studii Philosophici, eundem ad laudatam Disputationem sub tempus Quadragesimæ absolvendam, obstrictum esse Universitas statuit et conclusit.

Ad 8vum. Præpositura Ecclesiæ Parochialis Wieliciensis Juris Patronatus Universitatis, collata est ex votorum pluralitate Illri Clmō Adm Rndo D. M. Andreæ Szopiarski S. Th. Prfri, Collegæ Majori, Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani Canonico, Neo-Sandecensis Cancellario, salva pensione Fl. Pol. 700. annuatim Professoribus Linguarum Gallicæ et Germanicæ exsolvi debita, et in manus Dni Procuratoris absque omni diffugio per eundem reponenda. Salvis itidem omnibus cæteris oneribus et obligationibus, si quæ eidem Beneficio annexa sunt, tangentia rem et interesse Universitatis. Quod ipsi felix faustumq sit.

Ad 9num. Retulit Universitati Illris D. Procurator habere penes se repositas binas summas ex liberalitate Perillris D. Kamelski Phiæ Dris, Decani Foranei Zatoriensis, in favorem Universitatis datas et donatas. Alteram nempe Fl. Pol. 488. q 28. in rem et interesse Archivistarum. alteram Fl. Pol. 141. q 12. in rem et interesse Dni Generalis Visitatoris Coloniarum Academicarum per Eundem Perillrem Dnum Benefactorem dispositas. Quam quidem utramque Summam reponendam esse, prævia commutatione deterioris monetæ in aurum, in Archivo, unà cum specificatione, quosnam et qualis, quota juxta mentem Legantis concernere debeat, Universitas censuit. Ad agendas verò gratias, pro hoc liberalitatis et munificentiæ in Academiam testimonio Perillri Dno Decano Zatoriensi, Illrem Clmum et Adm Rndum D. M. Franciscum Kolendowicz S. Annæ Canonicum, Collegam Majorem Vocatum, rogavit et deputavit.

Ad 10mum. Instituta fuit petitio pro parte Excell. M. Adalberti Ciecidłowski Phiæ Dris et Prfris, uti et tanquam Syndici Universitatis. Qui cum propter ingentia Academiæ negotia, præsertim hac rerum et temporum vicissitudine, varia itinera subire debeat, atque ideo publicis Universitatis negotiis addictus, et aliorsum avocatus, Cathedræ suæ ægrè admodum satisfacere possit, sese à legendo

liberum pronuntiari, et officium laboremque Syndicaturæ, pro labore et officio Lecturæ sibi computari, debita cum instantia postulavit. Et Universitas, ex rationibus animum suum permoventibus, dictum Excell. Ciecidłowski Syndicum, donec pacatiora tempora redierint, à legendo, non tamen à disputando liberum pronuntiavit, quid verò circa officium Syndicaturæ firmiter in posterum constituendum sit, ulteriori suæ deliberationi reservavit.

Ad 11mum. Dilatum.

Ad 12mum. Itidem dilatum ob absentiam Clmi Badurski à Convocaõne.

Ad 13tium et 14tum Responsum Affirmativè.

CONSILIUM.

Annô Domini 1773. Die Martis 12. Januarii, celebratum fuit Consilium, Perillustrium, Clarissimorum, Reverendissimorum et adm Reverendorum Patrum et Doctorum Universitatis, ad deliberandum circa sequentia puncta.

1mò. Ad finaliter determinandum de Beneficio Premykoviensi, ab Annis aliquot sub Commenda et Sequestro existente.

2dò. Ad audiendum de gestis et factis impracticatis in Colonia Posnaniensi per Illrem Minocki illius Rectorem attentatis.

3tiò. Ad legendam Epistolam Clmi Ambrożewicz Directoris Coloniæ Pinczoviensis. Cui Consilio dato loco, ita conclusum et responsum fuit:

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Providendo indemnitati Juris Patronatus, quod Universitatem ad conferendam Præposituram Premykoviensem concernit, stantibûs præsertim his criticis in Regno temporibûs, visum est Patribus faciendum esse recursum ad Illmum et Rdmum Locum Tenentem pro levando nominati Beneficii Sequestro, quatenus illud Universitas secundùm antiquam ordinationem suam conferre possit et valeat.

Ad 2dum. Siquidem ex Litteris Illris Minocki Posnaniâ ad nonnullos Academiæ Patres Cracoviam directis palam constitit, quomodo is idem Illris Posnaniensis Rector inscia et inconsulta Universitate, quorundam Reverendissimorum illius Cathedralis Ecclesiæ Prælatorum et Canonicorum, ad Laureas Doctorales Juridicas capessendas concurrentium tentamina aperire, eosdem ad ulterius examen subeundum determinare motu proprio, in convulsionem Jurium et Privilegiorum Universitatis Nostræ, ausus est et præsumpsit. Quocirca ad reprimenda ejusmodi hactenus impracticata attentata, visum est Patribus et Consultoribus, per Litteras à Magnifico Domino Rectore dirigendas monendum esse seriò Illrem Minocki, quatenus ab ejusmodi inconsultis progressibus omnino desistat, et interea majoris securitatis gratiâ, solemnis Protestatio hac in parte in Actis Rectoralibus per Illrem Dnum Procuratorem facienda, communi voto est demandata.

Ex occasione hujus Puncti, intulit Perillris Clmus et adm Rndus

2. D. M. Andreas Lipiewicz U. J. Dr et Pfr, quà Provisor Coloniæ Academicæ Posnaniensis, ratione exsolvendi debiti # 50. contracti per Illrem Clmum et Adm Rndum M. Carolum Marxen U. J. Pfrem, immediatum

tum illius Coloniæ Rectorem, ab AA. RR. Patribus Congregationis S. Philippi Nerii ad Posnaniam, idque pro comparando novo Typo ad Typographiam præfatæ Academiæ, ex quo dicti AA. RR. Patres exsolutionem prætacti debiti à præsentaneo Rectore Illri Clmo Minocki incunctanter urgent. Aliàs referendo sese ad Litteras missivas ejusdem Illris Minocki, quoniam dicti AA. RR. Patres ad preces Illris Rectoris moderni inclinati sunt inscribere Summam Flor. Pol. 1000. nunc et pro tempore existenti Rectori Academiæ Posnaniensis, cum obligatione absolvendi unum Missæ Sacrificium, infra Octavam Commemorationis Fidelium defunctorum, tum decantandi Officium Defunctorum unius Nocturni per Juventutem Academicam, tantummodo accedat consensus Universitatis, levandi per prius florenos mille de Summa Capitali flor. 3000. super Bonis Witaszyce hærente, purè et præcisè pro reparatione præfatæ Academiæ adjudicata et ordinata. Et Perillustres Universitatis Patres, considerata et pensata qualitate Summæ Capitalis Fl. 3000 super Bonis Witaszyce hærentis, purè et præcisè pro reparatione ejusdem Academiæ adjudicatæ et ordinatæ, quatenus in casu desolationis futuræ /: si quæ accideret :/ habeat Rector pro tempore existens, ex quo desolationi et ruinis subvenire possit, censuerunt unanimiter dictam Summam Fl. 3000. super iisdem Bonis Witaszyce debere hærere. Pensato quoque, ne inde aliquod gravamen, sive molestiam sufferre patiatur Juventus Studiosa, satiùs alium modum exsolvendi ejusmodi debitum # 50. duxerunt adinvenire. Quem quidem prævia liberalitate Perillustrium Patrum adinvenerunt seq. Mgfcus Dnus Rector ex amore erga dictam Academiam Posnan obtulit # 10.
Perillustris et Rdmus D. Canonicus Zołędziowski S. Th. Dr et Pfr. . # 10.
Perillustris et Rdmus D. Canonicus Marciszowski U. J. Dr et Pfr # 6.
Illris Marxen J. U. Pfr, immediatus Posnaniensis Rector. — . — # 10.
Jam verò præsentaneus Rector Illris Minocki ex usu fructu Typographiæ, ex quo Illris Marxen novum Typum pro hocce debito comparatum, reliquit intactum, contribuet. — . — . — . — . # 14.
Et ita prememoratum debitum Adm Reverendis Patribus # 50. exsolvendum esse censuerunt, sicque taliter iisdem AA. RR. Patribus /: secluso gravamine et molestia Juventutis :/ ex innata erga Universitatem et dictam Coloniam Academicam Posnaniensem benevolentia, benefaciendi eidem Academiæ viam minimè præcluserunt, quinimo ad adimplendam intentionem suam uberiorem campum reserarunt. Quotam verò ejusmodi # 36. Perillustris Provisor illius Coloniæ collectam, quamprimùm transmittere Illri Clmo Minocki, salva quietatione de persoluto debito curabit.

Ad 3tium. Prælectis Litteris Clmi Ambrozewicz Directoris Coloniæ Academico-Pinczoviensis, in quibus postulationem suam Magnifico Dno Rectori defert, quatenus circa regimen illius Coloniæ ad proximum Festum S. Adalberti Eppi et Mart. ex justis et rationabilibus causis manuteneri et conservari possit; cujus quidem supplicibus postulatis Perillustres Universitatis Patres benignè annuerunt, salvo eo, ut arbores ab Illmo Marchione Wielopolski Supremo Regni Vexillifero, in rem et reparationem desolatæ Academiæ gratiosè ac liberaliter donatas, Pinczoviam stante adhuc hac hyeme indispensabiliter convehi curet, actuque convehi faciat. Et ita super præmissis, deliberatum, conclusum fuit et decisum.

Supra scriptæ Conclusiones, CC. DD. Decanorum Facultatis Philosophicæ, Secretariorum Universitatis, quò ad sua Puncta, fideliter manu notatæ, quoniam concordant cum Originalibus, ideo easdem, pro majori firmitate et fide subscribo. Clepardiæ ad S. Florianum die 2da Decembris. Annô Domini 1772do

M. Antonius Krzanowski, S. Th. Dr. et Trfr. Universitatis Senior Pater. Facultatis Theologicæ Decanus mpp

M. Josephus Putanowicz Sæ Thæ Dr. Artistarum Decanus mpp

CONVOCATIO 2da. Universitatis.

Annô Domini 1773. Die Mercurii 10. Martii. Extradita fuit Convocatio Universitatis sub forma consueta: Adm Rnde Pater, Egregie Domine Doctor, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina, horâ 2dâ pomeridiana, in communi Stuba Collegii Majoris, ad proponenda et resolvenda sequentia puncta:

1mô. Ad incorporandum Almæ Universitati Amos et Adm RR. MM. Znaczeleski et Gaworski, post eorum responsionem ad Collegium Minus Artistarum.

2dô. Ad relegendas Conclusiones anterioris Convocationis, præsertim de Rationibus audiendis Illris Oeconomi Bonorum Universitatis.

3tiô. Ad deputandos Revisores Regestrorum Procuratoris Universitatis, et Præfecti Typographiæ.

4tô. Ad eligendos vel reeligendos Procuratorem et Præfectum Typographiæ Universitatis.

5tô. Ad eligendum Syndicum Universitatis post obitum immediati.

6tô. Ad eligendum Provisorem Coloniæ Academicæ Pinczoviensis.

7mô. Ad audiendum de Statu Lapidearum Hungarorum, et Dziubonioweska, tum Domûs Cieplowskie dictæ Vivariæ.

8vô. Ad dandum Contractus triennales, à futuro Paschate inchoandos pro iisdem Lapideis, vel aliter cum illis disponendum

9nô. Ad colloquendum de Generali Oeconomo Bonorum Universitatis.

10mô. Ad audiendam petitionem nomine Excell. Kaszewicz Philosophiæ Doctoris et Professoris.

11mô. Ad obviandum abusui Sigilli Universitatis.

Tum ad alia si quæ proponentur per Rectorem. Detur omnibus DD. Doctoribus et Professoribus Universitatem constituentibus, sub pœna non contradicendi. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Affirmativè prævio juramentô de servando secreto, et non revelandis iis omnibus coram Personis extraneis, vel quibus

id scire non licet, quæcunque in Convocationibus Universitatis, sive Consiliis privatis, si ad ea vocati fuerint, tractari contigerit. Quod quidem juramentum in manibus Magnifici et Amplissimi Domini Rectoris in continenti uterque præstitere. quod ipsis felix faustumque sit.

Ad 2dum. Lectæ et auscultatæ sunt Rationes Illris Oeconomi Bonorum Universitatis, antecedenter expeditæ, visæ et revisæ, ac diligenter ponderatæ et supputatæ per DD. Deputatos Revisores et Calculatores: ex quorum Relatione constitit ex Anno 1771. in Annum 1772. ex memoratis Bonis generatim talia fuisse Percepta et Expensa. Et quidem Summa Generalis Perceptorum ascendit ad 24957. florenos Polonicales, gross. 5½. Summa Generalis Expensorum ascendit, includendo debita apud Subditos hærentia, et nondum exsoluta, tamen æquè in Percepta et Expensa inducta, ad florenos itidem Polonicales 9367. q. 29. Superant itaque Percepta ultra Expensa fl. Pol. 15589. q. 6½. Notandum tamen ad posterorum memoriam, quod in Anno hoc calamitoso pro Milite transeunte in parata pecunia et omnibus universim bonis erogati fuerint omnino floreni Polonicales 1992. q. 29½. In frumentis verò diversi grani et seminis erogati sunt Cereti 991.¼ et 1/16. pro milite eodem, præter boves, oves, et reliqua pecora campi, item Crematum, et Cerevisiam, quæ omnia in Regestris Illris Oeconomi specificata et individuata habentur. Et Universitas ejusmodi Rationes approbandas esse censuit præsente hac sua Conclusione ad præmissa mediante; id tamen sibi salvando et præcustodiendo: 1mò quatenus verificatio Regestrorum tam Illris Oeconomi, quàm respectivorum Scribarum, per DD. deputandos Revisores semper in posterum fiat in fundo et peragatur, conformiter ad Conclusionem per Universitatem anteriùs latam, in qua facta fuit Ordinatio circa Oeconomum Generalem. 2dò. quatenus Dnus Procurator Universitatis sæpius Bona revideat, inque administrationem D. Oeconomi diligenter attendat, lites inter Subditos emergentes, si quæ ad ipsum devolutæ fuerint, sopiat et componat, in granitierum integritatem et conservationem introspiciat, utque ejusmodi granities tam per D. Oeconomum, quàm per subalternos administratores salvæ et integræ custodiantur seriò admoneat, salvis nihilominus expensis vitium Dno Procuratori ex proventibus respectivorum bonorum, ad quæ ipse condescenderit, subministrandis. 3tiò. Severè inhibet Universitas, ne seu Dnus Procurator, seu Dnus Oeconomus, aut quivis alius subalternus Administrator audeat aut ipse exscindere Arbores seu virgulta quocunque titulo et prætextu ex sylvis, in omnibus bonis sitis et jacentibus, aut ut à Subditis exscindantur permittere, sine speciali Universitatis consensu, sub pœna in contravenientes irremissibiliter extendenda.

Ad 3tium. Ad revidenda regestra Procuratoris Universitatis rogati et deputati sunt Magnificus et Amplissimus Dnus Universitatis Rector præsentaneus, et Illris Clmus et Adm Rndus M. Andreas Nieczkowski Orator Tylicianus.

Similiter ad recipiendum Calculum ex proventibus Typographiæ Universitatis rogati et deputati sunt in Revisores Perillres Clmi et Adm Rndi DD. M. Antonius Krzanowski Sæ Th. et M. Andreas Lipiewicz U. J. Dres et Prfres, cum facultate decidendi finaliter

circa errorem controversum, stante Administratione Illris Niegowieckii, in Regestris Typographiae deprehensum, et hactenus irresolutum.

Ad 4tum. Tam Dnus Procurator Universitatis, quàm Dnus Praefectus Typographiae iidem unanimi omnium voto sunt reelecti, et in officiis suis confirmati.

Ad 5tum. In Syndicum post subsequuta fata Clmi olim et Adm Rndi M. Adalberti Ciecidłowski Phiae Dris et Prfris, cujus anima cum Sanctis requiescat, Clmum et Adm Rndum M. Ignatium Pawluskiewicz Phiae Drem et Prfrem, Contubernii Staringeliani Seniorem, unanimi pariter voto et suffragio Universitas sibi adscivit et constituit.

Ad 6tum. Post liberam resignationem Perillris Clmi et Adm Rdi Dni M. Josephi Declos Sae Th. Dris et Prfris, Eccl. Coll. S. Floriani Decani Sc. electus est in Provisorem Coloniae Academico-Pinczoviensis Illris Clmus et Adm Rndus D. M. Carolus Marxen U. J. Pfr, SS. OO. Archidiaconus, S. Nicolai Praepositus, cui seria introspectio in diligentias et negligentias tam DD. Professorum ibidem docentium, quàm Studiosae Juventutis ibidem LL. AA. operam navantis, atque in conservationem aedificiorum Academiae, bonumque illius ampliandum, per Universitatem sub onere conscientiae, uti Provisori salariato, injuncta est et commendata.

Ad 7mum, et 8vum. Quod attinet reparationes necessarias Lapidearum Hungarorum et Dziuboniowska, item Domus Cieplowskie Vivariae sitae, tum quod spectat praetensiones pro Milite Exotico erogatorum Expensorum per respectivos Arendatarios Possessores, omni meliori modo modificandas et sopiendas, cum facultate prorogandorum in subsequens triennium Contractuum, activitati, prudentiae et discretioni Illris Dni Procuratoris Universitas praecommisit.

Ad 9num. Remissum ad proximè futurum Patrum et Doctorum Consilium.

Ad 10mum. Instituta fuit petitio ex parte et nomine Excellentis M. Casimiri Kaszewicz Phiae Dris et Prfris ad Aulam Celsissimi Principis Illmi Excellmi et Rndmi Dni D. Cajetani Ignatii Sołtyk Dei et Apostolicae Sedis gratiâ Episcopi Cracoviensis, Ducis Severiae, Equitis Aquilae Albae, Universitatis Nostrae Cancellarii, commorantis, ibidemque officio Secretarii fungentis, quatenus illi locus conveniens inter Philosophos conservari, et liber semper ad Facultatem reditus praecustodiri possit. Et Universitas desideriis suis gratiosè annuit, gratiamque hanc suam tamdiu valituram voluit, quamdiu memoratus, Excellens Kaszewicz, in actuali obsequio Principis Nostri Celsissimi perseveraverit.

Ad 11mum. Obviando abusui Sigilli Universitatis, quod solius duntaxat Academiae Cracoviensis Avitum Stemma, et nota characteristica est; quodque Ipsi duntaxat Magnifico et Amplissimo Domino Generali Rectori, in solemni sua Inauguratione, ad consignanda quà publica è Cancellaria sua emanantia Instrumenta, quà Litteras quasvis alias missivas muniendas conferri solet ac debet; illud tamen cum Clmi Dni particularium Academiarum et Scholarum Rectores seu Directores, tum alii Magistri et Professores ad usus suos privatos perperam, ac audentius, quàm fas est, traduxerunt, cùm aliunde et Academiis peculiaria sua insignia non desint, et cuilibet Magistro in promotione distincta arma et symbola, pro jure et consvetudine Universitatis tribuantur, quibus ille in commercio Epistolarum commodè uti possit et valeat. Quocirca

ne similia à quopiam in posterum attententur, severè inhibet Universitas hac praesenti sua Conclusione, cujus ignorantiam obtendere ne quisquam possit, specialem hac in materia et expressam mentionem in publicis Litteris Edictalibus, Rectoris Magnifici, imprimi solitis, faciendam in posterum esse, voluit atque decrevit.

Et haec definita, declarata, decisa et conclusa fuere, praesentibus omnium Facultatum et Collegiorum Doctoribus, Magistris et Professoribus, Anno, Mense, et die, quibus suprà.

Supra insertas Conclusiones fideliter connotatas auscultavi, legi, ac revidi, easq. non aliter, nisi prout à tota Universitate latae fuerant, hic exaratas esse, attestor. De quo fidem facio, ac me subscribo. Clepardiae ad S. Florianum. die 30 Aprilis. a° 1773.

M. Antonius Krzanowski S. Th. Dr. et Prfr. Universitatis Senior Dater. Facultatis Theologicae Decanus mpp

M. Andreas Lipiewicz, U.J.Dr. et Prfr. Facultt. Juridicae Decanus mpp

M. Andr. Badurski Md. Pr. Facultatis Medicae Decanus mpp

M. Josephus Dutanowicz Sae Thae Dr. Artistarum Decanus mpp

CONVOCATIO 3tia.
Universitatis.

Annô Domini 1773. Die verò Sabbathi 13. Mensis Martii.

Celebrata fuit publica Convocatio Universitatis in Stuba Communi Collegii Clarissimorum DD. Jurisconsultorum, ipso die, quo Justa Parentalia exsoluta fuere in Collegiata Ecclesia OO. SS. Perillustri olim et Reverendissimo Domino D. M. Jacobo Michaeli Marciszowski U.J.Dri et Pfri, Collegii Juridici Seniori Patri, Ecclesiarum Cathedralis Cracovien. Canonico, Parochialium in Koniusza et Pobiedr Curato, SS. OO. Collegiatae Primicerio, Librorum per Diocesim Cracovien Censori, Illmi Consistorii Generalis Cracovien Judici Surrogato, Academiae Tarnovien et Contubernii Jurisperitorum ac Regio-Jagelloniani Provisori &c. qui post exantlatos propemodum infinitos in Ecclesia et Academia labores, incredibili omnium Ordinum Universitatis dolore, in ipsa media aetate, 7mô Idus Martii fatis ereptus, aeviternam sui gratamque semper memoriam et recordationem reliquit, cujus anima ut Beatissima Creatoris sui Visione ocyus fruatur, universa Academia Patri suo meritissimo et multoties Rectori precatur. Idque in ordine ad conferendum Canonicatum Cathedralem Cracoviensem recens post decessum vacantem.

Cui Convocationi dato ex unanimi consensu loco, instituit solemnem petitionem ejusdem Canonicatus Perillustris Clmus et Adm Rndus Dnus M. Andreas Lipiewicz U.J.Dr et Pr. Collega Juridicus, Ecclesiarum Collegiatae SS. OO. Crac. Custos, Parochialium in Luborzyca et Igolomia Curatus, Librorum per Diocesim Cracovien Censor, Academiae Posnaniensis Provisor, qua audita et facta deliberatione, intuitu

senii et meritorum, laudatus Canonicatus Cathedralis Cracovien Perillustri et Rdmo Dno petenti, communibus omnium votis et suffragiis est collatus, utque nova hac honoris accessione tanquam laborum suorum solatio et premio, sospes, incolumis et longaevis fruatur, Universitas Rdmo Domino neo-Electo Canonico est gratulata.

CONVOCATIO 4ta.
DD. Consiliariorum.

Annô Domini 1773. Die verò Veneris 26. Mensis Martii. Celebrata fuit publica Convocatio Clarissimorum DD. Consiliariorum Universitatis, forma et stylo solitis extradita, ad resolvendum sequentia puncta.

1mô. Ad audiendam relationem DD. Revisorum ad Regestra Dni Procuratoris Universitatis et Praefecti Typographiae deputatorum.

2dô. Ad disponendum de pecunia, si quae ab expensis restans fuerit.

3tiô. Ad audiendam Relationem de Schola Becensi, ab annis plurimis neglecta, ad praesens verò reparanda et plantanda.

4tô. Ad legendam Inscriptionem Flor. Pol. 12000. favore dictae Scholae Becens.

5tô. Ad approbandas Rationes de perceptis et expensis Locorum Montium Illmi Dni Claverini.

6tô. Ad legendas Litteras Illmi et Rdmi Dni Abbatis Tremesensis, illisque respondendum. Cui Convocationi dato et unanimi consensu loco, ita responsum et resolutum

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Facta et auscultata fuit relatio DD. Deputatorum ad revidenda et calculanda Regestra Dni Procuratoris Universitatis, constititque universim fuisse Perceptos florenos Polonicales 12895. q 22.½.⅓. Expositos verò flor. Pol. 6843. q 20. adeoque manere in Superatis penes Illrem D. Procuratorem Flor. Pol. 6052. q 2.½.⅓.

Facta itidem et auscultata fuit pariter Relatio DD. Revisorum deputatorum ad revidenda et verificanda Regestra Dni Typographiae Praefecti, ostensique sunt in Perceptis Flor. Pol. 834. q 4. In Expensis verò Fl. Pol. 850. q 7. adeoque Percepta superantur ab Expensis Flor. Polon. 16. q 3. Quod debitum ex futuris Typographiae proventibus bonificandum D. Praefecto Universitas assecurarit, Rationes verò modo praemisso factas tam D. Procuratoris Universitatis, quàm D. Praefecti Typographiae, uti exactè et fideliter factas approbavit praesenti hac sua Conclusione.

Ad 2dum. Quod verò attinet superantem pecuniam ab Expensis Fl. Pol. 6052. q 2.½.⅓. de ea talem placuit Universitati facere dispositionem. Quatenus 1mô si quae anniversaria ex annis praeteritis retenta, et nondum exsoluta sunt, eadem Illris Procurator exsolvat, habita ratione illarum Personarum, quae in dictis anniversariis aut praesentes fuerunt, aut praesentiam habuerunt. 2dô. Clmis DD. Universitatis Consiliariis ab auditis Rationibus itidem solvatur more solito. 3tiô. pro Agno Paschali in consolationem inter Clmos Professores Universitati incorporatos floreni 1000. distribuantur. Re-

liquum si quid inde superfuerit, maneat penes D. Procuratorem, pro emersuris in futurum necessitatibus.

Ad 6tum. Audivit Universitas ex ore Magnifici et Amplissimi Domini Rectoris, quomodo Schola Decendi, ad quam regendam et docendam olim Professores Academici subministrabantur, injuriâ tandem temporum in censibus et proventibus suis non tantum imminuta, sed penitus exhausta, in muris veris et edificiis suis prorsus collapsa; nunc veró nonnullorum Benefactorum liberaliter, ac nominatim singulari munificentia Perillustris Clmi et Adm Rdi D. M. Josephi Bohowski Sti Thee Drís, Præpositi et Officialis Decendis, Insignis item Collegiate Sandecensis Præpositi, et in Dzono Curati, Viri singularis in Academiam Nostram Benevolentiæ ac propensionis, pristino suo statui et splendori restitui interdatur, rogaturque Universitas per Eundem Perillustrem Præpositum, quatenus Virum aliquem Academicum ad docendam eandem Scholam, vindicandosque illius census et fundationes in extraneorum manibus hærentes mittere et deputare dignetur. Et quia ad id muneris officiique obeundum Illmus Clmus et Admus D. M. Josephus Wisniowski Thee Dr et Pr. Collega Minor. S. Annæ Canonicus alacritatem suam obtulit, quocirca eundem in actualem Scholæ Decendis Directorem elegit et deputavit, penes præsentiam et omnes proventus tam ex Collegio Minori, quam et Universitate sese concernentes, more Directoris Coloniæ Academico-Cracoviensis conservant, et defacto conservatum habere voluit et decrevit.

Ad 7tum. Lecta est Inscriptio Hor. Pol. 12000. cum censu annuo Hor. itidem Polon. 600. futuro Scholastico et Professoribus Coloniæ Biecensis servientium, in Bonis Szymbark, curæ actis Castri Capitanealis Biecensis Annô 1771. Feriâ 3. ante Festum S. Petri in vinculis proximâ, die videlicet 30. Mensis Julii facta. Ordinatio veró hujusmodi census ab eadem proinserta Summa proventuris ad beneplacitum tempus data.

Ad 8tum. Inita computum Exacti et Expensi ex fructibus Locorum Montium, spectantium ad Universitatem Nostram, transmissum annô præteritô remanebant penes Illustrissimum Dnum Caverini, uti Plenipotentiarium, in creditum Universitatis, Scuta decem septem et oboli 40. Post hæc exegit is idem Illmus Caverini dictos fructus Locorum Montium ad totum præteritum annum 1772. Scuta 64. et oboles 20. Et sic in totum Scuta DDL. Oboles 00. De quibus Scutis DDL. et Obol. 00. detractis Scutis 50. pro agentia Illmi D. Caverini ad totum elapsum annum 1772. Remanent in creditum Universitatis restæ Scuta 61. et oboli 00. penes Illmum Caverini hæsentia. Et Rationes modo præmisso factas approbandas esse censuit Universitas, præsentibusque approbat, salvo omni errore pro utraque parte.

Ad 9tum. Lecta et auscultatæ fuerunt Litteræ Illmi et Rdmi D. D. Michaelis Kosmowski Canonicorum Lateranensium Abbatis Premonstrensis, ad Magnificum et Amplissimum Dnum Universitatis Rectorem de Die 25. Februarii Anni currentis directæ, in quibus is idem Illmus et Rdmus D. Abbas non tantum propensissimi sui animi erga Academiam sensa luculentissimis verbis testatus est, verum etiam nunquam satis laudandam pientissimam voluntatem suam aperuit, quomodo Ipse, succurrendo cautissimæ nobilium Regni juventuti, subsidiis aliàs destitutæ, unde cum in bonis moribus, tum in

in Artibus et Scientiis teneram suam statem possit excolere, et ad publicos Ecclesiæ et Patriæ usus succrescere: penes Ecclesiam suam Abbatialem Premonstratensem Collegium seu Convictum Academicum pro duodecim Adolescentibus nobili Genere ortis erigere, fundare et dotare, illudque alto dominio et Jurisdictioni Universitatis vestræ submittere, hæc per Professores Academicos Cracoviæ conducendos regi, administrari, et in omnibus Artibus et Scientiis instrui intendat. Quarum quidem Litterarum tenor est, ut sequitur:

Perillustris Magnifice et Reverendissime Domine
Domine Patrone Observandissime.

Powszechny szacunek w Oyczyznie y zasługi Przestawney Akademii Krakowskiey, ktory się dosyć widocznie y w publicznych mieysca mego obszernie stronach, wzbudza we mnie zaufanie że y moie żądania, ktore w osobie WWmy Pana Dobrodzieja do całego teyże Przesławney Akademii z prozby moiey nastąpiącą zakusy Zgromadzenia, pomyślny dla mnie odbiorą skutek.

Umyśliłem sobie w tym przeciągu pozwolonych mi ieszcze od BOGA lat moich z rozporządzenia Nayuyższey Opatrzności Boskiey, w ktorey całą pokładam nadzieią, abym iakokolwiek bydź może zbior z dosiewney pracy moiey, cały na rachunek BOGA obrocił chwałę, y Kościołowi memu ozdobę, kiedy przy Opactwie y Kościele moim Przemeszyckim, zaczynam plantować nową Szkołę Kolonią, czyli Konwikt na dwunaste Szlacheckich Synow, nie maiących sposobu do szukania Nauk y ćwiczenia się, tak w rzeczonych naukach, iako też y w Usługach ku Chwale Bożkiey sciągaiących się, dla ktorych nie tylko na Utrzymanie, ale też y na przyodzianie corocznie, sposob Sufficyencyi obmyśliłem. Do ktorey Kolonią czyli Szkołę maiącą bydź w Krotce do Skutku przyprowadzoną, żądam y pragnę iedynie poddać pod nayuyższe rządy Almæ Universitatis: dopraszaiąc się, aby trzema na zawsze Professorami: to iest iednym ktoryby rządy teyże Kolonii oraz y pertinentium omnium utrzymywał, oraz mogł Adolescentes uczyć, Drugim zaś duniema, z ktorychby ieden razem Rethoryki y Metafizyki, a trzeci Grammatyki et prima rudimenta dawał: z osobliwszey Łaski almæ Universitatis, zmyślaiem innych Szkoł oddalonych od Krakowa, opatrzona y zaszczycona bydź mogła. Dla tychże Jchmciow Professorow, rozporządziłem de Mensa mea abbatiali kwestią, w uczynności przychylney dokładności, y corocznę pensyi kwotę, według osobney ordynacyi mojey, y na to uszystko dla lepszego obiaśnienia Jnclytæ Universitatis, przyłączam oświadczoną myśl moią in Capitulo Zgromadzenia mego, y przez toż Zgromadzenie akceptowaną y approbowaną. Teraz tylko dopraszam się WWmo Pana Dobrodzieja Łaski, abyś mnie uprzeymie raczył do ea Benevolentia całey Przesławney Akademii, na ktorey zupełnie w tym moim żądaniu polegaię ze wszystkim pragnę. Ogłosiłem się tu w pobliskości do Jmci X. Rektora Poznańskiego w tym interesie, w czym mnie wczoray ze wszystkim do WWmy Pana Dobrodzieja iako Rządcy całey Przesławney Akademii: Czekaią więc już będę zupełnego mnie ułatwienia y upewnienia o Łasce

J

y Dobroci swoiey, a Ja spozobie się zechcy na uszczlicie Rodzaty dal-
sze, y moje Kierowäe Laley zamysły, z Klorych wyrażeniem oraz z po-
winnym Vspanowaniem zostawäe pragnę.

Perillustris Magnifice et Reverendissime
Dominationis Vestrae
Addictissimus et Obsequentissimus servus.
z Trzemeszna d 25. Februarii Michäel Kosmowski
1773. Abbas Tremesnensis.

Actum quoque et auscultatum fuit solemnis et officiosi actus Perillustris ac Venerabilis Capituli Canonicorum Lateranensium Congregationis Tremesnensis die vigesima secunda Februarii Anni currentis celebrati Instrumentum authenticum, pariter laudatissimam memoratam Intentionem et Dispositionem Illmi et Rdmi Abbatis sui, uti pientissimi et liberalissimi Fundatoris, in omnibus et singulis Punctis, Clausulis, modisque et obligationibus summopere acceptantis, eamq unanimi consensu et voto approbantis. Cujus quidem Instrumenti tenor est, ut sequitur:

Actum in Capitulo Congregationis
Tremesnensis Annō Dñi Millesimō
Septingentesimo Septuagesimo Tertio
Die vigesima secunda Mensis Februarii.

Celebratum est Capitulum Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium in Monasterio Tremesnensi sub Praesidentia Illustrissimi et Rdissimi Domini Michäelis Kosmowski Congregationis praefatae Canonicorum Lateranen Abbatis Congregatis Nobis omnibus infrascriptis Capitularibus, seu praedictum Capitulum intrantibus, atque specialiter ad Actum presentem convocatis, in quo quidem Capitulo taliter ut premissum est celebrato, ac in forma debita constituto, aperuit mentem suam nunquam satis laudatissimam praefatus Illustrissimus Abbas, quomodo Ipse principaliter ad augendum et promovendum Cultum Divinum circa suam Ecclesiam Abbatialem Tremesnensem non modo providendo Bono publico ad mentem Constitutionis Regni Secularium, verum etiam Ecclesiasticarum, succurrendo quoque omni meliori modo Carissimae Nobilium in Regno Juventuti, medium alias non habenti, unde tum in bonis moribus, sicut in artibus et Scientiis generum suum possit excolere ingenium, Patriumque suum ad publicos Patriae et Ecclesiae usus impendere, pijssimo ac laudatissimo Constituto apud se proposito intendat, pro alendis, fovendis, et studijs operam navantibus duodecim Alumnis, a latere Cemeterii Ecclesiae, nempe in loco, ubi hortus plantatus ab antiquo exstiterat, novam à fundamentis Domum erigere, eandemque in Publicum Duodecem Nobilium Juvenum Convictum convertere, taliterque ibidem praeditos Duodecem Nobiles Alumnos justa Secretivam à se faciendam ordinationem continuè ac perpetuò fovere, pro omnique meliori Eorum in Studijs augmento Tres Professores ex Universitate Cracoviensi conducere, jisdemque praeter honestam sustentationem, Congruum stipendium, seu alias annuam pensionem designare, ad quam effectum ut tam praefati Duodecem Alumni Nobiles, sint et dicti Professores Scholas ibidem docentes, sustentari, perpetuoque conservari possint. Is idem praefatus Illmus Abbas pro hujusmodi Alumnorum et

Professorum subsistentia et sufficientia, de propria mensa Abbatiali, seu aliàs de suis noviter acquisitis Bonis in Dotem perpetuam, præprimis Novam Coloniam vulgò Kozłowek dictam, et in Parochia Tremesnensi sitam, à radice per se constructam, cum suo ibidem Prædio et Scultetia, Pratisque sibi adjacentibus Rudy nuncupatis. Alteram Coloniam ad præsens in Villam redactam vulgò Kamionek dictam, super qua duntaxat Census ab Incolis ejusdem Villæ penditur, cum suo taliter pendi solito integro Censu, necnon omnibus fructibus, pertinentiis, obventionibus quibuscumque hinc inde provenientibus: Tertiam itidem Coloniam Novam Ostrowek appellatam, seu pariter super eadem Colonia Censum æquè ab Incolis ejusdem Villæ constitutum solvi solitum cum omnibus suis emolumentis ac fructibus quoquomodo abinde evenientibus, in Parochia Camenecensi sitis, præfato Convictui Duodecem Nobilium Alumnorum assignat, applicat, incorporat et condescendit. Insuper ut præfati Duodecem Nobiles Alumni præter victum suamque congruam sustentationem, amictum quoque seu vestes Talares Coloris Violacei, permodum habitus Clericalis, pro usu et commodo Ecclesiæ Tremesnensis continuò portent et habeant, taliterque victum et amictum in præfato Convictu participent; Idem qui suprà Illmus Abbas ad eundem effectum Villam suam antiquam Abbatialem Bieslin vocitatam, suæ Congregationi Tremesnensi seu aliàs ad mensam Communitatis perpetuò ac in ævum condescendit, dat et appropriat: nihil ampliùs Juris ac utilitatis sibi suisque Succedaneis Abbatibus, tam super prædictis et recensitis superiùs Novis Coloniis, sicut super eadem Villa Bieslin reservando, cum hac scilicet annexa eidem præfatæ Congregationi suæ Tremesnensi perpetua obligatione, ut de Proventibus ejusdem Villæ Bieslin participatis seu participandis, nulla obstante calamitate pro eodem amictu Duodecem Nobilibus Alumnis comparando, quotannis pro Festo S. Martini Eppi Quingentos Florenos Polonicales ad manus Illustris Præfecti Ejusdem Convictus exsolvat et enumeret. Quoties autem in eodem Convictu unum vel plures Alumnos vacare contigerit, protunc Illmus Abbas cum tota sua Communitate, alium sive alios in locum vacantem Alumnos præsentare, et ad dictum Convictum commendare jus et potestatem habebunt, exindeque prædictus Convictus Nobilium non aliter, nisi sub continua protectione Illmi Abbatis Tremesnen totiusque Congregationis ejusdem permanere et subsistere debebit. Iidem verò præfati Duodecem Nobiles Alumni, seu aliàs in dicto Convictu manentes, intuitu hujusmodi Fundationis suæ tenebuntur quotidie Officium Parvum de Bæ V. Maria more Clericorum, idque horis seorsivè constituendis bis de die, scilicet mane et vespere. Item Psalterium sub tempus pausarum, illudque tam diurnum, quàm nocturnum more ad præsens practicari solito, sive per se, sive per alium ab Illri Præfecto Convictûs destinandum, in Ecclesia decantare et absolvere. Præterea tenebuntur solemnioribus Festis, vel quotiescumque Ssmæ Eucharistiæ Expositio in Altari facta fuerit, tum Sacrificiis Missæ, aliisque Cæremoniis Ecclesiasticis more Clericorum assistere. Studiosi verò reliqui quotquot præter dictos Commensales Alumnos in hisce Scholis Tremesnensibus Studiis operam dare voluerint, obligabuntur quotidie horâ primâ pomeridianâ Officium de Immaculata Conceptione Bæ V. Mariæ in Ecclesia decantare, ac quoties opus fuerit, præcipuè ex Infima Schola ad Sacrificia Missæ ministrare, taliterque se non tantùm in Studiis, quæ tractabuntur, verùm etiam in obsequiis Ecclesiæ promptos et idoneos demonstrabunt. Verùm ut hæc singula accuratiùs per dictos Alumnos et Scho-

larum Discipulos sine ulla unquam intermissione expediri possint, Illmis Praefectus Convictus, tum Clarissimi Domini Scholarum Professores super omnibus praemissis, idque sub onere conscientiae, diligentem curam et animadversionem habere, ad eaque munia Ecclesiastica rite et exacte obeunda, Alumnos praefatos et Scholarum Discipulos in iis omnibus debite peragendis instruere ac informare curabunt. Qui quidem Clarissimi Professores ex Universitate Cracoviensi ad docendos et instruendos Alumnos praefatos, necnon alios Scholares continuò tres in praefato Convictu conservabuntur: Quorum primus in dicto Convictu Theologiam Moralem et Philosophiam distinctis temporibus tradet: alter Scholam Rhetoricam junctim cum Poësi: Tertius verò Syntaxim et Grammaticam, necnon Infimistis prima Scientiarum Rudimenta tradere, et juxta seorsivam faciendam ordinationem circa Statuta ejusdem Convictus, Scholas praedictas docere tenebuntur. Qui idem verò primus Professor Theologiae et Philosophiae fuerit, is idem Regimen in Convictu, jam verò curam et dispositionem oeconomicam in praefatis omnibus Coloniis seu Villis supraspecificatis gerere, ad mensam dispensare, Familiam fovere, et omnium curam habere adstrictus erit. De Perceptis verò et Expensis quolibet Anno, idque circa Festum S. Martini Eppi Rationes sive coram Ipso Illmo Abbate, vel Priore Congregationis Tremesnen, seu coram aliis ab eodem Illmo Abbate deputandis, facere tenebitur. Nullus verò ex praedictis Clarissimis Professoribus ad ea, quae muneris et officii Claustralis fuerint, sive ad ea, quae ex vi Erectionis suae suorumque Privilegiorum praefatum Monasterium ab antiquo possidet, quoquomodo se ingerere vel immiscere, vel aliquod praejudicium facere unquam debebit vel attentabit, quod sibi praesentibus dictum Monasterium Tremesnense per omnia cavet. Quam quidem Pientissimam Illmi Abbatis altè memorati Intentionem, Dispositionem seu Ordinationem, taliter ut praemissum est, brevi faciendam, cum gratissima acceptione audivit Tota Congregatio Capituli praefati Tremesnensis, Eandemque uti non solum ad Cultum DEI sese regulantem, verùm etiam ad Bonum Publicum, suaeque Ecclesiae Tremesnensis singularissimum ornamentum, decus et utilitatem, cum omni commodo dispositam, maturis consiliis praehabitis, plenaque deliberatione facta, signanter verò attento eo, quod per ejusmodi dictarum Coloniarum seu Villarum ad mensam Abbatialem spectantium, praedicto Convictui applicationem et incorporationem, neque Abbati pro tempore existenti aliquod exinde damnum vel praejudicium est concessurum; ex quo longè majores Proventus, ut antea fuerunt, praefatus Illmus Abbas Mensae Abbatiali in posterum accommodaverit: attento pariter eo, quod neque Congregationi Tremesnensi aliqua hinc damnificatio subsecuta fuerit, quinimo majus ejusdem et Ecclesiae suae decus et utilitas accreverit: Itaque praemissa gratiarum actione toties memorato Illmo Abbati uti Pientissimo et Liberalissimo Fundatori, hancce laudatissimam memoratam Intentionem et dispositionem, in omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus et obligationibus summopere acceptavit, Eamque unanimi omnium consensu et voto approbavit, praesentibusque approbat, ac Actis Capituli Congregationis suae ingrossari voluit, et ut quantocyus Is idem Illmus Abbas omnia et singula superiùs praemissa, ad perfectissimum omni meliori modo deducat effectum, necnon in singulis praemissis opportunas Facultates, Libertates, ac quaevis necessaria de Jure pro stabiliendo in perpetuum praedicto Convictu Remedia et Privilegia procurari faciat, enixissimè precatur, seque verò cum suis Succedaneis Capitularibus, ea singula taliter ut praemissum est, perpetuò ac in aevum inviolabi-

liter servare, tenere, dare et praestare obligat, hoc suo Decreto ad praemissa mediante. Praesentibus Congregationis Capituli Tremesnensis Capitularibus, Viris nempe Perillustribus et Illustribus Adm Rndis Stanislao Wandkowski Congregationis Tremesnensis Priore, ac Praeposito Gorensi, Antonio Roszkowski Vice-Priore, Francisco Krauze Custode, Valentino Kędzierski Praeposito Camenecensi, Francisco Wieczyński Praeposito Villatoriensi, Constantino Rożalski Procuratore Causarum, Paulo Drydzinski, Antonio Rossa, Ludovico Lukomski, Michaële Morawski Bonorum Claustralium Provisore, Canonicis Regularibus Lateranensibus Domus Tremesnensis Professis, et me Casimiro Rosołkiewicz Canonico ejusdem Congregationis, ac Actorum Capituli Secretario.

Michaël Kosmowski
Abbas Tremesnensis mp
Stanislaus Wandkowski Prior Tremesnensis mp.
Antonius Roszkowski Vice-Prior Tremesnensis mp
Casimirus Rosołkiewicz Scrius Capli mp.

Et Universitas ex omnium Facultatum Doctoribus et Professoribus plenè congregata, zelum et liberalitatem circa Litteras et Viros Litteratos altè memorati Illmi et Rdmi Dni Abbatis Tremesnensis maximopere laudavit, novum hocce Collegium seu Convictum duodecem Adolescentum Nobilium, rarâ isto praesertim saeculo, omnibus venturae Posteritatis laudibus celebrandi Praesulis munificentiâ erigendum, ac per Professores Cracovienses Academicos instituendum, regendum et administrandum gratissimo animo acceptavit, eidemque Illmo et Rndmo D. Abbati pro ejusmodi praeclara in Academiam propensione, solemnem gratiarum actionem instituendam, Litteras suas et Actum Authenticum Perillustris ac venerabilis Capituli Congregationis Tremesnensis, ad perpetuam tanti beneficii memoriam Publicis Academiae Fastis inserenda decrevit, subjunctis nonnullis animadversionibus et desideriis suis mox specificandis, atque Illmo et Rdmo D. Abbati Fundatori communicandis hac sua Conclusione ad praemissa mediante.

1mò. Desiderat scire Universitas integram dotem futuri Convictus seu Collegii, tam super redditibus Villae Kozłowek, quàm super Censibus Villarum Kamionek, Ostrowek et Bieslin locatam et assecuratam, quatenus inde de sufficienti subsistentia subministrandorum Professorum tantò certior reddi possit.

2do. Floreni Quingenti pro vestitu Talari Violacei Coloris propter Duodecim Nobiles Alumnos ex Villa Bieslin proventuri, non videntur posse sufficere, nisi fortasse purè pro ejusmodi expensis aliud distinctum capitale provisum fuerit.

3tiò. Conservatio et Reparatio aedificiorum Collegii seu Convictûs undenam in posterum haberi possit, et per quem aut quos fieri debebit, rogat informari Universitas.

4tò. Advectio et revectio Professorum singulis trienniis juxta morem aliarum Coloniarum Academicarum, tum sufficientia itineris subsidia, nondum videntur esse provisa, siquidem in Actu Capituli Inclytae Congregationis nullam super praemissis mentionem legimus.

5tò. Et quoniam Illmus et Rdmus D. Abbas Fundator in Litteris suis ad Magnificum et Amplissimum D. Rectorem directis mentionem facit de distincta Ordinatione sua circa salaria et mensam tam Professorum quàm Alumnorum, itaque ejusdem

dem Ordinationis communicationem sibi faciendam Universitas exposulat, certeque confidit in summa liberalitate et providentia pientissimi Fundatoris, illam ita disponendam et regulandam esse, ut laboriosum Professorum honesta vitae sustentatio, et promerita suis laboribus consolatio nequaquam sit defutura.

6to. Desiderat item Universitas explorata habere mentem Illmi et Rdmi D. Abbatis Fundatoris circa dispositionem studii Philosophici et Theologici moralis ab uno eodemque Professore pertractandi, quibus nam intervallis unum et alterum cursum suum sit habiturum? quandoquidem perspectum est pluribus intentum minorem reddi ad singulos sensum.

7mo. Administratio Bonorum, Censuum vindicatio, cura de victu et vestitu Alumnorum et Professorum, et similia hujus generis, juxta tenorem decisionis Capitularis Indytae Congregationis commissa sunt Praefecto Convictus, quod quidem onus cum obligatione quotidianae Lectionis et interni regiminis Collegii, difficile admodum videtur, ut una cohaerere possit. Haec igitur in parte dignabitur Illmus et Rdmus D. Abbas Fundator aliquod medium expediens adinvenire, quo et integritati studii et rectae administrationi rei oeconomicae succurratur.

8vo. Visitatio Collegii exigendi pro more et consuetudine Universitatis singulis triennii, aut tunc, dum necessitas postulaverit, peragenda, semper apud nos perquam necessaria est judicata. Itaque certam annuatim reservandam Quotam Pecuniariam pro viatico Generalis Visitatoris Coloniarum, item alteram Quotam Pecuniariam pro cura Universitatis, seu Provisoris in subministrandis Collegio fundando Professoribus, atque simul pro Expensis Litterarum Cursoriarum Hinc inde dirigendarum, alto Judicio et discretioni Illmi et Rdmi D. Abbatis Fundatoris Universitas submittit.

9no. Ut veri Fundatio et Erectio intenti Collegii rum et robur perpetuitatis habere possit, rogatur Illmus et Rdmus D. Abbas Fundator, quatenus Beneplacitum Apostolicum et Constitutionem ordinis Regni approbativam in futuris proximè Comitiis Fundationis, Erectionis et Dotationis sine velit impetrare.

Quod attinet Impetrationem Beneplaciti Apostolici conformiter ad Litteras Perillustris Admi et admi Rdi Dni M. Francisci Minocchi J. U. professi, Academiae nostrae Posnanensis Rectoris, hac in causa Magnifico et Amplissimo Dno Universitatis nostrae Rectori directas, operam suam sedi navaturam Universitas pollicetur. Et quamvis Celsissimus Princeps Universitatis Patronus Cancellarius Gravissimus, de hujusmodi Collegii seu Convictus Erectione et Fundatione, et parte Universitatis jam plene sit informatus, consentiens nihilominus judicatur, quatenus Illmus et Rdmus D. Abbas Fundator pro impetranda ordinum Regni Fundationis suae approbatione tam Celsitudinem suam Illustrissimam, quam Excellentissimum Illmum et Rdmum Dnum Supremum Regni Cancellarium, distinctis suis Litteris rogare velit, ut junctis viribus et intercessionibus tantopere exoptatum salutare opus maturum effectum et eventum, firmitatemque perpetuam sortiri possit.

Et ita resolutum, decisum et conclusum est, praesentibus Perillustribus, Illustribus Clarissimis Excellentissimis Reverendissimis et admodum Reverendis Dominis M. Antonio Korzeniowski Collegiatae S. Stephani Praeposito, Universitatis Seniore Patre, M. Antonio Zolz-

dziewski Cathedrali Cracovienſi Canonico, Collegii Majoris Seniore Patre. M. Joſepho Decker Collegiatæ S. Floriani Decano, Sacræ Theologiæ Doctoribus et Profeſſoribus. M. Andrea Lipieniſ Canonico Cathedrali Cracovienſi Electo, U. J. Doctore et Profeſſore, M. Joanne Ramotin, M. Andrea Badurſki Medicinæ et Philoſophiæ Doctoribus et Profeſſoribus. M. Jacobo Wiegonieſki Collegiatæ S. Annæ Decano, M. Michaële Mrugaczewſki Cancellario Cracovienſi, M. Adalberto Poklewſki Cancellario Lancicienſi, Sacræ Theologiæ, M. Stanislao Pierzchowicz Collegiatæ SS. OO. Cancellario, J. U. Præſentato, M. Stanislao Patelski, M. Antonio Cerchawſki, M. Andrea Bojanſki, M. Casimiro Czernieſki Collegiatæ S. Floriani Canonicis, Sacræ Theologiæ Profeſſoribus, M. Adamo Jagielski Collegiatæ S. Annæ Scholaſtico, M. Franciſco Maſiewſki ejuſdem Collegiatæ Archidiacono, Philoſophiæ Doctoribus et Regiis Profeſſoribus, M. Carolo Marxen Collegiatæ SS. OO. Archidiacono, M. Franciſco Cwierzonieſki ejuſdem Collegiatæ Canonico, U. J. Profeſſoribus. M. Andrea Niedzwieckiſki Collegiatæ S. Annæ Cancellario, Oratore Pyliciano, M. Franciſco Kolendowicz Collegiatæ S. Annæ Canonico, M. Petro Rydutſki Collegiatæ SS. OO. Canonico, Philoſophiæ Doctoribus et Profeſſoribus, Anno M. Joſepho Putanowicz Collegiatæ SS. OO. Præpoſito, Sacræ Theologiæ Doctore, interea Artiſtarum Decano, et Univerſitatis Secretario.

Reſponſum Magnifici et Amplißimi Domini Univerſitatis noſtræ Rectoris ad Literas Illmi Abbatis Tremeſrenſis hic fol. 164. prædinsertas.

Illuſtriſſime Sc.

Za oſobliwszy Cud Opatrzności poczytać należy, iż w tym naszym wieku, gdy wszyscy niemal żądaią dobrego ćwiczenia Młodzi, i zachęcenia, żeby do Nauk, przecięż znalazł się takowy Mąż w ſwoiey oſobie JW. Pana Dobrowieja, ktory nie przestaiąc na czczym życzeniu, powszechne pragnienia szczodrobliwą ręką w skutku samym wiścić usłuże.

Pobożne y chwalebne zamysły Jego przełożyłem Igromadzonym na Dniu wczorayszym Akademii Panom, które iednomyślnie i iednomyślnie są przyięte, iako obszerniey opiewa authentyczne Univerſitatis Reſultatum.

A że JW. Pan Dobrowieiey raczył w uskutecznieniu zamysłów swych znosić się z zdaniem y myślą Akademii naszey, przyłączam niektore uwagi z strony naszey, y onez do ustawicznych wyższemu Panskiemu zdaniu poddaię.

Wdzięczność dobroczynnym Fundatorom zawsze przynależyta nie mygasnie w sercach tych, ktorzy iey z obowiązku dwoiego innych nadsłaią. Mam honor zostawać z tak nayprzyzwoitszym uszanowaniem Sc.

Die 27. Martii 1773.

Convocationum supra allegatarum puncta, gnoniam fidelitas per suas Concluſiones, suis in materiis, latas, per totam Univerſitatem docta ſint, juxta Originales Cl. Decani ac Secretarij connotationes, oſtenſe mihi conſtat, proinde ob majorem Fidem cardem Subſcribo Cleparidis ad S. Florianum. Aº 1773 die 2da Maij.

M. Antymus Jo Bąkowski, S. Th. Dr. Facultatis Sacræ Decanus mp

M. Andreas Lipieniſ Utr. Dr & Prof. Facultt Juridicæ Decanus mp

M. Josephus Putanowicz Sc. Theol. Dr, Archipresbyterum Decanus mpp

CONVOCATIO 5ta
CC. DD. Decanorum.

Annô quo supra 1773. Die verô Lunæ 29. Mensis Martii. celebrata fuit publica Convocatio Clarissimorum Dominorum omnium Facultatum Universitatis Decanorum, ex tradita stylo et forma solitâ. Quæ ad exigendas Rationes omnium et singulorum Contuberniorum et Borcanarum, tum quoque nonnullarum Fundationum, ad officium Rectoris et Decanorum omnium Facultatum spectantium, juxta antiquum et laudabilem morem Universitatis Nostræ. Et Contuberniorum quidem Hierosolymitani, Jagiellonicani, Philosophorum, Starnigielciani et Siciniani. Fundationem verô Novodworciane, Rosszkoviane, Garvaciane, pro Oratore, et Philippowiciane pro Capella Musicorum ordinatæ. Ac tandem Borcanarum, utpote Alexandrowiane, Baranowiane, Borcowiane, Beranciane, Borowiane, Brodziane, Haszkowiane, Olenkowiane, Beczadiane, Przewerciane, Jablonkiane, Janidorowiane, Karnkowiane, Lepiecciane, Lgcciane, Luczkowiciane, Lubieniane, Zamoyciane, Pulczyciane, Rauberciane, Stradzenskiane, Streniawiane, Stężyckiane, Szamotuliane, Orzechowiane, Valeszyniane, Dembińciane, Fulcaniane et aliarum. Cui Convocationi dato loco, fecerunt Perillustres Admi Admus Admi Rndi, Illres, Admi DD. respectivorum Contuberniorum, Fundationum, et Borcanarum Provisores Rationes, tali ut sequitur modo.

Perillustris Admus et adm Rndus D. M. Antonius Krzywicki S.T.D. et
Ex Contubernio Hierosolymitano ostendit in Perceptis Fl. 1796.
in Expensis Fl. 2044. gr. 9.
Superant Expensa Percepta 1040. gr. 9.

Ex Borcana Lgcciana ostendit . . in Perceptis —— —
in Expensis Fl. 60 gr. 5.

Ex Borcana Szamotuliana ostendit in Perceptis Fl. 70
in Expensis Fl. 32. 24.
Superant Percepta 37. 6.

Ex Borcana Dembinciana ostendit in Perceptis Fl. 8. 21.
in Expensis Fl. 40. 16.
Superant Expensa 31. 25.

Perillris et Admus D. M. Antonius Lotz Dziewicki S. Th. Dr et Prof
Ex Contubernio Starnigielciano ostendit in Perceptis Fl. 2908. 22.
in Expensis Fl. 2197. 21.
Superant Percepta 711. 1.

Ex Fundatione Roszczeviana ostendit in Perceptis Fl. 996. 11.
in Expensis. — 558. —
Ex Contubernio Siliniano, et Semina- Superant Percepta. — 438. 11.
rio, et unà ex Borcana Luckieviana ostendit in Perceptis Fl. 7142. 2.
in Expensis — 6597. 19.
Superant Percepta. — 544. 13.

Perillris Clmus et adm Rndus D. M. Josephus Declos S. Th. Dr et Prfr
Ex Contubernio Philosophorum ostendit in Perceptis Fl. 1008. 4.
in Expensis Fl. 1025. 13½ Sol. 2.
Superant Expensa Fl. 017. 8½ Sol. 2.

Ex Borcana Szreniaviana ostendit in Perceptis Fl. — —
in Expensis Fl. 63. 27.

Ex Fundatione Novodvorsciana ostendit in Perceptis Fl. 4. 15.
in Expensis Fl. 42. —
Superant Expensa 37. 15.

Ex Fundatione Garvasciana ostendit in Perceptis Fl. 210.
in Expensis 493. 0.
Superant Expensa 283. 0.

Ex Borcana Borcoviana ostendit in Perceptis Fl. — 165. 16.
in Expensis 75. 20.
Superant Percepta 89. 26.

Ex Borcana Siradiensi ostendit in Perceptis Fl. - - 154. 21⅔
in Expensis — 43. 15.
Superant Percepta 111. 6⅔

Ex Borcana Precsladiana ostendit in Perceptis Fl. - - 94. 20.
in Expensis - - 76.
Superant Percepta 18. 20.

Perillris Clmus et adm Rndus D. M. Stanislaus Fickiewicz J. U. Pr.
Ex Borcana Lepiecciana ostendit in Perceptis Fl. — 492. 23.
in Expensis - - 84. 12.
Superant Percepta — 408. 11.

Idem Perillustris Dnus, nomine Illustris et adm Rndi D. Cantii Tarski Ecclesiae Collegiatae S. Annae Canonici Poenitentiarii, uti Provisoris Capellae Musicorum per Universitatem Electi
Ex Fundatione Philippoviciana et aliis accidentariis obventionibus Capellae Musicorum ostendit in Perceptis Fl. 3921. 7.
in Expensis — 3724. 22.
Superant Percepta Fl. 196. 15.

Salvô debito eidem Illustri Dnô Provisori ex Anno praeterito 1771. in Ao 1772. finito, Florenorum Polonical. 415. 13. in Rationes praesentes minime inducto.
Illris Clmus et adm Rndus D. M. Casimirus Czerwinski S. Th. Prfr
Ex Borcana Janidloviana ostendit in Perceptis Fl. - - - 171. 28.
in Expensis — 12.
Superant Percepta — 159. 28.

Ex Borcana Boracciana ostendit in Perceptis Fl. - - 21.
in Expensis — 17. 18.
Superant Percepta. 3. 12.

Ex Borcana Jablonsciana ostendit in Perceptis Fl. - - 360.
in Expensis 139. 25.
Superant Percepta 220. 5.

Illris Clmus et adm Rndus D. M. Franciscus Mąsiorski Phie Dr et Prfr
Ex Borcana Baranoviana ostendit in Perceptis Fl. 173. 15.
in Expensis Fl. 38.
Superant Percepta 135. 15.

Illris Clmus et adm Rndus D. M. Franciscus Kolendowicz Cont. Jagell. Sr
Ex Contubernio Jagielloniano ostendit in Perceptis Fl. 1359.
in Expensis — 2247. 13.
Superant Expensa Fl. 888. 13.

Ex Borcana Boroviana ostendit in Perceptis Fl. - - - 145. 7.
in Expensis Fl. 44. 15.
Superant Percepta Fl. 100. 22.

Quas quidem Rationes omnium et singulorum Perillustrium Illustrium Carissimorum Reverendissimi et adm Rnderum DD. supra memoratorum Contuberniorum, Fundationum et Borcanarum Provisorum, uti fideliter, diligenter et exactè factas, praesens Officium Rectorale cum Decanis Facultatum approbandas esse censuit, et reipsa approbat, hac sua Conclusione ad praemissa mediante.

Reliquarum verò Borcanarum, uti: Alexandrovianae, Boranscianae, Brosciane, Haszkovianae, Obłonkovianae, Przeworsciane, Karnkovianae, Lukinianae, Zamoysciane, Pulczovianae, Raciborsciane, Stęzyciensis, Trzeciakovianae, Valeszynianae, Fusovianae, Rationes desiderantur.

Supra insertae Conclusiones tam anteriorum Convocationum Almae Universitatis quam successivè CC. DD. Decanorum, latae ac publicatae quod concordent cum suis Originalibus, et fideliter quo ad omnia Puncta connotatae sunt, attestor, et me subscribo. Clepardiae anno Dni 1223 die 5 Maij.

M. Antonius Krzyżanowski S. Th. doctor, Sacrae Facultatis Decanus, Universitatis Senior Pater

M. Andreas Lipiewicz UJDr et Prfr Facultatis Juridicae Decanus mpp

M. Josephus Putanowicz Sae Thae Dr. Artistarum Decanus mpp

RECTORATU 2do.

Magnifici Perillustris et Admodum Reverendi
Domini D. M. Ioannis Josephi

RYGALSKI

Sacræ Theologiæ Doctoris et Professoris, Collegæ Majoris Ecclesiarum Collegiatæ S. Floriani Clepardiæ ad Cracovias Custodis, Parochialis in Antiqua Korczyn Curati, Contubernii Geloniani et Colonie Academicæ Neo-Corcinensis Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis

AMPLISSIMI RECTORIS.

Annô Domini 1779. Die Mercurii 26. Mensis Maji, Celebratum fuit Patrum et Doctorum Universitatis

CONSILIUM

in quo Almô Retulit Magnificus Dominus Rector, datas ad se fuisse binas Litteras ab Illmo Abbate Tremesnensi. Primas quidem de tenore sequenti =

1. Z jako naypowinnieyszą uważnością przyiąłem listowne WWW. Pana Dobrodzieja swey łaski oświadczenie, wraz z przyłączonemi y mnie do ułatwienia podanemi reflexyami, które z rąk będącego u mnie z umysłu Jmci X. Rektora Poznańskiego odebrałem 6 22. Aprilis. Znam się do powinności jako naypoślejszego odpisania przerzeczone reflexye, te jako prędko gotowe będą według wszelkiey należytości oddam na ręce tegoż Jmci X. Rektora Poznań. z tą uprzednią że dokładnie odpisane znaydą dla siebie akceptacyą żądaną. Że w tych mi poddanych reflexyach iest tyto, abym na teraźnieyszym Seymie przyszłym starania do wymożenia Approbacyi, czynić raczył, by zadosyć z powinnym pośpiechem, y żebym iako nayskuteczniey mógł tą otrzymać, zazyciem sposobu arcyskutecznego nabycia dwieyże przez Jmci X. Rektora Poznań. tegom uprosił, aby moie Listy z sobą zabrawszy wraz z memoryałem, przy assystencyi będzie z Zgromadzenia mego sam w Warszawie będącego, interes ten do swego doprowadził końca, spodziewam się że przez wzgląd interessowania się osoby activitatem maiącey Tatuo bystrynie skutek żądz moich. Oświadczony staruneł Almæ Universitatis wyżednania á S. Sede Beneplacité, czyni mię, y ubiespieczaią cym w myśli zamierzoney, y do zadzięczenia cum expressione expensow naypowinnieyszym. Oświadczam przytym moię powolność na usługi Almæ Universitatis; iuż Collegium w znacznych początkach zostaie pod opieką pośpiesznych Rzemieślników, iuż y w ofiarowanych na te fundusze Kwotach rzeczy przychodzą do końca swego. Zostaie mi tylko dalszym Talentom polecić tę moię czynność WWm. Pana Dobrodzieja, y względom Almæ Universitatis. Zostaie z należytą uległością

Perillis Rhdmæ et Magnificæ Dominationis
Servus addictissimus
M. Kosmowski M. Bremesnen.
mp.

d 30. April. 1779.

Alias verò de tenore sequenti=

Responsum ad Propositiones Almæ et Universalis Universitatis
1º Cracoviensis respectu erigendi Collegii Nobilium in Tremesna.

Ut novella plantatio Collegii Nobilium Iuventutis alendæ, vestiendæ, et educandæ validissimò inniteretur fundamento, provisum est maturè de omnibus ita, ut tam alumnis ibi degentibus, quàm Dignissimis Professoribus in perpetuum eo transmittendis nihil desit in cunctis; imo potiùs sunt omnes adinventi modi, per quos robur et omnem stabilitatem hæc pauper Pauperum Nobilium Fundatio acquireret.

1mò. Novo excultum Prædium prope Tremesnam situatum, agris sufficientibus provisum, pecoribus ad usum dotatum, hominibus ad colendos agros auctum, Kozłowek vocatum, ex se panem, Cerevisiam, pullos, olera subministrare valebit, et si quid non valebit præstare, ex proventibus Villarum perceptæ compensabitur. Præter prædictum Prædium Kozłowek, est Villa Kozłowek dicta, in qua Scultetus cum septem Colonis suis solvunt quotannis regulariter Fl. 891. g. 20. laborat quilibet eorum in agris prædialibus in anno sex diebus aratris, et tribus diebus personales labores præstant singuli. Insuper quilibet ex prædictis Colonis dat suos Capones seu gallos. Pratum etiam adjacens huic prædio adfert emolumentum sufficiens ad pabulandum Inventarium locale. Villa Ostrowek dat Fl. 329. g. 20. itidem quotannis, et tres Coloni ejusdem Possessores similiter illos gallos dant, et pro laboribus ab ipsis debitis per sex currus lignorum sectorum in usum Collegii quilibet eorum apportare tenebitur. Villa Kamionek solvit Fl. Pol. 886. g. 20. ibidemque Scultetus et Coloni sunt 5. solvunt etiam gallos quilibet duos, et quilibet sex currus lignorum advehere tenebitur. Villa Bieslin Mensæ Communitatis meæ applicata cum onere solvendi ex ea Fl. Pol. 500. Appromitto Summam Fl. Pol. 20000. locandam in Bonis mundis et propinquis, postquam fabricam Collegii perfecero, ex qua per 5. à 100. provenient Fl. Polon. 1000. Summa Proventûs exceptò prædiò satis proficuo, efficit Fl. Polon. 3608. Ex Summa hac quotannis assignatur in salarium trium Professorum Fl. 1000. et mensa communis cum alumnis, quo quota in quali quantitate cui distribuenda erit, determinare dignabitur Alma Universitas. Ut autem non in solo pane vivant, et omnis sufficientia sit cum moderamine adæquata, potest qualibet Septimana expensari pro Carne, piscibus &c. &c. Candelis, fullonibus &c. &c. Flor. 30. efficiet pro integro anno Summam Fl. 1560. restabit Summa Fl. 1048. Quæ in triennio efficiet Summam Fl. 3144.

Pro vestitu tam novo, quam reparatione /: qui distribuetur pro 18. mensibus, aliàs bis in triennio :/ item pro palliis, pileis, indusiis, rochetis absque manicis, calceamentis, calceis, et aliis necessariis omni triennio ad maximum expendentur Fl. 2144. Quam ultimò restantem Summam in 3. partes exdividendam judico: prima pars cedet pro Vialibus Dignissimorum Professorum: altera pro mentionato Perillri Provisore in Alma Universitate manente: tertia pro Conservatione tectorum. Jam verò propter amovendas alias Expensas Perillris et Rdmus ac Magnificus Rector Universitatis dignabitur committere vices visitandi hoc Collegium et Scholas Perillri ac Rmo Rectori Posnaniensi propter vicinitatem, aliàs non permittit exiguitas proventuum meorum majorem excogitare proventum, quam hunc, qui putatur certò esse sufficiens, utpote in hac parte ubi viliori pretio et omnia emuntur, et caristia rarior, modo Ter Opti-

mus Deus misericorditer præsentem plagam amoveat. Præterea in Collegio hoc dabuntur commodissima sex hospitia ad conducendum: ex his utpote accidentalis proventus cedat necesse Perillri Præfecto prædicti Collegii sive Rectori præter destinandum stipendium. Possunt et accidentia industriosè acquiri in prædictis Coloniis, quæ cedent in augmentum pensionis Præfecti seu Rectoris Collegii.

2dò. Quia nondum ad seorsivam Ordinationem mentionatam in Decreto Capituli mei Tremesnen deveniri potuit ob varias distractiones, persvasum esse peto Almæ Universitati, nihil novi in ea excogitandum fore, præter partim expressa in prædicto Decreto, partim uti conformia cæteris similibus fundationibus. Interea eandem quantocyus transmittendam Almæ Universitati amotis modernis aliquantulum perturbationibus appromitto, ab eadem approbandam, et benignè ut spero, admittendam. Antequam hoc effectuabitur, appromissum, pateat Almæ Universitati in prædicta Ordinatione exprimenda hæc, scilicet: Quid secum quilibet Alumnorum importabit ad prædictum Collegium, ne nimis gravetur expensis fundatio. Quales eorum Alumnorum erunt obligationes, inter quas nobilissimæ erunt duæ, nimirum pia decantatio quotidie in Ecclesia mea Officii parvi B.V.M. more Mansionariorum, et Psalterii tum diurni tum nocturni per turnum, quos juvabunt alii à Clarissimis Professoribus subministrandi /: hæc decantatio Psalterii præsertim nocturni, poterit transferri in alios, si Deus permiserit mihi augere summam pro seorsivis stipendiis :/ præsertim in pauperes Studiosos, has Scholas extra fundationem frequentantes, ne nimis hac obligatione onerentur Alumni interea antequam mea ~~fundatio~~ intentio effectuabitur, tenebuntur eidem satisfacere Obligationi sub gravissima responsione coram Deo, quos provocaturus sum ad Supremum Tribunal pro defraudatione Mentis. Ideoque tam Perillris Præfectus, quàm Clarissimi Professores huic summopere attendere tenebuntur, ne intermittatur finis, ad quem hæc fundatio declinavit. Proinde præscribetur exactissimè Ordinatio, modus et omnis providebitur facilitas, ne ob prædictas Obligationes minuatur eis tempus Studiorum. Eorum pariter erit obligatio diebus solemnibus assistere tremendis Mysteriis solemniter peragendis, obsequia Professoribus per turnum, Servitia mensæ, lectio ad eandem &c &c. ut per hæc radicetur in illis omnis modestia, pietas et scientia. Ordinabitur numerus portionum, pro prandio scilicet 4. pro Cœna 3. portiones, ut cum ipsis congruam in Communi mensæ assidentes Professores habeant satisfactionem: exprimetur et id, quod prædicti Alumni non alii, quàm Nobiles Pauperes admittentur præsentati ab Abbate cum subscriptione Prioris Tremesn nomine Conventûs, etsi /: quod haud unquam spero :/ Priorem sic subscribi non contigerit, nihil obstabit ob respectum Abbatis. Tandem intrantes debebunt esse legitimè nati, annorum inchoativè ætatis suæ 13. permanebunt in fundatione ad annos ætatis inclusivè 19. Exituris ab hoc Collegio tempestivè providebuntur vestes sæculares secundùm eorum status, moderatè tamen, et dabitur recommendatio eò, quò à bono spiritu pertrahentur, et in locum eorum alii admittentur, neq vacare permittetur locus &c &c.

3tiò. Perillris Præfectus seu Rector Collegii prædicti, etsi docuerit Philosophiam et Theologiam Moralem statutis et dispositis horis, nullum puto habiturum impedimentum ob curam temporalem. Perceptio Proventuum et Dispensatio eorum nimis modicè occupabit: prædium prope, Oeconomus Villanus administrabit illud dependenter.

Census certi sine molestia vindicationis, eorum villae non distant, et non exigunt frequentes earum visitationes, nihil habebit ad aedificandum et expendendum pro villis, sunt enim in illis omnes Coloni, qui sibi ipsis extruunt omnia, et vendunt aliis ad libitum, ex quibus regulariter penduntur Census, Summa etiam ita locabitur, ut ab ea emanatae Provisionis receptio sit perfacilis, et absque mora. Dispositio Domestica, scilicet circa Culinam &c /: dummodo semel percipiet Coquus aut hospita :/ eadem dirigetur et ultra; adeoque bene persuasum judico nihil impedituram administrationem Collegii à tradendis Studiis, quae tantum horatim tradentur.

4tò. Procurationem hujus Approbationis et Fundationis ab Ordinibus Regni jam exporrectam esse et transmissam per literas denuntio Almae Universitati. Appromissam gratiose mihi expostulationem Beneplaciti Sae Sedis cum debita gratitudine accepto, omnemque refusionem expensarum assecuro, et ut sit effectuata quantocyus, enixissimè precor.

5tò. Declino ad hoc cum tali mea propensione, et toto opere hujus jam mox perficiendae structurae, et totius fundationis, ut hanc Alma Universitas Mater tot Sanctissimorum et prudentissimorum Virorum augeat, dotet et felicitet Viris piis, pacificis, prudentibus et exemplarissimis ad aedificationem, Instructionem et Regimen ejusdem. Et si permissum est assecurari Eandem Almam Universitatem in eo, quod ille, qui plantavit, suis benedictionibus rigabit, et magnum tum in Ecclesia tum in Patria incrementum dabit. Et quod Summa ac infinita Providentia exigit, id paterna misericordia proteget. Hic perspicacissimus Oculus non modo cuncta ad objectum suum benignissimè prospiciet et videbit, verùm clementissimè /: ut fiducialiter credo :/ omnia providebit. Ita ut omnia prospere sub auspiciis Almae Universitatis succedant, ita precor Almae Universitatis amicus et Servus

Datt. Tremesnae
d. 3. Maji 1773.

Michäel Kosmowski
Abb. Tremesnen mp

His utrisque Litteris lectis et auscultatis, animadverterunt Patres, Summam Septimanalem Fl. 30. pro victualibus Professorum 3. Alumnorum 12. et familiae, esse perexiguam. Quo verò attinet Summam Pensionalem Fl. Mille pro Praefecto et duobus Professoribus annuatim Salariandis assignatam, sic exdividendam censuerunt, ut Praefecto Fl. 500. Professoribus duobus divisim singulis Fl. 250. aliàs item Fl. 500. cederent.

Retulit praeterea is idem Magnificus Dnus Rector, recepisse se Litteras ab Illri Minocki J. U. Prfre Varsaviâ missas, quibus item lectis et auscultatis, Patres censuerunt respondendum esse Illri Minocki per Magnificum Dnum Rectorem, Universitatem deputandis Tremesnam Professoribus non defuturam, modo exortae ejusmodi novae Fundationi contradictiones, per Illmum Abbatem omni meliori modo plenè sopiantur.

2dò. Intulit Magnificus Dnus Rector de Generali Bonorum Universitatis Oeconomo retinendo aut mutando. Et Patres, lecta et auscultata Conclusione, hic fol. 86. et seqq. inserta, qua mediante Oeconomus est constitutus, eo etiam attento, quod licèt calamitosis temporibus, major proventus appareat sub praesenti administratione, quàm olim pacatis licèt temporibus, dum per Contractus Bona disponerentur, eumdem ipsum Generalem Bonorum Oeconomum conservandum esse concluserunt, salvis punctis et clausulis, in Convocatione Universitatis die Mercurii 10. Martii Anni Curren celebrata, fol. 159. ad 2dum expressis.

3tiò. Exposuit Magnificus Dnus Rector, necessariam esse Archivi Ordinationem, aliàs Documentorum et Privilegiorum suo

 loco, videlicet in ladis juxta seriem et numerum debitam collocationem. Ad hunc effectum deputati sunt Perillres DD. Archivistae, videlicet Perillres Adm Rndus D. M. Josephus de Clos S. Th. et Rvmus D. M. Andreas Lipiewicz J. U. Dres et Prfres, ita tamen, ut unus Eorum una die praesideat, alia verò alter. Ut verò ejusmodi Munimentorum Coordinatio quantocyus fieri possit, adduntur Illres Clmi M. Adalbertus Foltanski S. Th. M. Stanislaus Ficzkiewicz J. U. et M. Antonius Czerchawski S. Th. Professores.

4tò. Electio Concionatoris Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis in Festis Beatae, ad Convocationem Universitatis remissa.

5tò. Quantum ad Directorem Coloniae Gnesnensis, scribendum esse ad Illrem Minocki, ut Ipse Excell. Kapuscinski requirat, ut tantisper hoc officium obeat: quandoquidem Universitas nullos habet proventus, ex quibus transmittendo Professori viales impensas subministrare teneatur.

CONVOCATIO 1ma Universitatis.

Annô Domini 1773. Die verò Lunae 21. Mensis Junii. Celebrata fuit Convocatio publica Universitatis, die 20. ejusdem Mensis extradita sub forma solita: Adm Rnde Pater, Egregie Dne Dr. et Magister Vblis. Adesse dignetur Dignitas vestra die 21. Mensis Junii in communi Stuba Collegii Majoris, horâ 2da pomeridiana, dum signum pulsu campanae datum fuerit, ad resolvenda puncta sequentia:

1mò. Ad deputandum Revisores Regestrorum Generalis Oeconomi Bonorum ex Anno 1772. in Annum 1773tium.

2dò. Ad audiendum relationem de Domo Cieplowskie in fundo Kollegiackie dicto sita, et finaliter concludendum de venditione ejus, salvo Censu Terragio quotannis solvendo, tum et aliis.

3tiò. Ad eligendum Provisores Contubernii Regio-Jagelloniani et Coloniae Tarnoviensis.

4tò. Ad conferendum Concionaturam Festorum Salvatoris et Beatae in Ecclesia Cathedrali Crac post Rvmum Lipiewicz vacantem.

5tò. Ad videndum praesentari per Rdmum Decanum Facultatis Juridicae almae Universitati Illres CC. MM. Marxen et Minocki pro obtinendo Doctoratu in utroque Jure.

6tò. Ad eligendum Seniorem Contubernii Philosophorum.

7mò. Ad legendas Litteras Rdmi Abbatis Tremesnensis.

8vò. Ad effectuandam Coordinationem Archivi Universitatis.

9nò. Ad consulendum de Coloniis Posnaniensi et Culmensi, aliàs eligendos Rectores dictarum Coloniarum.

10mò. Ad referendum de Commeatibus Bonis Universitatis notabiliter impositis.

11mò. Ad reassumendam Conclusionem de Conficiendo Memoriali, ratione Pensionum ex Zuppis Vielicien et Bochnen debitarum.

12mò. Ad audiendam petitionem Collegii Minoris.

13tiò. Ad consulendum et determinandum tempus Solemnitati Actiis Canonizationis S. Joannis Cantii.

14tò. Ad disponendum de Directore et Professoribus Coloniae Albae Ducalis.

15tò. Ad legendas Litteras Nobilis Gwozdziewski.

16tò. De Coloniis Pinczoviensi et Varsaviensi.

17mò. Ad audiendum desiderium Exc. Bogucicki Romam discedere volentis. Tum ad alia si quae per Rectorem proponentur. Detur Omnibus DD. Doctoribus et Professoribus Universitatem constituentibus, sub poena non

contradicendi, et prout diligitis Bonum Commune. Ex parte Rectoris. Cui Convocationi ex omnium assensu dato loco et tempore, sequentes factæ sunt

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Revisores Regestrorum Generalis Oeconomi Bonorum Universitatis ex Aõ 1772. in Aum 1773. in fundo verificandorum, hic fol. 159. ad 2dum. deputati sunt Perillris Rdmus M. Andreas Lipiewicz J. U. Dr et Prfr. Canus Cath. Crac. et Illris Clmus Adm Rndus M. Jacobus Niegowiecki S. Th. Prfr. Collegiatæ S. Annæ Decanus.

Ad 2dum. Audita relatione per Illrem D. Procuratorem Universitatis facta, eaque bene perpensa, ac maturè considerata, censuit Universitas, vendendam esse Domum quondam Cieplowskie vocitatam, in fundo Kollegiackie dicto sitam, idque pro Summa Fl. Pol. 2200. non secus tamen nec aliter, nisi salvo Censu Terragio Fl. Pol. 30. quotannis solvendo, tum clausulis in Privilegio de littore ad Vistulam, ac de libera lignorum in eodem per Personas Academicas emptorum et conductorum repositione, utpote favore Universitatis privilegiato. Hoc insuper salvo, quod si et inquantum Universitati visum et necessarium fuerit, libera erit Eidem quovis tempore præfata ædificia justo pretio retröemendi potestas. Quodsi præsentes Emptores Domus prænominatæ eandem vendere cuipiam alteri, vel donare, vel oppignorare, vel cujuscumque generis et Nominis Contractum de ea inire quandocumque voluerint, id non aliter fieri licebit ac valebit, nisi prævio consensu expresso, ab Alma Universitate requisito et obtento, sub Nullitate Transactionis.

Ad 3tium. In Provisorem Contubernii Regio-Jagelloniani et Coloniæ Tarnoviensis, electus est Perillris et Rdmus M. Andreas Lipiewicz J. U. Dr et Prfr. Canonicus Cathedralis Cracoviensis.

Ad 4tum. Instituit petitionem conferendæ sibi Concionaturæ Festorum Salvatoris et Beatæ in Ecclesia Cath. Crac. post Rdmum M. Andream Lipiewicz vacantis. Illris Clmus Adm Rdus M. Josephus Putanowicz, S. Th. Dr, Phiæ Regius Prfr. Collega Major, Ecclesiæ Collegiatæ SS. OO. Crac. Præpositus. Cui Alma Universitas concordibus votis annuit.

Ad 5tum. Visa præsentatione per Perillrem Rdmum M. Andream Lipiewicz U. J. Drem et Prfrem. Decanum Facultatis Juridicæ, Illrium CC. M. Caroli Marxen et Francisci Minocki Academiæ Posnaniensis Rectoris, U. J. Prfrum, pro obtinendo Doctoratu in utroque Jure, auscultata dein petitione Eorundem, Illris quidem Marxen per se, Illris verò Minocki per Illrem M. Franciscum Cwierzowicz U. J. Prfrem Plenipotentiarium suum, in facie Universitatis publicè instituta, Alma Universitas tanquam Domina et Patrona Jurium et Facultatum, et Rdmi Decani Præsentationi, et præfatorum petitioni concordibus votis detulit, Eosdemque præsentatos pro debitis solemnitatibus juxta Statuta suæ Consultissimæ Facultatis servandis et adimplendis, ad propriam Facultatem remisit.

Ad 6tum. In Seniorem Contubernii Philosophorum electus est Excell. M. Andreas Czucki Phiæ Dr, in Classibus Novodvorscianis Scholæ Dialectices Professor.

Ad 7mum. Lectæ sunt per Magnificum Dnum Rectorem Litteræ Rdmi Abbatis Tremesnensis, suprà in Consilio Patrum fol. 174. et seqq. insertæ, in negotio fundandi Convictus Tremesnensis.

Ad 8vum. Quandoquidem Coordinatio Archivi Universitatis nuper in Consilio Patrum fol. 177. præcommissa, nondum est effectuata, et aliunde summè pernecessaria, Alma Universitas eandem Coordinationem iis, quibus supra, videlicet Perillribus Archivistis ac Illribus MM. Foltanski, Ficzkiewicz. et Czerchawski commendandam esse censuit et commendavit.

Ad 9num. Audita petitione Illris Clmi M. Francisci Cwierzowicz U. J. Prfris, conferendi sibi Rectoratus Academiæ Posnaniensis, Alma Universitas pleno assensu eidem annuit, hoc salvo, ne sigillo Universitatis

in suis Litteris signandis utatur juxta Conclusionem ejusdem Lib. fol. 160. ad 11mum. Quo vero ad Colonianam Culmensem Illm. Dnus Dr. Josepho Putanowicz, uti et tanquam ejusdem Coloniæ Provisori committit Universitas, quatenus Illm. Dn. Procancellarium Trybelii in eadem Colonia actualem Rhdm. Pbrem, Litteras suas dare, quibus velit Directoratum præfatæ Coloniæ suscipere, ibidemque diutius commorari: quodsi Dnus Trybelii hunc Magistratum renueret in locum ejus Civium M. Andream Znaczelski Rhdm. Dm. Matthæum Pbrem Collegam Minorem subrogandum esse censuit Universitas.

Ad 10mum. Audita relatione de pomeratibus Bonis Universitatis notabiliter impositis per Illm. Procuratorem Universitatis facta, Universitas censuit expediendam esse per aliquem vel aliquos ex CC. Geometris Universitatis, salvo pretio, in omnibus Bonis Universitatis dimensurationem, quæ negotium eidem Illm. Procuratori est pro commissum.

Ad 11mum. Censuit Universitas reassumendam esse Conclusionem suam Lib. fol. 154. ad 8tum. de conficiendo Memoriali ratione Pensionum ex Suppl. Vicelicen. et Rechnen. debitarum, per Perillustrem Rdmum M. Mdrum Lipienicki U. J. Dm. Illres CC. adm. RR. M. Stanislaum Fitzlienicki et M. Jacobum Marxen Professores.

Ad 12mum. Auscultata petitione Collegii Minoris per suum Repositum instituta, ad reparanda ædificia Pædi Grammatica ad idem Collegium Minus spectantia, ob vetustatem temporumque calamitatem corruentia, subministrandum sibi ex Bonis Universitatis in arboribus et stramine subsidium supplicantis; Alma Universitas succurrendum esse eidem Collegio censuit, quantum veri subministrandum sit, moderationi ac Judicio Magnifici Dni Rectoris præsentis determinandum.

Ad 13tium. Licet quidem ardentissimis votis exoptet Universitas quantocyus expediendum esse Actum Canonizationis S. Joannis Cantii Patris ac Patroni sui; attentis tamen præsentis temporis Calamitosi circumstantiis, et matura deliberatione præhabita, adhuc ejusmodi Solemnitatem differendam esse censuit.

Ad 14tum. Audita relatione per Illm. M. Josephum Putanowicz facta, datas ad se fuisse Litteras à Dno Dzierzbicki in Colonia Albe Ducali Pbrem Pbrm, qui alias jam antè in Directorem ejusdem Coloniæ per Universitatem signatus est, quibus brevi se venturum pro Responsione ad Collegium Minus appromittit, Alma Universitas censuit, expectandum esse ejusdem adventum, non amplius tardet, quam ad mensem Septembrem Anni Currentis, alias data facultas Magnifico Dno Rectori sine convocata Universitate Bonum dictæ Coloniæ Directorem signandi, eligendi, constituendi ac transmittendi.

Ad 15tum. Lecta sunt Littere à Nobili Joanne Chrysostomo Gwozdzieuski Pro-Consule ac Seniore Patre Culmensi, Academisque illius loci Provisore, quibus mediantibus, pro sui in Catalogum Benefactorum Universitatis inscriptione Lib. fol. 156. ad 14. gratias egit, simulatque suo ac totius Magistratus Culmensis nomine, Professorem Linguæ Germanicæ gnarum ad eandem Coloniam transmittendum petiit.

Ad 16tum. Quantum ad Coloniam Pinczoviensem, retulit Illm. Dnus M. Carolus Marxen U. J. Pbr, ejusdem Coloniæ Provisor, se velle eandem Coloniam Vacationem tempore visitare, relationemque deinde de statu dictæ Coloniæ Universitati facturum.

Quo vero ad Scholam Varsaviensem, productis per Magnificum Dnum Rectorem ab Excell. Adam Scipio Litteris respondendi, ac Professorem eligendi Illm. Dnus M. Fitzlienicki ejusdem Scholæ Provisori data facultas. Contra vero Religiosam Wolborziensem, Nodum ad Scholam spectantem suis officiis prosequantur,

Manifestationem faciendam. Illri suo Procuratori Universitas commisit.

Ad 17mum. Desiderio Excell. adm Rdi M. Josephi Bogucicki Phiae Dris et Prfris, Romam praecipue pro ediscenda Lingua Graeca discedere cupientis, se tamen pro actu laborante reputari, sibique locum suum conservari supplicantis, alma Universitas detulit.

Supra specificatas Conclusiones, ex quo cum suis Originalibus concordant et fideliter sunt inductae ac connotatae, eas subscribendas censui, prout subscribo. Cracoviae a° 1773 d. 30 Julij.

M. Ant. Krzynowski, S. Facultatis Decanus mpp

M. Andreas Lipiewicz UJDr et Prfr, Facultt Juridicae Procancellarius et Decanus mpp

M. Petrus Jl. Rydulski Phiae Dr et Prfr, Collega Minor Artistarum Decanus mpp

CONVOCATIO 2da
CC. DD. Decanorum.

Annô Domini 1773. Die 12. Mensis Julii, Celebrata fuit Convocatio publica CC. DD. Decanorum sub forma sequenti extradita: Adm Rnde Pater, Egregie Dne Dr, et Magr Vblis. Adsit Dignitas vestra hodierna die in Stuba Communi Collegii Majoris, horâ 2dâ pomeridiana, non expectato pulsu Campanae.

1mò ad revidendos labores CC. et Excell. D. Prfrum Inclytae Facultatis Philosophicae.

2dò. ad dismembrandam pecuniam ex Pensionalibus Beneficiis per D. Procuratorem Universitatis collectam.

Tum ad alia, si quae per Rectorem proponentur. Detur Omnibus et Singulis Perillibus Clmis Quatuor Facultatum Theologicae, Juridicae, Medicae et Philosophicae Decanis, necnon Procuratori Universitatis, Oratori Tyliciano, et Consiliariis Facultatis. Ex parte Rectoris.

Ad 1mum. Lecti sunt, auscultati ac revisi coram iis, ut supra, labores CC. et Excell. D. Prfrum Inclytae Facultatis Philosophicae, latumque de iis judicium ad mentem Novellae Legis et Statutorum.

Ad 2dum. Fecit relationem Illris Procurator Universitatis, se collegisse pecuniam ex Beneficiis Pensionalibus, inter quos de jure dismembrandam. Et quidem Ex Beneficio Premykoviensi. Fl. 1000.
Ex Decimis sub Parochia Ecclesiae in Antiqua Korczyn 500.
Ex Beneficio Prossovicensi. — — — — 90.
In Summa. Fl. 1590.

CONSILIUM.

Annô Domini 1779. Die 28. Mensis Augusti celebratum, in quo
Imô. Professio tradendi à principio Cursûs Philosophici Vladislaviani, postquam eam incheatan Amus M. Valentinus Podzynski
1. Collegâ Minor decessit, M. Petro Jo. Rydulski Phiæ Dri. et Pfri Collegæ Minori, interea tritiparem Decano collata.
2. 2dô Retinendum adhuc est eundem Scholæ Vselicziensis Directorem.
3tiô Requirendum per Litteras Illum Jungling Seminarii Pomaniensis Præfectum de legenda in Collegio Lubranciano Theologia deque respondendo aut non pro loco in Collegio Majori.
4tô. Professorum electio et captatio Illi M. Franciscus Cyrzterowicz J. U. Pfri, Colonis Pomaniensis nuper electo Rectori commissa.

CONSILIUM

Annô Domini 1779. Die 2. Septembris celebratum, in quo
Imô Lecta sunt per Magnificum Dnum Rectorem Litteræ Illmi
5. Cancellarii Regni, exigentes Illum M. Franciscum Minocki J. U. Pfrem, præsentaneum Academiæ Pomaniensis Rectorem, pro altero triennio in eadem Functione inibidem conservari: quibus per eundem Magnificum Dnum Rectorem respondendum Patres censuerunt velle se semper voluntati Ejusdem obsequi, interea præsentiam hic Illmi Minocki requiri, si ibi velit Professionem Lubranciana compon.
2dô Datus est consensus Illi. Procuratori Universitatis dividendi
6. Lapideam Dziuboniensem de dictam Illis offerenti.
3tiô. Lectum est Memoriale ex parte Universitatis Augustissimo Romanorum Imperatori hic Caesareæ breviter futuro porrigendum.

CONVOCATIO 3tia
Universitatis.

Annô Domini 1779. Die Lunæ 6. Mensis Septembris
Celebrata fuit Convocatio publica Universitatis, sub forma solita extradita ad resolvenda puncta sequentia:
Imô. ad legenda quædam Documenta authentica favore Conventus seu Collegii Strzemesnensis.
2dô. Ad legendum Processum pro Lapidea Dziuboniensi exortum faciendamque finalem decisionem Ejusdem Lapidæ.
3tiô. ad respondendum requisitioni Illmi Dni. Antonii Castellani de Sandecz, moderni Bonorum Mielzieszowice Possessoris, pro Documenta ad eadem Bona ab Universitate sibi dari et extradi postulantis.
4tô. Ad legendum et approbandum Contractum pro Lapidea Hungarorum, à Festo S. Michaëlis Archangeli incheandum.
5tô. Ad rudendum præsentari Ill. Dnos M.M. Jacobum Niegowiecki et Michaëlem Mrugaszewski, S. Th. Pfres, in ordine ad Doctoratum in Sacra Theologia obtinendum.
6tô. Ad vocandos Professores ad Collegium Juridicum.
7mô. Ad eligendum Seniorem Contubernii Jurisperitorum.
8vô. Ad conferendum Beneficium Subdiaconale.
9nô. Ad audiendam relationem per Dnum Oeconomum Bonorum faciendam, de violentiis in fundo Villæ Pyzdrowy circa fluvium per Incolas Szczebrzeszinenses factis. Cum ad alia, si quæ occurrerint, Dnum Rectorem.

CONCLUSIONES

Ad Imum. Lecta sunt per Magnificum Dominum Rectorem quædam

Documenta authentica favore Canonicatus seu Collegii Tremesnensis, eademque communi totius Universitatis voto, pro via Illmo Abbati gratiarum actione per Eumdem Magnificum Dnum Rectorem significanda, acceptata. Quæ quidem Documenta propter perpetuam memoriam hic per extensum inseruntur.

1. Actum in Conventu Abbatiali Congregationis Tremesnensis Canonicorum Regularium Lateranensium, Anno Dñi 1773. Die vero Lunæ 16. Mensis Augusti.

Coram Perillro et Rdmo Dño Ludovico Josepho Matthy Sacræ Theol. et U. J. Dre, Prothonotario Apostolico, Ecclesiarum Metropolitanæ Gnesnen et Cathedralis Posnan, pariter Indigni Collegiatæ Crusvicien Canonico, atq Parochialis Ostrorogien Præposito, Rdmo Consistorii Generalis Gnesnen Judice Surrogato, uti et Tanquam ab Illmo et Rdmo Dño Francisco Candido Comite Ostrorog Dardanien et Coadjutore Gnesnen Spirituali, Vicario in Spiritualibus totius Archi-Diœcesis Gnesnen Generali, et ad actum, infra scriptum Delegato Commissario, constitutus personaliter Perillris Rdmus Dnus Michael Kopiczinski Tremesnensis Abbas Canonicalis Tremesnen, uti Novæ Ecclesiæ Academicæ seu Collegii Nobilium Tremesnæ erigendæ Fundator, in Termino et Literis Innotescentialibus, in virtute Literarum Commissionis à Superiori Relibato Illmo et Rdmo Dño delegante in Personam sui sub die 9na Mensis Julii Anno nunc currenti emanatis editis, debitèque prout à tergo earundem apparebat executis, recitè pro hodie cadente, contumaciam omnium et singulorum Jus et Interesse aliquod ad actum præsentem se habere prætendentium et putantium, inquantum non comparentium, per le effectui termini hodierni opponentium, et quidquam verbo, vel in scriptis inferentium, in eorum tam inquantum contumaciam ad effectum infra descriptum Jurisdictionem delegatam Commissorialem in Dei Nomine fundari, illaque fundatâ, ad ea, quæ in Literis Commissionis describuntur, vel quoquo modo necessaria fuerint visa, instanter postulant. In præsentia Illrium et admRdorum Stanislai Wandtkowski Vicarii et Præpositi Gorzensis, Antonii Koszkowski Subprioris, Francisci Krauze Custodis, Valentini Kijdrzeski Præpositi Tomicen. Francisci Wierzchowski Præpositi Wytatorien, Constantini Rozalski Canonicorum suæ Congregationis, Procuratoris, Pauli Dryndzinski, Antonii Rossa, Adalberti Rostkowski et Notarii Apostolici et Actorum Capitularium Secretarii, Laurentii Piotrkowski, Stanislai Białochowski, Faustini Chudzinski, Francisci Gierbich, Congregationis seu Conventus Tremesnen Canonicorum Regularium Lateran Professorum et Capitulum intrantium, sponte et libere in petitam Fundationem Jurisdictionis Commissorialis, ex quo nullum præjudicium detrimentumque suæ Congregationi, quinimo gratiosa utilitas, Cultus Divinus, et Ecclesiæ ornamentum, exinde augeatur, idque referendo se ad decreta sui Capituli, et quidem primum de acta illius sub die 22da Mensis Februarii, alterum sub tractu præsentis Commissionis, videlicet 17ma Mensis Augusti Anni current. meliorati quibusdam punctis et clausulis ibi annexis decreto mentionatis subsecuta, consentien. Presente quoq Perillro Clro et admRdo M. Francisco Minocki in alma Universitate Cracovien U. J. Pro, Collega Jundico, Ecclesiæ Collegiatæ Ss. Gti Cracov. Primi ebdomadario nunc et Studii Academicæ Pro-Cracovien Rectore, uti et Tanquam speciali ad actum præsentem à sua Universitate Cracovien delegato Plenipotente, Fundationi Jurisdictionis Commissorialis adhærente. Et Perillris Rdmus D. Commissarius delegatus in Virtute Literarum Commissionis in Personam suam emanatæ, visis Literis Innotescentialibus, attenteque

termino ex iisdem pro die hodierna incidente, eoque debitè executo, spectatis justis petitis, et illatione Perillris et Rdmi Dni Abbatis, necnon unanimi assensu omnium superiùs specificatorum Illrium et adm Rdor DD. Canonicorum Regularium Lateranen totam Congregationem repræsentantium, auscultatisque prædictis Decretis Capituli de suis actibus superiùs specificatis, in contumaciam omnium et singulorum jus et interesse ad actum præsentem quomodolibet sese habere putantium, Jurisdictionem suam Delegatam Commissorialem in Dei Nomine fundavit, me Adalbertum Selcierzecki Publicum Sacra Authoritate Apostolica Notarium per et intra Archi-Diœcesim Gnesnen admissum ad describendum integrum Actum præsentem assumpsit, et ad verificationem ac liquidationem, tum Revisionem omnium Proventuum, Fundorum, ac quorumvis emolumentorum præfatum Collegium Nobilium concernentium condescendit. Et quidem primò ad descriptionem et divisionem Areæ, in qua à fundamentis ex solido muro extructum est elegantissimè Novum Collegium cum duabus Contignationibus, distinctisque Residentiis, Scholis, Oratorio, Cameris, Culina, Fornicibus, necnon Communi Stuba Refectorio, tum adjunctis Residentiis pro extraneis Convictoribus sese pro Annua pensione locare volentibus, cæterisque omnibus necessariis, ac commodis ædificiis, sub uno tecto in formam triangularem porrecto, tegulisque Patericiis cooperto, sumptibus moderni Perillris et Rdmi Dni Abbatis. Cujus dicti Collegii Area unà cum horto seu pomario à tergo sibi adjacente, incipiendo à via publica ducente à Civitate ad Ecclesiam Abbatialem seu Conventualem, in longitudinem Perticarum 25. quarum unaquæque continet in se cubitos semiocto, usque ad sepimentum seu vias quæ ducitur per Skwarzynowo Jurisdictionis Conventus Tremesnen: in latitudinem verò incipiendo ab hortis Servitorum Ecclesiæ prædictæ Conventualis aliàs proprietatis Conventus Tremesnen, similiter Perticarum 10. in omnibus angulis æqualiter protensis extenditur et dilatatur. 2dò ad revisionem et verificationem Proventuum, et Novarum Coloniarum eidem Collegio in perpetuam Fundationem et Dotem Decretis Capitularibus prædicti Conventus Tremesnen adscriptarum, cessarum et incorporatarum, nempe Prædii Kozłowek à nova radice quondam in locis incultis et inutilibus exculti, et sumptibus propriis prælibati Perillris Rdmi Abbatis comparati, in quo jam agri conseminantur, et quibus crescentia hyemalis, præter æstivalem, prope Centum Sexagenas colligi potest, in eoq Prædio jam nova omnia ædificia ad oeconomiam spectantia, extructa existunt, Inventarium verò quodvis necessarium tam ad colendos agros, quam ad sufficientiam mensæ Communis, et Familiæ Prædialis et Domesticæ, is idem Perillris et Rdmus Abbas circa reddendam Collegio Possessionem, daturum se, ac provisurum obligat. Circa quod Prædium reperiuntur tres novo-inducti et locati Coloni possidentes agros à Prædialibus distinctos Jure Emphyteutico censuantes annuatim, nempe quivis eorum hoc modo. Duo Tynfones 65. Tertius verò Ovilio Tynfones 115. quemlibet Tynfonem à q. 38. numerando, quod efficit Summam in Florenos Polon reductam Fl. 310. q. 10. dico Trecentorum decem q decem. Procedendo verò ulteriùs ab eodem Prædio ad Coloniam seu Pagum Kozłowek dictum, eidem Prædio adjacens, sunt quoq Coloni cum Sculteto distinctim, in eodem tamen fundo manentes, sex, juxta suum Privilegium à superius Prælibato Perillri et Rdmo Abbate cum suo Conventu Tremesnen datum, distinctos quoque à Prædio agros colentes, hortos et prata habentes, qui solvunt annuatim, videlicet quinque eorum per Tynfones 70. dico Septuaginta. Sextus verò Scultetus per Tynfones 110. dico Centum decem, qui simul juncti, ac in Florenos reducti efficiunt

Summam Fl. Pol. 502. q 20. dico Quingentos Octuaginta duos, grossos viginti. Qui quidem Coloni praeter Solutionem Censûs, laborant in Praedio aratris sex diebus in anno, manuales verò praestant labores tribus diebus, ac praeterea obligati sunt quilibet eorum ad reddendos Capones duos. Hujusmodi verò Praedium cum suis novem Coloniis existit sub Parochia Tremesnen, nullisque oneribus gravatum ac obnoxium, intra limites suos ab omni cujusvis lite alienum, alios in Corpore Bonorum antiquorum Abbatialium praeexistit. Quo in loco praedicto peracta revisione et descriptione sic ut praemissum est, Is idem altè memoratus Perillris et Rdmus Commissarius Delegatus recta condescendit ad villam Novam Censualem Kamionek vocitatam, novisque Coloniis Emphyteutis plantatam, in qua nullum existit Praedium, quinque solummodo Coloni cum Sculteto ibidem habitantes, agros, prata, hortos, juxta exdivisionem possidentes, quilibet eorum annuatim importat per Tynfones 120. dico Centum Viginti, quemlibet à grossis 38. computando. Item omnes simul junctim in vim Propinationis ipsis concessae, solvunt Tynf. 100. dico Centum, qui juncti simul faciunt Summam Tynf. 700. dico Septingentorum, qui Tynfones reducti in Florenos, efficiunt Summam Florenorum Polon 880. q 20. dico Octingentos Octuaginta sex, q viginti. Praeter hanc solutionem solent dare in anno per duos gallos seu Capones, tenentur etiam nunc loco laboris praestari soliti quivis eorum per sex Currus majores lignorum sectorum pro Commodo Collegii propriis curribus majoribus convehere. A qua Colonia ulterius discedendo ad aliam pariter novam Coloniam Ostrowek dictam, in vicinitate prioris sitam, pro peragenda ibi Revisione ac Descriptione ejusdem Proventuum, in eadem reperiit Colonos tres includendo Scultetum, proprios fundos, agros, hortos et prata possidentes, quorum quilibet ex sua Possessione solvit per Tynfiones 100. dico Centum, qui junctim faciunt Tynf. 300. dico Trecentos, hi verò reducti in Florenos, faciunt Flor. Polon 380. dico Trecentos Octuaginta, ac praeterea per Capones duos, et ova 30. praestant. Insuper loco laborum antea in praedio Szydlovien praestari solitorum, tenebuntur ad praesens ad dictum Collegium pariter quilibet eorum, sex Currus majores lignorum sectorum convehere. In his omnibus supradictis Coloniis reperiuntur Lacus tres parvi, in quibus liberam piscaturam Collegium praefatum habebit, nihil quidquam tangendo Lacus majores tam ad Abbatiam, quam ad Claustrum spectantes. Id ipsum Collegium cum suis Coloniis et Praedio habebit quoque liberam scissuram in Villis et Bonis vicinioribus Abbatialibus tam pro foco quam pro aliis exigentiis, ac aedificiis construendis, excepta divenditione arborum extraneis, tum quoq libera pascua in iisdem Bonis Abbatialibus pariter vicinioribus. Quae quidem praemissae duae Coloniae nempe Kamionek et Ostrowek consistunt sub Parochia Camenecensi, nullisque sunt oneribus implicatae, sed habent suos limites satis pacificos, locis lutosis et aquosis circumductos. Ex Villa tandem Bieslin vocitata, antiquitus abbatiali, ad praesens verò Mensae Conventuali Congregationis Tremesnen, sine protectionis et manutentionis ejusmodi Fundationis per praedictum Conventum exhibendae, mediante Decreto Capitulari sub actu ejus Die 22. Mensis Febr. anno nunc currenti 1773. subsecutô, authenticè in actu praesenti reproductô incorporata, quo praedicto Decreto memoratus Conventus Tremesnen submisit se quotannis solvere Summam Flor. Polon 500. dico Quingentorum, eandem Summam seu Annuam Pensionem Is idem Perillris Rdmus Commissarius in augmentum victûs et amictus Alumnorum dispositam, realem ac evidentem agnovit. In supplementum ejusmodi Fundationis Idem Perillris et Rdmus Abbas praenominatus, providendo cuivis calamitati ac penuriae quoquo modo in futurum evenien, de Consilio et consensu suae Congregationis, totiusque Capituli formato Decreto ac in Actis Capitularibus sub tractu

Commissionis præsentis, die videlicet 17. Mensis et anni currens descripto, inscripsit supradicto Collegio medietatem provenientiæ de Molendino suo Abbatiali Wylatovien noviter sumptibus suis erecto et extructo, videlicet modios seu Wiertelliones 100. siliginis mensuræ solitæ ac in eodem molendino usitatæ, quotannis in perpetuum pendendam, reservatâ sibi ipsi altera similis quotæ ac mensuræ medietate, necnon reliquis ex dicto Molendino provenientiis. Præterea in auxesim pensionum, ac quarumvis aliarum Collegii necessitatum, Is idem præfatus Perillris Rdmus Abbas submittit se inscripturum coram Actis Publicis Summam 20000. Flor. Polon. super Bonis mundis et liberis, ex censu annuo à quolibet Centum per quinque Fl. Pol. pendendo, qui Census à totali Summa originali inscriptus, efficiet quotannis Florenos Polon. 1000. quam Summam prædictam Originalem Perillris et Rdmus Abbas vult haberi pro Summa seculari, utpote Academiæ ad Universitatem Cracovien Secularem seu laicalem spectanti servientem. Denique à quolibet intrante ad prædictum Collegium ex 12. Nobilibus Alumnis Fl. 50. pro sexennio solvi obligato in futuram conservationem ædificiorum Collegii, ac necessitatibus colligendos, ad Summam Fl. Pol. 600. ascendentes computavit, ac pro primo Anno cœptæ Fundationis præfatum Perillrem et Rdmum Abbatem se omnia et singula ad victum et amictum necessaria, necnon salaria tribus Professoribus exsolvenda; jam verò ab Universitate Cracoviensi ex dictis proventibus constituenda ac determinanda provisurum, ac gratuitò præstiturum, tum quoque omnem supellectilem prædicto Collegio necessariam suo sumptu comparaturum, jam verò accumulatum stante eo primo Anno proventum pecuniarium ex prædictis Coloniis pro cumulando ærario Collegii, providendo casibus quibusvis fortuitis et extraordinariis in securo quo loco conservandum esse obligari viva voce Ejus audivit. Et post hæc omnia superiùs descripta, verificata et liquidata in finem acceptatæ per Universitatem Cracoviensem ejusmodi Fundationis superiùs specificatus in comparitione Perillris Clmus et adm Rndus M. Franciscus Minocki in Alma Universitate Cracovien. U. J. Bfr, Collega Juridicus, Ecclesiæ Collegiatæ SS. OO. Crac. Primicerius, ac pro tunc Studii Academiæ Posnan. Rector, nomine suæ Universitatis præfatæ, reproduxit Decretum seu Conclusionem in publica Convocatione Cracoviæ sub Actu ejusdem Die Veneris 26. Mensis Martii Anno nunc currenti 1773. subsecutam, qua mediante clarè legitur in eadem ibi = Et Universitas ex omnium Facultatum Doctoribus et Professoribus plenum congregata, zelum et liberalitatem circa Literas et Viros Literatos altè memorati Illmi et Rdmi D. Abbatis Tremesnen. maximopere laudavit Novum hocce Collegium seu Convictum 12. Adolescentium Nobilium rarâ isto præsertim sæculo omnibus venturæ posteritatis laudibus celebrandi Præsulis munificentiâ erigendum, ac per Professores Academicos instituendum, regendum et administrandum, gratissimo animo acceptavit. Qua tandem visa, lecta et bene perpensa prædicta Universitatis Cracovien ejusmodi Fundationis acceptatione, eandem sæpius recensitus Perillris et Rdmus Commissarius, uti sibi legaliter et authenticè in Actu præsenti exhibitam, connotari mandavit.

His itaque omnibus et singulis, modo quo suprà præmissum est, bene visis, revisis, lectis, trutinatis, diligenter examinatis, maturè ac diligenter perpensis, attentis præterea motivis sequentibus: 1mò quod prædicta Fundatio principaliter ad laudem et Cultum Divinum dirigatur, dein ad maximum Ecclesiæ et Reipublicæ commodum, tum quoque singularem Conventus sui præsertim in

instituendis et instruendis in Scientiis Philosophicis et Theologicis Statui Ecclesiastico necessariis Junioribus Canonicis Regul. Lateran actu ad Ecclesiam Parochialem in Conventu suo Tremesnen existentibus ad curam animarum sese disponentibus, utilitatem et emolumentum ordinetur. 2do. attento et perspecto eo, quod nullum exinde Conventui praefato ac Congregationi praejudicium, vel quodpiam aliud nocivum oriatur detrimentum, quomodo sub tractu Commissionis ipsi soli Capitulariter Congregati publicè recognoverunt, quinimo, ut etiam ex mentionatis Decretis colligitur, ad omnem Actum praemissum, sive ulteriùs praemittendum, spontaneum et liberum suum assensum praebuerunt. 3tio quod Dos Collegii praedicti, seu Proventus liquidati, praeter Praedium cum suo Inventario, satis sufficiens constitutum; praeter frumentum 180. modiorum seu Wiertellionum siliginis ex Molendino Wielatovien quotannis provenien, praeterque Fl. Pol. 600. ab alumnis Neo-ingredientibus in aerario seu massa Communi Collegii reponen, praeter summam illam ex Proventibus primi Anni in eodem aerario à Perillri et Rdmo Abbate conservandam, praeter alia accidentia à Convictoribus distinctum à Fundatione lucrum Collegio importantibus, praeter concessam sibi liberam scissuram arborum, atque pascua in vicinioribus Fundis Abbatialibus, praeter liberationem expensae in varia aedificia Coloniarum, earumq Colonorum, ex quo tam praedictae Coloniae in optimo Statu sunt constitutae, Coloniq earum propriis impensis sibi Oeconomiam suam ducere obligantur, ac praeterea quod dictum Collegium in tali loco sit fundatum, ubi omnia et singula ad victum et usum necessaria viliori pretio, quam in aliis Civitatibus, comparari et acquiri possunt, praeter denique fructus industriales, qui facili modo, adhibita solummodo cura et operâ oeconomica haberi possunt; jam autem summa pecuniaria ex variis proventibus accuratè liquidatis ad Fl. 3659. q 20. annuatim ascendat, ex quibus omnibus praemissis provenientiis, obventionibus, fructibus et emolumentis, tam 12. Nobiles Adolescentes, quam tres Professores Academici cum tota Familia Domestica sufficientissimè et honestè sustentari possunt. Hinc proinde superiùs recensitus Perill. et Rmus Commissarius, Fundatione hacce pro adaequata adinventa, Dotem praedictam uti stabilem ac perpetuò duraturam censet et judicat pro consolidanda Fundatione praefata posse ac debere sufficere, taliterq Illmum et Rdmum Vicarium in Spiritualibus totius Archi-Diaecesis Gnesn Generalem uti suum Delegantem, tutè, securè et conscientiosè certificandum in ordine ad obtinendum Beneplacitum à Sancta Sede Apostolica super hujusmodi Fundatione confirmanda et ratificanda, posse dare votum suum arbitratur et assecurat. In quorum omnium fidem Actum totum praesentem manu propria subscriptum, et Sigillo suo communitum, ad eundem Illmum et Rdmum Dnum Delegantem cum omni qua par est reverentia remittit.

Ita Censeo, Judico et Assecuro Ludovicus Josephus Mathy Metropolitt Gnesnen Cathlis Posnanien Canicus Judex Surrogatus Gnesnen ad praesentem Actum Deputatus Commissarius mpp

(L. S.)

Ita est Albertus Joannes Selwierzecki Publicus Sa Authoritte Aplca Juratus et ad Actum supradescriptum assumptus Notarius mpp

Actum in Capitulo Canonicorum Regularium Lateranen Conventus Bremesnen Anno Dni 1773. Die 17. Augusti sub Tractu Commissionis.

Quoniam Illmus et Rdmus D. Michäel Rosciszsa Kulmen. Abbas ac Prelatus noster superioris Regionis circa actum Erectionis Collegii Nobilium in Capitulo nostro anno currenti die 22 mensis Febr. celebrato, pro alendis vestiendisque 12. Alumnis et Proventibus Colonia rum in eadem Erectione specificatorum, pro omni necessitate copiam adfuturam, verum attitis predictus Illmus et Rdmus Prelatus tutinando singulas exigentias et expensas in prefatos Alumnos eroganda, consideratis calamitatibus et casibus, propter quos posset aliquando ratio alendi et provendi prenominatos Alumnos deficere, constituit in supplementum et melioration em insenbered predicto Alumnatui in Molendino Vilatorrensi non pridem à se noviter erecto, medietatem frumenti perpetuis temporibus, videlicet Siliginis modios seu Viertelios 100. mensure solite et usitate. Quam quam inscriptionem cum consilio et consensu nostro, uti eam, per quam futuris posset obviari necessitatibus et penurie, atque sine damno successorum factam, libenter acceptavimus et inscripsimus, acceptamusque et inscribimus per presentes, ita et predicti Alumni Collegii nostri Bremesnen jus perpetuum habeant percipiendi quotannis de predicto Molendino Siliginis modios seu Viertelios 100. Ad alteram autem medietatem frumenti in usum mense Abbatialis pendi solitam, nihil unquam idem Collegium spectabit, neque ullum sibi interesse habebit. Quandoquidem Decreti moderni rigore decernitur ac statuitur, ut si quis inter Alumnos recipi, et ad participationem fundationis admitti intenderit, quatenus ante suam in Alumnatum introductionem et ingressum, per se, si capax fuerit vel per suos Patronos et Promotores in casu proprie impossibilitatis, pro modum Dotis importari et enumerari 500. Fl. Polen. ad manus Illis Prefecti Convictus faciat et procuret, pro ultima necessitate ejusdem Convictus observandos. Eo demum in memoriam revocato, quod in Decreto Erectionis apposita sint hec formalia, et Clausula = quatenus nulla obstante calamitate Communitas Bremesnen de Villa Bielsin quotannis persolveret 500. Fl. Pol: pro Convictu = cum videatur pro aliquo tempore inversa, eandem Clausulam et punctum taliter observandum, intelligendum et explicandum presens Venerable Capitulum censuit: videlicet nulla obstante calamitate universali pro omnibus incolis Villa Bielsin, non vero particulari, seu aliis exceptis casibus fortuitis necessariis de jure exceptis, ideoque extraordinariis tam ex parte Communitatis, quam ex parte incolarum Bielsinensium se habentibus. Ea quoq; toties nominatis Alumnis obligatio ac conditio per eosdem implenda imponitur, qualiter Ipsi Convictui per sex annos adscribi debebunt, per quod temporis spatium in dicto Convictu commanere, suis muniis à Fundatore prescriptis et constitutis satisfacere, et in iis, que concernent perfectam ac adequatam Educationem, totaliter suis Dnis Professoribus obtemperare teneburtur. Quotiescumque autem acciderit vacare locum alicujus Alumni, pro tunc Presentatio admittendi Novi Alumni spectabit durante ad Illmum et Rdmum Abbatem, et Illum Rdm Priorem protunc existentem nomine totius Capituli, non obstante

quavis ceterorum contradictione, ita scilicet, ut Illmus et Rdmus Abbas Ipse praesentet, jam verò Illris adm Rndis Prior ejusmodi Praesentationi annuere debebit, si verò idem Illris Prior non annueret eidem Praesentationi, Praesentatio tamen Illmi et Rdmi Abbatis valebit. Hortum verò pro erigendo illo Alumnatu, qui ab immemorabili tempore extiterat in Possessione Illmorum et Rdmorum Abbatum Tremesnen, post autem ex libera sua voluntate Illmus et Rdmus Abbas modernus Conventui cessit seu donavit, eundem Communitas nostra pro Stagno Illmi Rdmi Abbatis jacente penes ferream Fabricam, vulgo przy Pile, commutavit, et omnem usum, Dominium, seu quodcumq jus ad dictum hortum habitum in Personam Illmi ac Rdmi Abbatis, ac Ejus Successores in perpetuum transfudit et resignavit Decreti praesentis vigore. Qui hortus pro Fundo Alumnatui assignatus et exdivisus protenditur in longum juxta dimensurationem Perticis 25. in latum verò Perticis 10. Reliquum verò ejusmodi Horti sive Pomarii ultra superiorem descriptionem in latum Perticarum 7. in longum verò prout ad praesens idem reliquum Pomarii extenditur, Illmus et Rdmus Abbas ad ulteriorem suam dispositionem sibi reservat. Quae omnia praeexpressa Illmus et Rdmus D. Abbas manu propria subscripsit. Actaq haec sunt praesentibus Congregationis Capituli Tremesnen Capitularibus, nempe Illribus et adm Rndis Stanislao Wandkowski Congregationis Tremesnen Priore ac Praeposito Gorensi, Antonio Roszkowski Vice-Priore, Francisco Krauze Custode, Valentino Kędzierski Praeposito Camenecen, Francisco Wielzynski Praeposito Vilatovien, Constantino Rozalski Procuratore Causarum, Paulo Dryndzinski, Antonio Rossa Thesaurario, Laurentio Fiołkowski, Stanislao Białochowski, Faustino Chudzynski, Francisco Girbig, Canonicis Regul. Lateran, Domûs Tremesnen Professis, et me Casimiro Rosołkiewicz Canco ejusdem Congregationis, Notario Aplico, et Actorum Capituli Tremesnen Secretario.

Ex Actis Capituli Congregationis Tremesnensis Canonicorum Regularium Lateranensium Extractis, et Sigillo ejusd Capli munitis.

(L. S.) Casimirus Rosołkiewicz Nrius Aplcus Secretarius Capli. mpp

Ad 2dum. Audito Processu in forma Juris pro Lapidea Dziuboniowska dicta, in Platea S. Joannis consistente, coram Actis Advocatialibus Cracovien evicto, Universitas insistendo anterioribus Conclusionibus suis, praesertim Annô 1761. latae, eandem Lapideam Dziuboniowska, per Illrem D. suum Procuratorem, omni meliori modo divendendam esse, finaliter decidit ac conclusit.

Ad 3tium. Respondendo requisitioni Illris Dni Ankwicz Castellanidae Sandecensis, moderni Bonorum Młodziejowice Possessoris, Jura et Documenta ad eadem Bona pertinentia, illis tamen, quae Oeconomiam concernunt, exceptis ac reservatis, extradenda, interim Successores ratione debitorum adcitandos, Universitas Illri D. suo Procuratori praecommissit.

Ad 4tum. Contractus pro Lapidea Hungarorum, à Festo S. Michaëlis Archangeli Anno nunc curren inchoandus, per Illrem Universitatis Procuratorem lectus, Universitati placuit, et approbatus est ab eadem.

Ad 5tum. Audita petitione Ill. Cl. MM. Jacobi Niegowiecki et Michaëlis Mrugaczewski S. Th. Prfrum, ad Doctoratum in eadem Sacra Theologia obtinendum, se admitti postulantium, attentaq informatione de meritis et laboribus Eorumdem, per Perillrem

190. adm Rndum D. M. Antonium Krzanowski Sacr. Theol. Drem et Pfrem ejusdemq Facultatis, Decanum facta, Universitas communi assensu Eosdem admisit, salvis formalitatibus juxta sue Alme Facultatis præscriptum adimplendis, ad quam eosdem remisit.

Ad Dum. Audita petitione Admi M. Laurentii Bularni J.U. Pfris nomine Admi M. Stanislai Kilendowicz Phiæ Drис, ejusdem actualis Pfris, collega Majoris Vocati, tunc ab eadem Convocatione absentis, et M. Reginaldi Garwolin Phiæ Drис, Mathesеos Pfris, Collegæ Minoris per se substituta, se ad Collegium Juridicum vocari postulantium. Universitas utriusque petitioni annuendo, eosdem ad præfatum Collegium vocavit.

Ad Tmum. Actum punctum est quidem dilatum, ceterum tamen ad instantiam Perillis Rdni Dni Dni Stanislai Lipieniczki U. J. Drис et Pfris ad Magnificum Dnum Rectorem factam, substitutus est in locum senioris Collegii Juris Consulti Jurisperitorum cum facultate tradendæ lectionis Regularum Juris Admus M. Antonius Tomolin Phiæ Dr et Pfr.

Ad Qrtum. Hoc Punctum dilatum.

Ad Qnum. Audita relatione per D. Oeconomum Bonorum facta de violentiis in Rundo Ville Zgorzelec circa fluvium per subditos Szczecinenses illatis, ad plenioren earumden cognitionem Perillres Dni M. Andream Lipieniczki J. U. Drem et Pfrem Canc. Alth. Cracov. et Albertum Rdum M. Josephum Butomenski Sacr. Theol. Drem, Phiæ Regiæ Pfrem, informationem in futura Convocatione faciendam Universitas deputavit.

Tum ad alia dmo Placuit Universitati relatio Magnifici D. Rectoris de indice Conclusionum earum in priori Libro contendarum per suum Secretarium compilato facta.

Qdo Annuit Universitas petitioni Qlmi Admi M. Andreæ Nezlerowski Phiæ Drис, Oratoris Sybiciani, expensas pro Typographia et Compactore in Orationibus pro laudibus S. Stanislai Epi et Martyris dictis, adjunctis quibusdam Poematibus, Celsissimo Pri Casimiro Sobieski de captivitate redeunti dicatas et oblatis erogatas de proventibus hujus compensari postulantis.

Dtio. Commissum Illi Procuratori Universitatis, ut Pedellis cerum illum, quem a Judicibus Cadminensibus, Ott. 2. qualibet septimana participando, olim habuerunt, nunc vero ab iisdem retinetur, compensaret.

Sto. Petitio Qlmi Bularni expensas pro vialibus ex Colonia albos Ducatos reducendo suspectas compensari postulantis. Qlmi Rutarowicz Colonarum Visitatori commissa.

Supra connotatas Conclusiones, binarum Convocationum, quoniam in omnibus cum originalibus suis concinunt, eo modo, quo a tota Universitate latas, decisas, ac publicatas sunt, ideo majori fidei gratia, subscribo. Cracoviæ 1773 q 2da Septembris.

Sfs Antonius Krzanowski Universitatis Senior Doctor Sacræ Facultatis Theologicæ Decanus mp

M. Andreas Lipieniczki, U.J.Dr et Pfr, Facultatis Juridicæ Sen. Cancellarius et Decanus mp

M. Petrus Jos. Rydzyński Phiæ Dr et Pfr. Artistarum Decanus mp

CONVOCATIO 4ta. Universitatis.

Annô Domini 1773. Die Lunae 20. Mensis Septembris. Celebrata fuit Convocatio publica Universitatis ad resolvendum puncta sequentia:

1mô. Ad concludendum de Beneficio Luborzycensi.

2dô. Ad incorporandum gremio Universitatis Clmum Adm Rdum M. Nicolaum Dziedzicki Phiae Drem et Prfrem, Collegam Minorem, Coloniae Albae Ducalis Directorem.

Tum ad alia, si quae per Rectorem proponentur.

Cui Convocationi ex communi assensu dato loco, sequentes factae sunt

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Beneficium Luborzycense post ascensum Perillris et Rmi M. Andreae Lipiewicz U. J. Dris et Prfris ad Canonicatum Cathedralem Cracoviensem, illius immediatum Possessorem, hic fol. 161. Illri Clmo M. Francisco Minocki J. U. Prfri, Academiae Posnaniensis Directori, unanimi consensu Universitas contulit.

Ad 2dum. Incorporatus est gremio Almae Universitatis Clmus M. Nicolaus Dziedzicki Phiae Dr et Prfr. Collega Minor, Coloniae Albae Ducalis Director, praevio juramento super Secretis servandis, et Bono Universitatis promovendo, in manibus Magnifici Dni Rectoris Pstito.

3o In eadem Convocatione Perillris et Rmus D. M. Andreas Lipiewicz J. U. Dr et Prfr. Can. Cath. Crac. produxit et praesentavit Diploma Pro-Cancellariatûs Facultatis Juridicae à Celsissimo Cajetano Soltyk Eppo Crac. Duce Severiae, Universitatis Crac. Cancellario, die 26 Mensis Martii Ac curren sibi gratiosè concessum.

4. In eadem Convocatione, Clmus M. Franciscus Kolendowicz Phiae Dr et Prfr. Collega Minor, olim ad Collegium Majus, nunc fol. 190. ad btum. ad Juridicum vocatus, palam et publicè recognovit, se inscium, nec consentientem ad Collegium Juridicum novissimè vocatum, primae Vocationi ad Collegium Majus velle respondere, ab hac verò posteriori ad Collegium Juridicum planè recedere. Quo audito Universitas eumdem in sua libertate ac beneplacito reliquit.

Conclusiones istae juxta expressam mentem Universitatis decisae ac prolatae, hincq fideliter inductae juxta sua Originalia, subscribuntur per me, Cracoviae in Collegio Majori, Annô 1773 die 30 Septembris

Ita Testor M. Antonius Krzanowski Facultatis Theologicae Decanus. Universitatis Senior Pater mp

M. Andreas Lipiewicz, U. J. Dr et Prfr. Facultatis Juridicae Pro-Cancellarius et Decanus mp

M. Petrus Jo. Rydulski Phiae Dr et Prfr. Artistarum Decanus. mp

RECTORATU 3tio

Magnifici Perillustris Clarissimi et admodum Reverendi Domini D. M. Joannis Josephi

RYGALSKI

Sacræ Theologiæ Doctoris et Professoris. Collegæ Majoris Sc. Studii Generalis Universitatis Cracoviensis

AMPLISSIMI RECTORIS.

CONVOCATIO 1ma Universitatis.

Anno Domini 1779. Die 22. Mensis Octobris. Celebrata fuit Convocatio publica Universitatis, super punctis sequentibus.

1mo. Ad incorporandum Almæ Universitati Almum M. Franciscum Matarowski Collegam Minorem post absolutas omnes formalitates.

2do. Ad conferendum Prebendam S. Mariæ Magdalenæ, tum professoren eidem annexam.

Tum ad alia si quæ per Rectorem proponentur.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Post absolutas omnes formalitates, incorporatus est Almæ Universitati Almus et admodum Rndus M. Franciscus Matarowski Phile Dr, ejusdemq; et Matheseos Pfr. Collega Minor.

Ad 2dum. Ad Prebendam S. Mariæ Magdalenæ, eidemq; Professoren annexam, post ascensum ad Beneficium Laberij corpe Ulm Almi et admi Rndi M. Francisci Minoche U. J. Pfris, et pluralitate votorum electus est Ulis Almus et admus Rdus M. Franciscus Lipowski U. J. Pfr. Collega Juridicus. Collegiatæ N. 00. Canonicus, contradicentibus electioni ejus Personæ sacræ Perillis et Rdmo D. M. Andrea Lipowski U. J. Dre et Pfre. Canonico Cath. Crac. Collegii Juridici Seniore Patre Sc. et Ulis Almo et admo Rndo M. Carolo Marszer U. J. Pfre. Ecclesiarum Collegiatæ N. 00. Archidiacono, S. Nicolai Szopolite.

Quantum ad alia. Retulit congregatæ Universitati Almus et Excellmus M. Andreas Badurski Phile et Medicinæ Dr et Pfr. 3s Facultatis Medicæ interea Decanus, quomodo Decretum sue Facultati favorabile in Prænobili Magistratu Crac latum obtinuerit, quo mediante prohibetur omnibus tam hic Cracovie degentibus, quam aliunde advenis Medicis, multoq; magis Chirurgis, sine speciali consensu à Salutifera sua Facultate obtento, praxes Medicinæ tam internas, quam externas exercere. Quo fine elenchus Medicorum, ad quorum prescriptiones Pharmacopolæ ex suis Mympolijs medicamenta sint extradituri, eidem Pharmacopolis in scripto à se intimatum esse asseruit.

Insuper exorta quæstione per Magnificum Dnum Universitatis Rectorem, quid faciendum sit de proferti circumstantia post extin- 4ts dum Institutum Societatis Jesu, præsertim cum ex publica fama acceptum sit Commissarios rei literariæ ad reformandam Juventutis in Regno educationem, eandemque in Universitate, Academijs, aliisq; Scholis disponendam, tum quoque ab Eorum Regimine Universitatem, Academias, reliquasq; Scholas pendendas, ex

Tribus Regni Ordinibus sub tempus moderne ad faciendum bonum in Regno ordinem ex Legatis ad Comitia Generalia Varsavie Delegationis deletos et constitutos esse: decisum est recurrere debere in hoc magni momenti negotio, pro aperiendâ mente sua, dandoq; Consilio ad Almum Excellmum et Rdmum Dnum D. Andream Olim Episcopum Dei et S. Sedis Aplicæ gratiâ Epscum Posnan, uti Supremum Regni Cancellarium, et Universitatis nostræ addictissimum et longe fautissimum Protectorem: atque ejusmodi recursus effectuatio Magco Dno Universitatis Rectori commissa est. Effectuatum.

Supra scriptas Conclusiones per almam Universitatem latas, laudatas, auscultatas, atque fideliter annotatas esse attestor.

M. Antonius Zolgdkiewicz S. Facultatis Decanus

M. Andreas Lipienicz, Facultatis Juridicæ Decanus.

M. Andreas Olecka[illegible]

Artistarum Decanus

CONVOCATIO 2da Universitatis.

Anno Domini 1779. Die 1. Mensis Decembris. Celebrata fuit Convocatio publica Universitatis super punctis sequentibus:

1mo. Utrum mittendi sint ablegati Varsaviam.

2do. ad designandos Professores pro Colonia nova Premesnensi cum suo Directore sive Præfecto.

3tio. ad eligendum Provisorem illius Colonie.

4to. ad approbandum Contractum pro molendino Lgotny ad academiam Posnaniensem spectante.

5to. ad legendam Epistolam Magnifici Rectoris.

6to. ad conferendos Cursus Medicos Theologicum et Philosophicum.

7mo. ad referendum de feminearibus et Villis Universitatis, mihiti austeraco penuriâ Universitatis et Cleo acceptâ persolutis.

8vo. ad legendas Epistolas Magistratus Leopoliensis, et Rdmi Podhajeckii. Cætera ad alia Negotia per Rectorem proponentur.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Censuit Universitas deligendos esse ablegatos, eosque in occurrentibus in moderna Circumstantia negotiis Varsaviam mittendos, atque ad id omnes officii rogandi, elegit et deputavit Perillrem et Rdmum Dnum M. Andream Lipienicz U. J. Drem et Epscm. Canonicum Cath. Cra. Collegii Juridici Seniorem Patrem Sc. et Illrem Dnum et adm. Rdum M. Casimirum Boruinski Sc. M. Epscm. Collegam Majorem, Collegiatæ S. Floriani Canonicum, Universitatis Generalem Procuratorem.

Ad 2dum. In Præfectum Colonie nove Academice Premes-

194. nensis, suo tempore illuc abscessurus electus est Illris Clmus et adm Rdus M. Petrus Rydulski Phiae Dr, ejusdemq et Cursus Vladislaviani Professor, Collega Minor, Collegiatae SS. OO. Crac. Canonicus Schefflerovianus, Alumnorum Seminarii Academici Director, cum data sibi facultate adlegendi sibi tempore suo Professores, referibiliter tamen ad Magfcum Dnum Universitatis Rectorem.

Ad 3tum, et 4tum. Dilatum.

Ad 5tum. Ad literalem petitionem Magnifici D. Russocki Haeredis in Zarogow, data est facultas laborioso Cieniak Subdito Nasiechovicensi nubendi Subditae Zarogoviensi, et illi in Zarogow cohabitandi, cum conditione vicinitatis juris suo tempore servanda per Magnificum in Zarogow Haeredem.

Ad 6tum. Cursus Moralis Theologicus Illri Clmo et adm Rdo M. Andreae Szopiarski S. Th. Prfri: Philosophicus vero Illri Clmo et adm Rdo M. Josepho Szabel Phiae Dri et Prfri, Collegae Majori vocato collatus est.

Ad 7mum. Illris D. Generalis Procurator Universitatis, retulit in praesenti Convocatione, quod ipse Aō Dni 1773. Die 16. 9bris subsecutis gravibus per Militem Austriacum executionibus, non habendo pecuniam in Massa Universitatis, pro lignorum vecturis 41. totidemq straminis ex Sieborowice et Pielgrzymowice, redimendo unam vecturam Flor. 10. ex Caeco Universitatis Militi supradicto exsolvent Fl. 732. Itidem Aō et Die iisdem ex Nasiechowice et Dziewięciele Vecturas lignorum 40. Straminis 38. quamlibet Fl. 10. redimendo, huicmet Exercitui Austriaco enumeravit ex eodem Caeco Fl. 780. aliàs pro his quatuor Villis expendit ex Caeco Floren. 1512. Et alma Universitas expensam hanc ex Caeco erogatam, censuit eidem Caeco bonificandam esse, non ex Massa proventuum Universitatis, qui hac calamitate temporum aut pauci aut fere nulli sunt, sed ex futuris redditibus duntaxat eundem Caecum concernentibus.

Ad 8vum. Lectae sunt Epistolae tam Magistratûs Leopoliensis, quam Rdmi Podhajecki, quibus utrisque expetebatur mittendus ad Coloniam Academicam Leopoliensem Professor, ambabus per Literas suas dirigendas unà cum mittendo Professore se esse responsurum Magfcus Dnus Universitatis Rector appromisit. Effectuatum.

Tandem Ao eodem 1773. Die 17. Decembris in Consilio celebrato, matura praehabita deliberatione circa negotia Varsaviae tractanda, electis in praecedenti Convocatione Varsaviam ablegatis additi et adlecti sunt Illres Clmi et adm Rdi M.M. Jacobus Niegowiecki et Josephus Putanowicz Sae Th. Prfres, Collegae Majores.

9. Supra scriptas Conclusiones per Almam Universitatem latas, laudatas, auscultatas, et fideliter connotatas esse attestor.

M. Antonius Zołędziowski Sae Facultatis Decanus mpp

M. Andreas Lipiewicz, Facultatis Juridicae Decanus mpp

M. Andreas Pleczkowski
Artistarum Decanus mpp

CONVOCATIO 3tia Universitatis.

Annô Domini 1774. Die 9. Martii. Celebrata fuit Convocatio publica Universitatis super punctis sequentibus.

1mô. Ad legendam Epistolam Magistratus Leopoliensis.

2dô. Ad approbandas Rationes Illmi Advocati Claverini Româ transmissas, ex fructibus Locorum Montium, tum ad disponendum eosdem.

3tiô. Ad audiendam informationem de tribus Locis Montium per Illmum Claverini Universitati donatis.

4tô. Ad audiendam relationem DD. Deputatorum ad Regestra D. Oeconomi Bonorum ex Aô 1772. in 1773tium.

5tô. Ad deputandum Revisores Regestrorum Procuratoris Universitatis et Administratoris Typographiae.

6tô. Ad consulendum de ulterioribus Expensis propter DD. Ablegatos Varsaviam.

7mô. Ad resignandum Provisoratum Classium Novodvorscianar.

8vô. Ad audiendam relationem DD. Revisorum ad ruinas Ecclesiae Collegiatae S. Annae deputatorum.

9nô. Ad eligendum vel reeligendum Praefectum Fabricae Ecclesiae S. Annae.

10mô. Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem Universitatis.

11mô. Ad eligendum vel reeligendum Administratorem Typographiae, Syndicum et Oeconomum Bonorum Universitatis.

12mô. Ad eligendum Directorem Scholarum Tarnoviensium.

13tiô. Ad determinandum circa Actum Introductionis Canonizationis S. Joannis Cantii, jam aliàs praeconceptum, an. et quando expediri debeat.

14tô. Ad audiendam petitionem Rdmi Scholastici Czerny.

Tum ad alia, si quae per Rectorem proponentur &c.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Lectae sunt Literae Magistratus Leopoliensis, et Perillustris Rdmi Podhajecki, quarum contenta maturè auscultans Universitas, censuit favendum esse nobili ac spectabili Leopoliensium Magistratui in mittendo Diplomate ad Rectoratum Coloniae Academicae Leopoliensis Excellenti M. Antonio Czechucki Phil. Dni jam in ante ad eandem Coloniam causâ promovendorum in ibidem Studiorum emisso Professori.

Ad 2dum. Juxta Computum Exacti et Expensi ex fructibus Locorum Montium spectantium ad Universitatem nostram transmissum Annô praesenti 1774to remanebant penes Illmum D. Claverini uti Plenipotentiarium in creditum Universitatis nostrae Scuta 61. et obuli 80. Posthac exegit is idem Illmus Claverini fructus dictos Locorum Montium pro toto praeterito Anno 1773tio constitutos in Scutis 94. et obulis 40. Ex quibus demptis Scutis 50. pro Agentia Illmum D. Claverini concernentibus, remanent in creditum Universitatis Scuta 106. et obuli 20. penes eundem Illmum D. Claverini. Quas Rationes modo praemisso factas censuit approbandas esse Universitas, praesentibusque approbat: salvo omni errore

pro utraque parte. At verò ad literalem ejusdem Illmi D. Claverini Româ transmissam informationem, decrevit Universitas expendendum esse unum Locum Montium pro quinquaginta Aureis Hungaricalibus, qui ex fructu montium provenerunt, præsenti Conclusione ad præmissa mediante.

Ad 3tium. Audivit Universitas informationem de tribus Locis Montium per Illmum Claverini sibi donatis atq cessis, pro quo quidem facto debitam Illmo Claverini refert gratiarum actionem.

Ad 4tum. DD. Deputati ad Regestra Oeconomi Bonorum ex Anno 1772. in Annum 1773. confecta palam recognoverunt eadem Regestra se vidisse, legisse, ventilâsse, examinâsse, supputavisse, unde patuit Summam Generalem totius Perceptæ ascendisse ad Fl. 23022. g 21. Summam verò Expensæ Generalem inclusis debitis ad Summam 2776. ad recipiendum remanentibûs, erogatam esse in Fl. 12735. g 29½. ac proinde superatam esse Perceptâ Expensam in Fl. 10286. g 21½. Quarum quidem Rationum approbationem Universitas tantisper suspendit, donec vigore Conclusionis Anno præterito latæ in fundo Bonorum facta fuerit status eorundem revisio, et Proventuum ac Expensorum omnimoda verificatio, ad quam revisionem et verificationem quantotius expediendam in instanti Illres Clmos M. Jacobum Niegowiecki Sæ Th. et Carolum Marxen U. J. Professores elegit et deputavit. Insuper reassumendo anteriores hac in materia Conclusiones statuit irrevocabiliter abhinc debere semper fieri post Festum Nativitatis S. Joannis ex Proventibus Bonorum et Expensis Rationes, illisq in temporibus calculationem absolvendam esse non secus nec aliter, sententiavit, prout hoc suo resultato statuit et sententiat.

Ad 5tum. In Calculatores Regestrorum Illris Dni Procuratoris Universitatis, electi sunt Perillres et Rdmi DD. MM. Antonius Krzynowski et Antonius Zołędziowski S. Th. Dres et Prfres. Ad revidenda autem Regestra Illris Præfecti Typographiæ Universitatis deputati sunt Perillris D. M. Josephus De Clos S. Th. Dr et Prfr. et Illris M. Cantius Toryani U. J. Prfr.

Ad 6tum. Consultum est ulterioribus Expensis propter DD. Ablegatos Varsaviam, quas quidem erogandas esse ex concedenda pecunia à thesauro S. Joannis Cantii, et quanta hæc communicabitur, tantam eidem thesauro et futuris Bonorum Universitatis proventibus restituendam esse, censuit Universitas.

Ad 7mum. Visum est eundem adhuc Perillrem D. De Clos retinendum esse in Provisoratu Novodvorsciano, ac proinde idem rogatus, idem hanc provinciam non reluctanter suscepit.

Ad 8vum. Illres DD. MM. Michäel Mrugaczewski Sæ Thæ, et Carolus Marxen U. J. Prfres, ad revidendas ruinas Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ deputati, fecerunt de ruinis dicti templi relationem in verbo, quæ quidem taliter facta cum visa esset non sufficisse, eandem inserendam Conclusionibus in scripto sese reddituros esse promiserunt.

Ad 9num. In Præfectum Fabricæ Collegiatæ Academicæ S. Annæ, rogatus est Magnificus D. Rector, Perillris M. Joannes Rygalski Sæ Th. Dr et Prfr, quod officium pro sua toties jam huic templo præstita gratia, et liberalitate ac munificentia, benigne acceptavit.

Ad 10mum. In Procuratorem Almæ Universitatis idem Illris Clmus M. Casimirus Czerwinski Sæ Th. Prfr reelectus est.

Ad 11mum. In Administratorem Typographiæ Universitatis idem Illris Clmus M. Adamus Jagielski, in Syndicum Universitatis idem Excellens M. Ignatius Pawluskiewicz Phiæ Drs et Prfres reelecti sunt, suspensa electione vel reelectione Oeconomi Bonorum Universitatis, donec revisio et verificatio juxta Conclusionem hujus Convocationis quartâ per DD. Deputatos in fundo fuerit expedita.

Ad 12mum. In Directorem Scholarum Tarnoviensium seu Coloniæ Academicæ Tarnoviensis electus est Excellens et adm Rdus M. Casimirus Kapuscinski Phiæ Dr.

Ad 13tium. Quanto desideratius, tanto jucundius esset Actum Canonizationis S. Joannis Cantii Patris nostræ Universitatis et Regni principalis Patroni jam præconceptum, quantotius absolvi posse, at cum multa et præsentibus circumstantiis præconcipiantur obstacula, quando et quomodo Actus isthic perficiendus esset, salutares sensus Perillris et Rdmi D. M. Antonii Krzanowski Senioris Patris Sæ Th. Drs et Prfris expetendum esse visum est Universitati, quos post longiorem deliberationem Perillris Rdmus D. Senior Pater sese aperturum esse appromisit.

Ad 14tum. Defert petitioni Rdmi Scholastici Czerny et eidem unam pinum ex suis Sylvis extradi permittit.

Cùm ventum esset ad alia, audita est literalis petitio Illris Minocki, sed hæc ad tempus indeterminatum omnium Universitatem constituentium concordi votô dilata.

Supra scriptas Conclusiones per Almam Universitatem latas, laudatas, auscultatas, et fideliter connotatas esse attestor

M. Antonius Zołędziowski S. Facultatis Decanus mpp

M. Andreas Lipiewicz Facultt Juridicæ Decanus.

M. Andreas Sleczkowski mpp
Artistarum Decanus mpp

CONVOCATIO 4ta
DD. Consiliariorum.

Annô Dni 1774. Die 17. Mensis Martii, Celebrata fuit Convocatio DD. Consiliariorum, cui datô locô ex unanimi omnium consensu, puncta in eadem Convocatione contenta in modum sequentem resoluta sunt.

Ad 1mum. Audita est relatio DD. Revisorum ad Regestra D. Procuratoris Universitatis et Præfecti Typographiæ deputatorum. Et quidem in Regestris D. Procuratoris, producta est ex Bonis, Decimis, Censibus, et extraordinariis obventionibus, aliàs Generalis Percepta Flor. 12939. g 16. Expensa autem generalis ascendit ad Flor. 10760. g 16. Itaque superavit Percepta Expensam Fl. 2179. In

Regestris autem D. Administratoris Typographiae ostensa est Summa Generalis Perceptorum Fl. 730. g 14. Expensorum verò Summa Generalis Fl. 580. g 25. Proinde superata sunt Expensa Perceptis in Fl. 149. g 19. Utrecq autem Rationes modo praemisso factae per DD. Consiliarios approbatae sunt.

Ad 2dum. Habita ratione in modernis circumstantiis nunquam satis providendae Expensae, et pecunia apud D. Universitatis Procuratorem super Exposita extante, duntaxat DD. Consiliarios more solito per unum Hungaricalem salariandum esse conclusum est.

Ad 3tium. Lecta est Citatio ad Judicia Generalis Confoederationis Varsaviensis per G. Borzęcki Haeredem Bonorum Młodziejowice et Boleń Universitati posita, et negotium ejusmodi mediis Juris defendendum, diligentiae et activitati D. Universitatis Procuratori commissum est.

Supra scriptas Conclusiones per Almam Universitatem latas, laudatas, auscultatas et fidelitas connotatas esse attestor.

M. Antonius Zołędziowski S. Facultatis Decanus.

M. Andreas Lipiewicz Facultt. Juridicae Decanus
M. Ant. Badurski Facult. Med. Dec.
M. Andreas Sleczkowski
Artistarum Decanus

CONVOCATIO 5ta.
CC. DD. Decanorum.

Annô Domini 1774. Die 21. Martii absoluta fuit Convocatio CC. DD. Decanorum, stylo et forma solitis extradita, cui datô loco, infrà specificati DD. Provisores in eum qui sequitur modum Rationes fecerunt.

1º Perillris Rdmus D. M. Antonius Zołędziowski S. Th. Dr. et Prfr. Canonicus Cath. Crac. 1mo ex Contubernio Starnigeliano in Percep. fl. 3551. 1.
in Expensis fl. 2398. 28.
Superant Perceptae Expensas fl. 1152. 3.

2do ex Contubernio Siziniano et ex Borcana Luczkoviana in Percep. fl. 8162. 13.
Expensa Fl. 7145. 24.
Superat Percepta Expensam Fl. 1016. 19.

3tio. Ex Fundatione Roszczeviana Percepta . . . . Fl. 1138. 11.
Expensa . . Fl. 708.
Superat Percepta Expensam Fl. 430. 11.

Perillris Rdmus M. Antonius Krzanowski S. Th. Dr. et Prfr. Univttis Senior Pater 1mo ex Contubernio Hierosolymit: in Percep. fl. 3697.
in Expensis Fl. 4391. 20.
Superat Perceptam Expensa Fl. 694. 20.

2do ex Borcana Przewosciana Percepta Fl. 475.
Expensa Fl. 393. 15.
Superat Percepta Expensam Fl. 81. 15.

3tiò ex Porcana Zamoyscana Percepta Fl. 150.
Expensa Fl. 60.
Superat Percepta Expensam Fl. 90.

4tò. ex Porcana Zamoiscana Percepta Fl. 37.—6.
Expensa Fl. 21.—10.
Superat Percepta Expensam Fl. 15.—26.

5tò. ex Porcana Dembinsciana Percepta Fl. 0.
Superat Expensa, quæ superavit à Peritis Reibus Fl. 07.

Perill. Cl. et A. R. D. M. Josephus Sellos Sæ Pl. Dr et Pfr
1mi. ex Contubernio Philosophorum Percepta 0.
Expensa de proprio quæ superat Fl. 1407.—02/3.

2dò. ex Porcana Szeniawiana Percepta 0.
Expensa quæ superat Fl. 20.

3tiò. ex Porcana Nowodworsciana Percepta Fl. 600.
Expensa Fl. 09.
Superat Percepta Expensam Fl. 511.

4tò. ex Porcana Garvasciana Percepta Fl. 1530.
Expensa Fl. 1046.—23.
Superat Percepta Expensam Fl. 483.—7

5tò. ex Porcana Porcoviana Percepta Fl. 179.—26.
Expensa Fl. 60.—10.
Superat Percepta Expensam Fl. 119.—16.

6tò. ex Porcana Siradiana Percepta Fl. 161.—6 2/3
Expensa Fl. 08.—15.
Superat Percepta Expensam Fl. 75.—21 2/3

7mò. ex Preclaviana Percepta — Fl. 88.—20.
Expensa Fl. 46.—25.
Superat Percepta Expensam Fl. 42. 5.

Illris Amus et A. R. D. M. Casimirus Cerevinskei Universitatis Procurator 1mi ex Porcana Janiszoviana Percepta Fl. 249.—20.
Expensa Fl. 49.
Superat Percepta Expensam £ 200.—20.

2dò. ex Jablonsciana — — — Percepta £ 272.20.
Expensa £ 75. 15.
Superat Percepta Expensam £ 197. 5.

3tiò. ex Porcana Poraccana Percepta Fl. 24.12.
Expensa Fl. 13. 9.
Superat Percepta Expensam £ 11. 3.

Illris Amus et A. R. D. M. Adalbertus Poltanskei S. Th. Bfr pro R. Re Majestskei ex Porcana Baranoviana Percepta Fl. 675.15.
Expensa Fl. 68.15.
Superat Percepta Expensam £ 307.—

Illris Amus et A. R. D. M. Stanislaus Kicinskei U. J. Pr. pro Illri et a. R. D. Parochi et Capella Musicorum tum Fundationis Klippiciana Percepta Fl. 4492. 24.
Expensa Fl. 5064. 5.
Superat Expensa Percepta £ 571. 11.

200. Idem pro seipso ex Borcana Lessieciana Percepta Fl. 800. 11.
Expensa Fl. 125.
Superat Percepta Expensam Fl. 683. 11.

Illmus Cl. et adm R. D. M. Franciscus Kolendowicz Contubernii Regio-Jagelloniani Senior 1mo ex eodem Contubernio Percepta Fl. 2025. 18.
Expensa Fl. 1976. 7.
Superat Percepta Expensam Fl. 49. 11.

2do ex Borcana Boroviana Percepta Fl. 240. 22.
Expensa Fl. 65. 15.
Superat Percepta Expensam Fl. 175. 7.

RECTORATU 1mo.

Magnifici Perillustris ac Reverendissimi Domini Domini M. Antonii Nicolai

KRZANOWSKI

Sacræ Theologiæ Doctoris & Professoris, Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Præpositi Universitatis Senioris Patris, Contubernii Hierosolymitani Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis.

AMPLISSIMI RECTORIS.

CONVOCATIO 1ma.

Quæ celebrata fuit Anno Domini 1774to 9na Julii stylo & forma solita in ordine ad sequentia Puncta resolvenda Eqvidem:

1mo Ad legendas Literas Celsissimi Principis Poniatowski Episcopi Plocensis, tum Illustrissimi & Reverendissimi Episcopi Posnaniensis, Supremi Regni Cancellarii ad Rectorem totamq; Universitatem favorabiliter scriptas.

2do. Ad audiendam Relationem PP. DD. Varsaviam in negotiis Universitatis Ablegatorum.

3tio. Ad audiendam similem Relationem Jll: Dni Procuratoris Universitatis de Successu Condescensionis in Bonis Nowodzieiowice expedita.

4to. Ad habendam informationem PP. DD. ad revidenda Universitatis Bona, ibidem in Fundo verificanda Oeconomi Regestra, Deputatorum, tum ad approbanda eadem Regestra.

5to. Ad disponendum circa administrationem sortis Biata judta Ordinationem Classes Novodworsciana concernentis.

6to. Ad eligendum vel reeligendum Oeconomum Bonorum Universitatis.

7mo Ad deputandos Revisores Regestrorum ejusdem Domini Oeconomi ex Anno 1773 in Annum 1774tum confectorum.

8vo. Ad eligendum Provisorem Coloniæ Tremesnensis legendumq; binas literas Jll: Minocki Academiæ Posnaniensis Rectoris scriptas.

9no Ad reassumendam Conclusionem elapso Anno 1773. & 26. Maji intuitu coordinandi Archivi Universitatis latam.

10mo. Ad referendum Resultatum PP. DD. Consultorum circa recursum Illustrissimi Capitanei Cracoviensis censum retentos à Summa Capitali florenorum Polonicalium 35000 modo venditorio super Bonis Wielmoża & Milenki inscripta, per medium se soluturum offerentis ad Rectorem invitatum.

11mo. Ad referendum circa Summam Cartianam 6000 flor. Polonicalium ex Bonis Zgota & Błotna totaliter deportatum.

12mo. Ad conferendas Borcanas Baranovianam & Zygmuntovianam vacantes.

13mo. Ad deferendum Substitutum esse Jll: Dnum Matawowski Collegam Minorem pro continuando Cursu Philosophico ob infirmitatem per Jll: Cl: D. Znaczeński Collegam Minorem resignato.

Acta

1.4to. Ad consulendum circa Volumina Zalaszovii in Typographia Universitatis longo tempore hærentia optato fine destituta. Tum ad alia, si quæ per Rectorem proponentur. Detur omnibus & singulis DD. Doctoribus & Professoribus Universitatem constituentibus sub poena non contradicendi & prout Bonum commune diligit. Datt &c: Annô Dni 1774. in 4tam Julii.

Ex Parte Rectoris.

Cui Convocationi dato loco & consensu Unanimi descendit Universitas ad resolutionem dictorum Punctorum & quidem.

Ad 1mum. Lectæ sunt Literæ plenæ favorum ac Protectionis Celsissimi Principis Poniatowski & Illustrissimi Supremi Regni Cancellarii ad Rectorem totamq Universitatem scriptæ, quæ ut cum aliis similibus Procerum epistolis Annis anterioribus favore Universitatis ad Antecedaneos Rectores directis penes præsentaneum Rectorem reperibilibus in unum Volumen compacta in Archivo reponantur: Indices verò earum Literarum unus penes Rectorem, alter penes Procuratorem Universitatis asserventur, visum est Universitati.

Ad 2dum. Facta est plena Relatio circa negotia Universitatis per PP. DD. Varsaviam Ablegatos hunc in modum:

Cum Anno immediate elapso Ordinum Regni confoederatorum lege & authoritate constituta Commissio, quæ educandæ Patriæ Juventutis curam & supremam administrationem perpetuò teneret; publico suo edicto omnes Universitatis Academias Scholas sub jurisdictionem suam pertraheret, iisdem novas docendi leges, novam formam novasq regulas præscriptura, atque cum etiam in finem consilia & sensus Virorum, hac in materia versatorum exploraret; visum est Universitati, rem alias gravissimi momenti, ea præsertim tempestate, qua de subrogandis in locum extincti Soc: Jes: Instituti Magistris deliberabatur, nequaquam silentio prætereundum. Quocirca duos è gremio suo Viros, sibi bene visos. PP. DD. Andream Lipiewicz & Josephum Putanowicz in Delegatos constituit, qui Varsaviæ, ubi & coram quibus expediret, Universitatis commune bonum promoverent, jura libertates & privilegia sua omni meliori modo tuerentur.

Hi itaq postquam 8vo Calendas Februas currentis Anni superatis variis viarum incommodis ad dictam Urbem pervenissent, capto è re & tempore consilio, ad Excellentissimum & Reverendissimum Supremum Regni Cancellarium, Posnaniensem Episcopum Universitatis Nostræ Protectorem Maximum primùm se se contulerunt, præsentando Excellentiæ suæ Memoriale, quod subsequenter Sacræ Regiæ Majestati & Primoribus Regni fuerat exhibendum. Quod cum ille & laudâsset & probâsset Delegati converterunt Studia sua ad conciliandam sibi apud sacram Regiam Majestatem Audientiam, quam cum omni

facilitate

facilitate, intercedente Celsitudine sua Illustrissimo & Reverendissimo Procensi Episcopo 4to Nonas Februarii demq obtinuerunt. Itaq in conspectum Majestatis suæ invitante Excellentissimo Regni Marescchalco Supremo privatim admissi, salutato per primum Delegatum brevi & ad rem accommodato sermone Regiæ insinuataq Regiæ Protectioni Universitate reposuerunt in manibus Serenitatis suæ, qua nominatum Memoriale, qua Institutum Academicum, qua Ordinationem Studiorum Facultatis Philosophicæ & nonnullas Lucubrationes, quæ interea haberi poterant: Quibus Sacra Regia Majestas benignissimè susceptis, jubens Delegatos sibi propius accedere ab iisq Nomina & Professiones eorum edquirens, eosq in hæc verba affata est: = In Communi Regni calamitate, qua & Nos ipsi non leviter angustiamur, non mediocri solatio illud Nobis poneul dubio foret, si literas crassa quadam caligine circumseptas è tenebris ad lucem revocatas, ipsamq Academiam Vestram squallore languentem primævo suo splendori & pristino flori restitutam videremus. Ad tam salutare opus instituta est Educationis Commissio, atq Vos ipsos ad conferendam Nobiscum in commune operam vestram invitamus. = Deinde quæsivit Rex à Delegatis num essent sufficientes informare de statu interno & externo qua Universitatis, qua Bibliothecæ? ad hæc curaturos se ad ea omnia, de quibus interrogati forent, respondendi, Delegati reposuerunt & datâ licentiâ recesserunt.

Tum confectis variis Memorialibus & Notis, prout Circumstantiæ rerum exigebant, iisq omnibus sub trutinam Excellentissimi Regni Cancellarii subjectis, visum fuit suæ Excellentiæ, quatenus ea omnia, propter pleniorem plurium informationem typo mandarentur, quod cum ad effectum deductum esset, non tardarunt Delegati impressa exemplaria tam sacræ Regiæ Majestati, per manus Celsissimi Principis Episcopi Procensis, quam Primoribus Regni, iisq omnibus quibus expediens judicabant, insinuare.

Cum verò Delegati varios Proceres utriusq Status inviserent sortes & communem rem Universitatis Providentiæ & Protectioni suæ reverenter commendarent, omnes quidem tenuitatem Academiam magnopere deplorabant, at multi rem ipso facto se habere fidem pernegabant. Quinimo non defuerunt aliqui, ex primis Antistitibus, qui non dubitarunt Delegatis palam objicere: in recentissima Universitatis Visitatione duplex peccatum fuisse admissum Commissionis videlicet & Omissionis. Neq superfuerat aliud remedium purgandi Academiam ab ejusmodi labe, fidemq & innocentiam suam relevandi, nisi nova illaq accurata descriptione Status tam interni quam externi Universitatis, in qua omnes fundationes & proventus Academiæ ad unum individuarentur, ipsaq Academiæ imago veluti penicillo depicta corneretur. Opus hoc cum pertinaci labore nec minoribus impensis evulgatum esset, atq in publicum sparsum, tardem præoccupatos sinistris narrationibus & exaggerationibus prævertim malevolorum animos, contrarias opiniones juvid deponere, tantumq effecit, ut jam Lodiæ ex Proceribus unus nemo reperiatur, qui de tenuitate, aut verius paupertate Academiæ plenariè convictus non sit.

Itaq

Itaq subveniendum esse angustiis Academiæ omnes communiore decernunt, omnes Academiam bene sperare jubent, Commissio præsertim Educationis ea quoq cura occupatur, quomodo aucta dote & constitutis Professoribus Literarum stipendiis lautioribus Academia à squallore vindicetur. Id docent Varsavienses Ephemerides, in quibus destinata Universitati centum millia florenorum annualis stipendii leguntur, at vero, quibus & quomodo disponenda, hoc porro arcanum est, quod Educationis Commissio sibi hactenus reservavit. Omnia siquidem cogitata & dispositiones dictæ Commissionis in alto secreto custodiuntur, unum, quod hactenus innotuit, est, commissam videlicet fuisse A. R. Popławski Clerico Scholarum Piarum Ordinationem Universitatum seu Academiarum, Scholarum Palatinalium, Districtalium & Parochialium, quod ille jam quatuor capitulis absolvit, & pro ejusmodi opere constituta est ei pensio advitalitia centum Hungaricalium annuatim. Evulgata quoq est Grammatica Latina, quæ Parisiis docetur, ad quam conformare se debeant, omnes Regni Scholæ, propter doctrinæ uniformitatem. Sed & ista omnia hodie sunt in abscondito. Nihilominus præmeditata seu Erectio, seu Dotatio, seu Reformatio Universitatum, Academiarum, Scholarum, non prius speranda est, donec præviè novæ Lustrationes expediantur, & dispositioni venditioniq Bonorum seu Mobilium seu immobilium post extinctum Soc: Jes: Institutum ad Commissionis Educationi Juventutis præpositæ thesaurum devolutorum ultima manus imponatur. Quod quidem cum in longas moras trahatur, & aliunde Universitas exhausta non sit in statu diutius providendi necessitatibus suorum Delegatorum Varsaviæ, eos ad gremium suum revocavit, qui reduces ad sinum Matris suæ introcontentam Delegationis suæ rationem congregatis Ordinibus Academicis reddidere.

Qua relatione exaudita PP. DD. Ablegatis tam pro Functione laudabiliter expedita, quàm pro labore in confecto ac typis evulgato Statu interno & externo Universitatis suscepto, per eandem gratiæ sunt actæ.

Ad 3tium. Satis exactè D. Procurator informavit Universitatem de successu Condescensionis ex Decreto in Judiciis Generalis Confoederationis Varsaviæ lato in Bonis Młodziejowice expeditæ & quoniam Officium Condescensionale attenta perceptorum & expensorum sub tempus possessionis eorundem Bonorum ab Anno 1746 ad Annum 1767mum inclusivè calculatione decrevit, ut Universitas pro termino 3tia Augusti Anni currentis præfixo præsentaneo Bonorum Młodziejowice Possessori exsolveret flor. Polon. 13.4 £1. gr. 7. Unde in defectu paratæ pecuniæ modum tam notabilis Summæ acquirendæ adveniendum commisit Universitas Rectori & Patribus: reservata sibi in futura Convocatione de effectu prædicti negotii notificatione.

Ad 4tum. Fecerunt relationem PP. DD. ad revidenda Bona Universitatis, verificandaq in fundo D. Oeconomi Regestra Deputati & quoniam in nonnullis Bonis distortam ac informem cum notabili damno adverterunt Oeconomiam, proinde D. Procuratori Universitatis commissum

missum est ut ille accepta ex Revisione in scripto porrecta informatione defectus corrigeret, melioremq Statum in Oeconomiis instauraret ex quo fructus & proventus Universitati accrescere possint.

Ad 5tum. Ad meliorem habendam hoc in negotio informationem commendavit D. Procuratori suo Universitas inquirendam Ordinationem proventuum Sortis Biała futura in Convocatione producendam ac in facie Universitatis legendam.

Ad 6tum. Ex rationibus animum suum permoventibus praesertim quia Clmus Jarzęcki Bonorum Oeconomus hoc officio aliquot annis supportato gravatum se sentiens ab eo absolvi petierit, Universitas votis ejus annuendo onus Oeconomi ex eo deposuit, ita tamen, ut Rationes proventuum ex Anno 1773 in Annum 1774tum faciat, calculationem expediat, Libros Oeconomi & Regestra & caetera Documenta penes se reperibilia D. Procuratori Universitatis reddat. Et in continenti eidem D. Procuratori Universitatis commendatum est. ut sive ex intraneis sive ex extraneis Personis virum vita moribusq commendatum in Oeconomia bene versatum, circa eam testimonia fide digna habentem in Oeconomum provideat, qui Rectori ac Patribus praesentatus, si ad id munus idoneus repertus & acceptus fuerit, cum eo circa annuum salarium ac ordinarium victum componat, officia, obligationes, juxta ordinationem cum antecedaneo Oeconomo constitutam notificet & commendet, conventionemq hanc in puncta & articulos redactam in futura Convocatione praesentet, & legat in ordine ad approbandum.

Ad 7mum. Ad revidendas ac juxta anteriores Conclusiones in fundo verificandas antecedanei D. Oeconomi Relationes ex Anno 1773. in Annum 1774tum producendas deputati sunt PP. DD. MM. Josephus De Clos S. Theologiae Doctor & Professor S. Floriani Decanus, ac Aloysius Putanowicz Sacrae Theologiae Professor Collegae Majores cum addito, ut in fundo /: ut supra dictum est :/ exactam cum verificatione Bonorum expediant calculationem.

Ad 8vum. Differtur.

Ad 9num. PP. DD. in Conclusione Anni 1773. d 26 Maji ad coordinandum Archivum invitati ac specificati negotium hoc brevi se se expedituros appromiserunt, amputata longiori dilatione. In locum P. Ficzkiewicz infirmantis substitutus est Jll: Cwierzowicz U. J. Professor.

Ad 10mum. Negotium hoc commissum est D. Procuratori Universitatis ut cum Illustrissimo D. Wielopolski Capitaneo Cracoviensi ratione retentorum ex Bonis Wielmoża & Milenki censuum omni meliori modo componat cum referibilitate ad Magnificum Rectorem.

Ad 11mum. Informavit Universitatem Procurator Canonizationis S. Joannis Cantii circa Summam florenorum Polonicalium 6000 super Bonis Lgota & Błotna inscriptam, quod in annis anterioribus ex ea quatuor millia, moderno vero Anno duo millia florenorum Polonicalium sint deportata, totaq Summa. 6000 florenorum Polonicalium sit jam levata. In ante deportati 4000 florenorum Polonicalium pro expensis Cantianis sunt expensi & in Regestra inducti. Ad praesens verò duo millia florenorum Polonicalium levata ut in Archivo Cantiano reponantur conclusit Universitas

Ad 12mum.

Ad 12mum. Borcana Baranoviana collata est Jll: Adalberto Foltanski Sacræ Theologiæ Professori; Zygmuntoviciana verò Jllustri Francisco Kolendowicz Philosophiæ Doctori, cujus Borcanæ Provisoratum ex vi Ordinationis se se concernentem Jll: Fiałkowski Będlonensis Præpositus sponte at benevole obtulit se resignaturum favore Universitatis coram Officio Consistoriali Cracoviensi, documentaq omnia redditurum.

Ad 13tium. In Cursitam seu Professorem Cursus Philosophici ob infirmitatem Jll: Znaczekski Collegæ Minoris, vacantis per consensum Universitatis ratificatus est Jll: Matawowski Coll: Nor cui faustum sit.

Ad 14tum. Primum Tomum Zalaszovii majori ex parte in Typographia Universitatis reimpressum, à multis annis optato fine destitutum perficiendum esse, ad implendum suscepit Perill: Reverendissimus D. M. Andreas Lipiewicz U. J. Dr C. C. C. cui in adjutorium laboris expetiti ac adjuncti sunt JJ. Cwierzowicz & Toryani U. J. Professores.

Tum ad alia - - - Bedelli petentes novas vestes remissi sunt ad D. Procuratorem pro expensis in comparationem earundem.

Quoniam Jllustrissimus D. Wessel Regni Thesaurarius in oppido suo hæreditario Pilca ex munificentia & æstimatione Lite-
1.º rarum, Juventutis instituendæ gratiâ Coloniam, an verius Gymnasium muratum extruere intendit, extraneosq Professores Germanicæ ac Musicæ ad instruendos Juvenes in illa Colonia studia humaniora tractantes ac certis horis illis suas lectiones tradentes conduxit, unde Universitas justum judicavit Jllmo Fundatori ac Protectori suo per Magnificum Rectorem singulares gratiarum actiones deferendas esse ulterioresq favores Ejus implorandos; quod subsecutum est.

Synagoga Judæorum Casimiriensium avisanda ac stringenda est, circa extraditionem retentæ solutionis pro aromatibus ac
2.º piscibus juxta complanationem cum illis antiquitus factam.

Ob frequentem à potu incontinentiam, in facie Universita-
3.º tis monitus est per M. Rectorem Jll: Foltanski sacræ Theologiæ Professor, qui monitione suscepta, quod similia abhinc vitabit, votum vovit.

Censuit Universitas monendos esse tam Excellentes, quam Venerabiles Philosophiæ Doctores ac Baccalaureos, ne abhinc tabardati in Ecclesiis concionentur; sed more solito sacros sermones superpelliceati tantùm, aut ornati stolâ, quibus congruit, expediant.

CONVOCATIO 2da.
CC.DD. Consiliariorum

Annô Domini 1774. d. 11 Mensis Julii extradita fuit Convocatio CC. Dominorum Consiliariorum sub forma solita: Admodum Rnde Pater, Egregie Domine Doctor & Magister Venerabilis. Adsit Dignitas vestra die hodierna in stuba communi Collegii Majoris horâ secundâ pomeridianâ, non non expectato pulsu campanæ

1mo Ad Revidendos labores CC. & Excellentium DD. Professorum Inclytæ Facultatis Philosophicæ.

2do. Ad dismembrandum pecuniam ex pensionalibus Beneficiis per D. Procuratorem Universitatis collectam.

Tum ad alia, si quæ per Rectorem proponentur. Detur omnibus & singulis Perillustribus Clarissimis quatuor Facultatum, Theologicæ, Juridicæ, Medicæ & Philosophicæ Decanis, necnon Procuratori Universitatis, Oratori Tyliciano & Consiliariis Facultatis Philosophicæ. Die & Anno ut supra. Ex parte Rectoris.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum Revisi sunt & lecti coram iis ut supra, labores. CC. EE. DD. Professorum Inclytæ Facultatis Philosophicæ, latumq; de illis judicium ad mentem Legis novellæ & Statutorum.

Ad 2dum Fecit relationem Ill: Procurator Universitatis se collegisse pecuniam ex Beneficiis pensionalibus inter CC. & EE Professores Inclytæ Facultatis Philosophicæ dismembrandam. Et quidem:

Ex Beneficio Premykoviensi - - - - -	fl: - 1000.
Ex Beneficio Prossovicensi - - - - - - - - - -	90.
Ex Decimis sub Parochia Ecclea in Antiqua Korczyn - -	500.
In Summa fl: Polon. - -	1590.

Quam ita collectam pecuniam M.D. Rector & Deputati ab Alma Universitate, eidem Illustri Procuratori inter Perillustres & Clmos Consiliarios, tum dictos Clmos & Excellentes Professores more solito dismembrandam censuerunt, attenta majori vel minori eorundem in laboribus diligentiâ.

CONVOCATIO 3tia.
Universitatis.

Quæ extradita fuit Annô ut supra Die vero 22 Septembris stylo & forma solitis in hunc modum = Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor & Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra crastina die, hora secunda pomeridiana, in communi stuba Collegii Majoris, dum signum campanâ datum fuerit ad proponenda & resolvenda sequentia Puncta:

Amo } ad Faciendam Relationem } Illustris Procuratoris Universitatis de exsolutione Summæ ex interesse Bonorum Młodziejowice & Bolen provenientis Magnifico Borzęcki enumeratæ.

2do } Circa constitutum Generalem Oeconomum Bonorum Universitatis G. Adalbertum Czerwinski tum ad legendam ac approbandam Conventionem, tam circa obligationes per eum effectuandas, quàm circa Salarium pendendum cum illo factam.

3tiò. } PP. DD. ad verificanda antecedanei Oeconomi ex Anno 1773. in 1774tum Regestra Deputatorum ac ad approbanda eadem.

4tò. Ad legendam Ordinationem Proventuum ex Bonis Biała Classes Novodvorscianas concernentium.

5tò Ad determinandum tempus Introductionis Canonizati Sancti Joannis Cantii Patriarchæ nostri, comparandaq; tempestivè necessaria ad hunc Actum præparatoria.

6to. Ad eligendum Directorem Coloniæ Pinczoviensis & succurrendum ruinis ejusdem.

7mo. Ad consulendum de pensionibus propter Professores Linguarum Exoticarum Gallicæ & Germanicæ, quibus sunt destituti assignandis.

8vo. Ad deliberandum de Statu Coloniarum Varsaviensis ac Neocorcinensis.

9nò. Ad reassumendas Conclusiones Universitatis circa Visitationem Juventutis in Urbe manentis latas.

Tum ad alia, si quæ per Rectorem proponentur.

Detur omnibus & singulis DD. Doctoribus & Professoribus Universitatem constituentibus, sub poena non contradicendi & prout diligitur Bonum Universitatis. Datum Annô Dni 1774 Die 22. 7bris.

Ex parte Rectoris Universitatis.

Cui Convocationi dato loco & consensu unanimi ad proposita Puncta Resolutio talis ut sequitur, facta est:

Ad 1mum. Fecit relationem Illustris Procurator Universitatis tam de expedita ex Decreto Confoederationis Generalis Varsaviensis in Bonis Młodziejowice & Bolen Condescensione, quàm subsecutis ex occasione ejus expensis juxta Regestrum tenoris sequentis

Expensa Extraordinaria in Causa Bonorum Młodziejowice & Bolen sub tempus agitati Processus cum Magnifico Borzęcki moderno Hærede tam in Judiciis Confoederationis Generalis Varsaviensis, quàm in Condescensione ad mentem Decreti in dictis Bonis expedita Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quarto.

	Flor:	Gross:	Sem:
G. Gajowski a conscriptione Documentorum & informationis Varsaviam missa - - - - - - - - -	36.	- -	- - -
Woznemu pro Cursoria od suscepty Relacyi i tey Extrakt - -	6.	8.	- -
Ab Extractibus			

	Floren:	Gross:	Semig:
Ab Extractibus variorum documentorum ex Actis ad causam necessariorum, tum pro honorario Procuratoribus Causæ Varsaviensis. - - - - - - - - - - -	- - 445.	- -	- - -
Od Plenipotencyi i tey Extrakt w Ziemstwie Krak:	- - 11	18	- -
Od Konserwacyi Dokumentow Gnoso Rucki z postancem po nie, w Busku będących - - - - -	- - 59	- -	- -
Magnifico Michałowski Notario Castrensi Cracoviensi Judici ex parte Universitatis - - - - -	- - 900	- -	- -
G. Gajowski Plenipotenti in Causa in Condescensione	- - 288	- -	- -
Panu Sikorskiemu Rachmistrzowi - - - - -	- - - 93	- - 6.	- -
Za beczkę wina na Kondescensyą - - - - -	- - 324	- -	- -
Item za wina garcy trzy à fl: 18. - - - -	- - - 54	- -	- -
Item za wina garcy szesc, à fl: 10 - - - -	- - 60	28.	- -
Pro comestibilibus, Cibariis cerevisia cremato mulso, aromatibus &c: juxta seorsivam schedam Illustris Oeconomi - - - -	- - 464	27.	1/2
Kucharzowi z Krakowa wziętemu na Kondescensyą - - - - - - - - - - - - - -	- - - 24	- -	- -
Woznemu podczas Kondescensyi - - - -	- - - - 6	- -	- -
Na smołę, siano, obrok po dwa razy w Krakowie pod czas Kondescensyi - - - - - - -	- - - - 4	10	- -
A Decreto Magnifico Darowski Regenti Castrensi Cracoviensi - - - - - - - -	- - 180		
Ab Extractu ejusdem Decreti G. Woyciechowski -	- - - 18	- -	
Ad complementum summæ acceptæ per Universitatem ab Ill: olim Nowosielski Magnificis Ankwiczowie Successoribus juxta Decretum Condescensionale in termino - - - - - - - - - -	1348 1	- - 7.	- - -
Pro Inventuario in Traditione Bonorum non relicto juxta Decretum nempe pro 9. vaccis. 4 equis 15 ovibus	- - 802	- -	- -
Ab Extractu Transactionum & Quietationum - -	- - - 14	12	- -
Summa Generalis omnium Expensarum.	17272	26	1/2

Percepta pro hac Expensa talis.

1mò. A Venerabili Capitulo Sancti Floriani accepti sunt mutuò pro Anniversario Czyrniciano cum obligatione Provisionis solvendæ per fl: tres à centum - - - fl: Polon: - - - 10000.

2dò. A Magnifico Domino Rectore Perillustri Krzgnowski ex thesauro - - - - - - - Cantiano fl: Pol - - - - - - - 6000.

Summa Perceptæ 16000.

Reliqua Expensa facta ex Massa Universitatis - - - - - -	- 1272	26	1/2

Et quoniam

220. Et quoniam Universitas tantis expensis sustinendis pro tunc non fuerat inventa sufficiens proinde in cathactionem earum ea consilio Rectoris ac Perill: Patrum 1mo. a Venerabili Capitulo Sancti Floriani mutuò accepti sunt Flor: 10000 mediante scripto ejusmodi == Inter Almam Universitatem Cracoviensem ex una; & Venerabile Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani partibus ab altera facta est conventio de tenore sequenti. Quod videlicet Universitas habendo sibi injunctum terminum exsolutionis certæ Summæ ad septemdecem & amplius millia ascendentis, Decreto Condescensionali in Causa Bonorum Mtodrziejowice & Bolen subsecuto, ad eum effectum contraxit à dicto Venerabili Capitulo Summam Capitalem Flor: Pol: 10000 Fundationis Czyrnicciana per modum simplicis debiti & eandem super suis omnibus generaliter Bonis & Proventibus assecuravit cum censu annuo Flor: Polon: trium à centum, ita ut integer census ad 300 Florenos Polonicales ascendat à die prima Augusti Anni 1774 de Anno in Annum exsolvendus. Cavet verò sibi Venerabile Capitulum S. Floriani, quatenus, si elapso Annô eidem se se offerret opportunitas eandem Summam 10000 Florenos Polos super aliis Bonis pro censu recemptionali locandi, Universitas verò non esset in statu memoratam Summam protunc enumerare, in tali casu censum annuum per tres florenos cum dimidio a centum eidem Venerabili Capitulo assecurat, tam diu, quandiu integra Summa non fuerit exsoluta. Quam quidem Conventionem modo præmisso factam Conclusionibus Universitatis ingrossandam Partes inter se agentes voluere == Quam Transactionem tali modo factam ad præsens approbat Universitas. 2dô. Ex Peculio Cantiano per manus moderni Rectoris Canonizationis S. Joannis Cantii Procuratoris numerati sunt in auro Flor: 6000. qui juncti cum Summa Czyrniciana Flor: 10000, efficiunt Summam Flor: 16000 ut autem præfata Summa Cantiana Flor: 6000 instante Actu Introductionis Canonizati Sancti Patriarcha dum opus fuerit, pro emergentiis necessitatibus restitui ac repeti possit, Divinæ Providentiæ confisa admodum exsolutionis advenientium obstrinxit se se Universitas.

Ad 2dum. Inhærendo Conclusioni in anteriori Convocatione ad hunc actum lata à Rectore cum Procuratore Gnosum Adalbertum Czerwinski provisum, Perill: Patribus commendatum ad præsens insinuatum unanimi consensu in Generalem Bonorum suorum Oeconomum ad decursum unius anni ratificavit ac constituit Universitas; Conventionem tam circa Salarium, quàm circa obligationes per eundem implendas cum eo factam ac publicè lectam approbavit, utq; in Librum Conclusionum inscribatur, injunxit, cujus quidem Conventionis tenor est ejusmodi: == In Nomine Domini Amen. Dyspozycya Jmci Pana Ekonomowi Generalnemu w Dobrach Akademii Krakowskiey do wykonania od Dnia 1 Swiętego S. Jana Chrzciciela w Roku Pańskim Tysiąc Siedmset Siedmdziesiątym Czwartym przepisana.

1mô

1mò. Zaleca się Panu Ekonomowi boiaźń Pana Boga, do czego Panow Administratorow nakłaniac ma surowie, tym zleciwszy pod utratą i w niezwyczaynym czasie ich służby, aby zważali Poddanych, i władzą sobie powierzoną tym zakazowali piiaństwa, dla ktorego w swięta nakazane aby Mszy S. nie opuszczali; tudziez robot i wszelkich zbytkow przez piiaństwo nie czynili, baczność mieli o co karcic powinni będą, a w znacznym nieposłuszeństwie raportowac Ekonomowi a Ekonom JmX. Prokuratorowi obowiązany będzie, za co wyznaczy się przykładne na takowych ukaranie.

2dò. Ekonoma powinnosc będzie utrzymowac Poddanych w skromnosci i posłuszeństwie Dziedzicom, a tych za niedbałe ukazow zachowanie ma karac z miłosci a nie z żadney zapalczywosci. Toż samo każdemu Administratorowi ma zalecic i przykazać.

3tiò. Uprawa Gruntow w czasie tak na zasiewy ozimie iako i iarzynne doskonała być ma, zważaiąc w każdey wiosce też grunta, iakiey potrzebuią uprawy. W czym Administratorow pilnie ma doglądac, na tych miec baczenie, aby starali się czystym zbożem obsiewac grunta, nie łudząc roli prożnie. A gdyby w cale na ktorym Folwarku zgodnego do siewu brakowało zboża, każdy Administrator nieodwłocznie raportowac o tym Ekonomowi, a Ekonom Jmci X. Prokuratorowi powinien będzie, a tak obmyslą czystego do siania ziarna.

4tò. Pan Ekonom starac się usilnie będzie o pomnożenie intraty bez krzywdy iednak poddanych zważywszy Propinacye, dac dobry dozor aby obcych trunkow Gromady nie używały, za co ukaranie na odzwyczaienie nastąpic powinno. O czym Administratorom mocne zalecic baczenie.

5tò. Po zakonczonych ozimich zasiewach iak nayporządnieysze młocki nastąpić maią z ktorych wywoz czysto wychędożonego zboża na targi miarkuiąc czas zgodney przedarzy, Pan Ekonom Administratorom nakaże; za ktorą to sprzedarz wszelkiego zboża pieniądze po każdym targu, Jmci X. Prokuratorowi oddawac maią, kwity na to odbierać, bez ktorych, nic w rachunkach przyiętego mieć nie powinni.

6to. Wszelkie po Folwarkach pożytkowe Inwentarze dwa razy w Rok maią być zapisowane tak dla sprawiedliwego z Administratorami rachunku, spadku, iako też dla pomnożenia w Oborach Inwentarza z przychowku.

7mò. Lasow, Gajow Chrostow całość surowie lesnym Ekonom zaleci, nikomu wrębu nie pozwalaiąc oprocz na opał nie zdatnego drzewa, lub krzywego, wykrotu. W tych Gajach objechawszy z leśnemi Ekonom granice, a naylepiey z staremi Poddanemi wiadomemi, ma dochodzic czyli w całosci zostaią, czyli nie były, nie są od Sąsiedztwa krzywdzone, a gdyby się iaki pokazał uszczerbek, o tym zawczasu doniesie Akademii dla nieodwłocznego temu zapobieżenia.

8vò. W tych lasach, gajach, chrostach zważywszy Ekonom niepotrzebne starki, krzywaki rożnego rodzaju, ktorych ani przyrosłoby, ani na budowią zdacby się mogły, pomiarkowałby do sprzedania: o tym doniesie. Jmci X. Prokuratorowi od ktorego za pozwoleniem Akademii zupełna nastąpi dyspozycya.

9nò

9nò. Jnwentarze nowe po wioskach spisze w czasie powolnym, iakoto: Dworki Folwarki Obory, Stodoły, Browary, Stawy, Sadzawki, Wzory Dworskie, Łąki, Poddanych, i ich powinnosci z kim, ktora wioska graniczy, Granice ieżeli dawniey lub teraz nie są poworywane kłótliwe, w Jnwentarzu tego wszystkiego w każdey wiosce doskonałe opisanie być powinno.

10mò. Pan Ekonom zważywszy niedbałych w Gospodarstwie Poddanych, Kmieci, Zagrodnikow i innych, tych za zniesieniem się z Jmcią X. Prokuratorem ma władzą zrzucać, a innych dobrych Gospodarzow trzeźwych na ich mieysce osadzac, toż się rozumie o Administratorach z wiadomoscią Jmci X Prokuratora, zgodnych za niezgodnych obmysliwszy w czasie osadzac będzie.

11mò. Około S. Jana Chrzciciela z Administratorami zweryfikowawszy ich Rejestra z Karbami, sumiennie rachunki czynić będzie, sam zaś przy wysadzonych z Akademii Osobach i Jmci X. Prokuratorze da z siebie rachunek.

12mò. Zadnych Tranzakcyi Urzędownych i Przyiacielskich co do granic, lasow bez wiedzy Jmci X Prokuratora czynic nie będzie, a gdyby miała nastąpic znaczna w Dobrach i kłotliwa sprawa, zawczasu o tym Jmci X. Prokuratorowi doniesc będzie powinien.

13tiò. Po uczynionych z Administratorami rachunkach wyciągniony remanent tak zboża iako i długow u Poddanych, koni, bydła trzody opisze, tak aby każdy Administrator z tego dał w czasie rachunek.

14tò. Tabellę Ordynaryi Administratorom Czeladzi i ich zasług przy każdym Jnwentarzu nową wypisze; co wszystko z pomiarkowaniem i proporcyą w każdych Dobrach ułożywszy z approbacyą Jmci X. Prokuratora na gruncie zostawi.

15tò. Kłotnie między Poddanemi w wszelkich okolicznosciach mnieyszey wagi ułatwiac będzie, a tych za ich występki karać z miłosci nie uciemiężaiąc zbytnie tychże, ani też grozić im plagami, gdyby do własnych Dziedzicow w swoich dolegliwosciach udac się z użaleniem mieli.

16tò. Generalną Tabellę w każdych Dobrach dla siebie Poddanych spisanych mieć będzie, a gdyby wynalazł między niemi siedzących prozznie, Jnwentarze znaczne maiących, z gruntow własnych Dziedzicow siebie i wspomnione Jnwentarze wyżywiaiących, a żadnych posług ani danin Dworowi nie podeymuiących, wyznaczenie podatkowania takim przepisze.

17mò. Do Cegielni Browarow zgodnego z lasow drzewa wozic nie każe, ale same niezdatne na budowią i starki krzywe obmyslac będzie, Sprzedanego wapna, gdy się trafi z odwozem w czasie Gospodarskim odwozić nie pozwoli, ale zważy czas łatwy do odwozu, bynaymniey nie przeszkadzaiący Gospodarstwu. Palenia słomą zbytecznego zakaże, gdzie by zaś konieczna tego wyciągała potrzeba szczupłosc w paleniu zaleci.

18vò. Nikomu tak z Gromady własney, w ktorey kto zostaie, dopieroz z zagranicznych żadnemu poddanemu, Rol, gruntow, łąk arędować i puszczac nie pozwoli, pod wolną zboż do Dworu konfiskacyą.

19nò. Poszlady wszelkie dwoiako ma kazać chędożyc pierwszy poszlad w zboże celne mieszany, drugi dla drobiu Jnwentarskiego wydawany być powinien.

20mo

20mò. Karbowych, Lesnych spisawszy Rotę przysięgi na wiernosc Dziedzicom wysłucha.

21mò. Pan Ekonom raz w miesiąc Dobra wszystkie objechac obowiązany będzie, a gdyby nagła nastąpiła potrzeba, i więcey w Miesiąc.

22dò. Gromady po wioskach ponieważ Woytow i Przysiężnych nie maią, a ci być powinni z rożnych przyczyn, tych obieranie i postanowienie Pan Ekonom ma pozwolenie.

23tio. Administrator, gdy w ktorych Dobrach niezgodny będzie, temu na Niedziel cztery przed czasem mieysce wypowie, upatrzywszy wprzod innego zgodnego do Gospodarstwa.

24tò. Ekonom gdy będzie widział z pożytkiem Dziedzicow a z nieprzeszkodą dla siebie w dobrey Ekonomii sposobność, może wiednych Dobrach na mieyscu Administratora dyspozycyą Gospodarstwa trzymać, a gdy ta Dyspozycya nastąpiłaby, pracą i Ordynarya Administratorską zwykłą kontentowac się będzie

25tò. Szkody w łąkach i zbożach Panskich gdy przez zuchwałość Gromada uczyni, ktorey ognać się nie można, osobliwie po nocach wołmi i końmi, Ekonom z Woytem i Przysiężnemi przy Gromadzie otaxuie, lub na iego mieysce w niebytnosci Administrator, ktorey uznanie ten lub ci, z ktorych przyczyny szkoda stała się, zapłaci lub zapłacą do Dworu.

26tò. Spaśne od Bydła Gromadzkiego, aby czyniło Prowent powoli ułoży i nakaże, iednak bez uciemiężenia Poddanych.

27mò. Kontrakt na Browary dawać będzie Żydom lub innym Katolikom, takim iednak, ktorzyby byli zgodni prowent Dziedzicom pomnożyć bez uszczerbku i zniszczenia poddanych z obowiązkiem, aby Arędarze co miesiąc Summę Kontraktową wypłacali.

Idem ex Borcana Przevosciana ostendit in Perceptis - " - " - " - fl. " 291 gr. 15.
In Expensis. " - " - " - " - " - " - " - " - fl. " 182. 24.
Superat Percepta Expensam. - " - " - " - " - fl. " 108. 21.
Idem ex Borcana Łącciana ostendit in Perceptis. - " - " - " - fl. " 200. - -
In Expensis. - " - " - " - " - " - " - " - fl. " 186. - 3.
Superat Percepta Expensam. - " - " - " - " - fl. 13. - 27.
Idem ex Borcana Zamoysciana ostendit in Perceptis - " - " - fl. 410. - -
In Expensis. " - " - " - " - " - " - " - " - fl. 141. - 6.
Superat Expensam Percepta. - " - " - " - " - fl. 268. - 24.
Idem ex Borcana Szamotuliana ostendit in Perceptis. " - " - " fl. " 15. - 26.
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " fl. " 23. - 20.
Superat Expensa Perceptam. - " - " - " - fl. " 7. - 24.
Idem ex Borcana Novodvorsciana ostendit in Perceptis - " - " fl. nihil. -
In Expensis - " - " - " - " - " - " - " - " fl. " 74. - 10.
Superat Expensa Perceptam - " - " - " - " fl. " 74 - 10.

Reverendissimus D. M. Antonius Łołędziowski Canonicus Cathedralis Cracovien.
Ex Fundatione Roszczeviana ostendit In Perceptis. fl. 1130. gr. 11.
In Expensis. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 720. - -
Superat Percepta Expensam. - „ - „ - „ - „ - „ - „ 410 - 11.
Idem ex Contubernio Starnigeliano ostendit in Perceptis Flor. Pol: 3209. - - 3.
In Expensis. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 1375. - - 21.
Superat Percepta Expensam. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 1833. - - 12.
Idem. ex Contubernio Sisiniano, cum Borcana Luczkoviana in Percept: 9788. - - 4.
In Expensis. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 7907. - - 24.
Superat Percepta Expensam. „ - „ - „ - „ - „ - „ 880. - - 10.
Perillustris D. M. Josephus De. Clos Sae Theologiae Doctor & Professor
Ex Contubernio Philosophor ostendit in Perceptis. fl. - 7. - - 15.
In Expensis, cū Debitis anterioribus fl. 1407. gr 9 - 2. - - 1881. - - 26. 2.
Expensa cum Debitis superat Perceptam. - „ - „ - „ - 1874. - - 11. 2.
Idem ex Borcana Strzemiaviana ostendit in Perceptis. „ - „ - „ - „ Nihil. - -
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - Nihil. - -
Idem ex Borcana Novodworsciana ostendit in Perceptis. „ - „ - „ - „ 721. - - -
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 224 - - 12.
Superat Percepta Expensam. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 496. - - 10.
Idem ex Borcana Varsaviana ostendit in Perceptis. „ - „ - „ - „ - 403. - - 7.
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 345. - - 1.
Superat Percepta Expensam. - „ - „ - „ - „ - „ - „ 139. - - 6.
Idem ex Borcana Borkoviana ostendit in Perceptis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ 454. - - 16.
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 116. - - -
Superat Percepta Expensam. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 338. - - 16.
Idem ex Borcana Siradiana ostendit in Perceptis. - „ - „ - „ - „ - „ 125. - - 2. 2.
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 109. - - -
Superat percepta Expensam. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 16. - - 2. 2.
Idem. ex Borcana Praclaidana ostendit in Perceptis. „ - „ - „ - „ - „ - „ 111. - - 5. -
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 64. - - - -
Superat Percepta Expensam. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 47. - - 5.
Illris M. Andreas Szopiarski. Executor Testamenti Illris olim M. Stanislai Fiszkiewicz
Pro Capella Musicorum ostendit in Perceptis. - 1092. - - 12.
In Expensis - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 996. - - 8.
Superat Percepta Expensam. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 96. - - 4.
Idem. ut Executor; ex Borcana Lepiecciana ostendit in Perceptis. „ - „ - „ - „ 603 - - 11.
In Expensis - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 292. - - 23.
Superat Percepta Expensam. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 390. - - 18.
Illris M. Adalbertus Foltanski ex Oblomkoviana ostendit in Perceptis 1155. - - -
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 510. - 25.
Superat Percepta Expensam - „ - „ - „ - „ - „ - „ 664. - 5.
Idem ex Borcana Baranoviana ostendit in Perceptis. „ - „ - „ - „ - „ 307. - -
In Expensis - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 79. - 15.
Superat Percepta Expensam. „ - „ - „ - „ - „ - „ 227. - 15.
Illris M. Casimirus Czerwinski. ex Borcana Janidloviana in Perc: - 290. - 20.
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 61. - 15.
Superat Percepta Expensam. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 229. - 13.
Idem ex Borcana Jablonsciana ostendit in Perceptis „ - „ - „ - „ 249. - 25.
In Expensis - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 89. - 20.
Superat Percepta Expensam. - „ - „ - „ - „ - „ 160. - 5.
Idem. ex Borcana Boracciana ostendit in Perceptis. - „ - „ - „ - „ - „ 32 - 3.
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 10. - 24.
Superat Percepta Expensam. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 13. - 9.
Illris M. Franciscus Thatawowski ex Contub: Jagellonicano in Perceptis. 1906. - 19 ½
In Expensis. - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 1402 - - -
Superat Expensa Perceptam. „ - „ - „ - „ - „ - „ - „ 414. - 10. ½

Idem ex Borcana Boroviana ostendit in Perceptis -"-"-"-" fl. 175 - gr. 7.
In Expensis. -"-"-"-"-"-"-"-"-" 28. - 22.
Superat Percepta Expensam -"-"-"-"-" 146. - 15.

Quas quidem Rationes, omnium & singulorum Perillustrium, Illrium Provisorum, uti exactè factas; praesens Officium Rectorale cum Decanis Facultatum approbandas esse censuit, & re ipsa approbavit, hac sua Conclusione ad praemissa mediante. Quoniam verò Regestra aliarum Borcanarum non sunt à suis respectivis Perillribus, Illribus Provisoribus producta, nempe; ex Fundatione Alexandroviciana, Brosciana, Chaszkoviana, Karnkoviana, Lukiniana, Gulczeviana, Vladislaviana, Raciborsciana, Stęzycciana, Trzeciakoviana, sive Krosnensi, Waleszyniana, Fusoriana, Zygmuntoviana, Wolbramensi, Proinde hos defectus in futura Convocatione Universitatis esse deferendos CC. Decani justè judicarunt, ac Magnifico Domino Rectori, seriam investigationem, cur Calculus ex dictis Borcanis non fuerit expeditus? commendarunt. Quod Magnificus D. Rector non gravatim suscipere dignatus est.

Supra scriptas Conclusiones per Almam Universitatem latas, laudatas, ascultatas et fideliter connotatas esse attestor.

M. Josephus de Clos SS. Th. Dr. et Pfr.
Ejusdemq. Sacrae Facult. Decanus

M. Andreas Lipiewicz USDr. mp.
Infr. Facultatis Juridicae Procancellarius et Decanus mpp.

M. Andr. Badurski Facult. Med. Dec.
mpp.

RECTORATU 3tio
Ejusdem Magnifici Domini
D. M. ANTONII NICOLAI
KRZANOWSKI

Sacræ Theologiæ Doctoris et Professoris, Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Præpositi, Universitatis Senioris Patris, Contubernii Hierosolymitani Provisoris, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis AMPLISSIMI

RECTORIS.
CONVOCATI O 1ma
Universitatis

Quæ celebrata fuit Anno Domini 1775. die 5 Julii, idq; in ordine ad resolvendum sequentia puncta.

1mo Ad deputandos D.D. Revisores Regestrorum D. Œconomi ex Anno Dni 1774 in -75. confectorum, in fundo Bonorum verificandorum.

2do Ad audiendam relationem, unam PP. DD. ad Regestra Perill. Niegowiecki S. Theologiæ Licentiati antecedanei Fabricæ Collegiatæ S. Annæ Procuratoris; alteram DD. Revisorum Lapideæ Ungarorum Deputatorum.

3tio Ad eligendum vel reeligendum D. Œconomum Bonorum Universitatis.

4to Ad providendum ulterioribus expensis pro imminente Actu Introductionis Canonizati S. Patriarchæ.

5to Ad eligendum Rectorem Coloniæ Culmensis.

6to Ad consentiendum desideriis Illustrissimi Palatini Pomeraniæ.

7mo Ad videndam et approbandam delineationem oportunæ in Classibus antiquis Fabricæ, finaliterq; de ea concludendum.

8vo Ad consulendum: Solutioni Fumalium per Comitia Varsoviensia constitutorum respective Universitatem attingens quem afficere debeat? num Personas? num Collegia distinctim? num Thesaurum Universitatis?

9no Ad inquirendum circa Borcanas, ex quibus coram Rectore et Decanis Facultatum Anno currente non est facta Ratio.

Tum ad alia, si quæ proponentur &c.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum Deputati sunt ad Regestra D. Œconomi in Fundo Bonorum verificanda PP. DD. MM. Joannes Rygalski, S. Theologiæ Doctor, et Cantius Toryani J.U. Pfr Collega Juridicus, quam calculationem in mense Septembri anni currentis sese

declararunt

declararunt expeditoros.

Ad 2dum Approbatio Regestrorum R.D. Mogwiecki, antecedanei Fabricæ Collegiatæ S.Annæ Procuratoris ob absentiam. Quid debeatur ad futuram Convocationem. Quod vero attinet ad Reparationem Lapidei Hungarorum, facta est per Dd. Delegatos relatio ejusmodi:

Ex Conclusione Almæ Universitatis Cracoviensis Die 27 Martii 1775 Die Sabbathi nos M. Carolus Marxer J.U. Professor, S. Nicolai Præpositus, et M. Franciscus Kolendowicz Collega Major ad revisionem Lapidei Hungarorum in Platea vulgo Bracka existentis deputati eadem eodem anno 1775 die 29 Mensis Martii expedivimus, et quæ in ea observatione digna visa sunt, sequenti benore propter informationem Almæ Univitatis annotavimus:

1mo Według Inwentarza znayduią się następuiące rzeczy, a dobry tego nie dostawało, P. Nagadowski Gospodarz Seralowieyszy w czasie rewizyi obiecuie się być w odpowiedzi. 2do Sklepienie nad Sienią wkoncu samym idąc na Ulicę pod Facyatą tylną iak według Inwentarza widzieć iest bardzo zrudzone, i rozrzucone było, takie teraz coraz bardziey bydź może tak dalece, że iuż podparte stępami, wielkim zdaie się grozi niebezpieczeństwem, a tym samym potrzebuie nieuchronney bez odwłoki reparacyi. 3tio Rudera boczna tegoż sklepienia tudzież wnijrach na ryby. 4to W tyle kamienicy na pierwszym piętrze idąc od schodow po prawey stronie iest izba, w ktorey mur nad oknem facyaty od ulicy nie tylko pokrzywiony, ale też i kamień nad romami bardzo tak naiszpecił, że iuż podawany iest, a ztąd wynika wielkie niebezpieczeństwo aby facyata gorna nad tym oknem wiszącą nie walita się, i dalszey ruiny murow nie ciągnęła z przyległy obserwacyi w gorze okien, a ciemnich murow. 5to Sklepienie w drugiey kamienicy na dole tak tyle podobną ruinie, iak i w pierwszey opisane. 6to Dachy wszystkie powtarzaią tak w niższych iako i w gornych izbach dzwia Naiem zimno od mieszkania dla zimna, iako też i od chłodu. A lubo w niektorych teraz dano podbitki z znaczną Caperską, osobne i nowe, te iednak niepotrzebne odrzyć mogą tak dla wielkości okien, iako też dla cienkości murow, i obserwacyi tychże. 7mo Dachy nad Facyatą całą po wierzchney części tak tylnie i wtyle oprocz tych, ktore teraz swieżo dawane. Stayenie, Wozownia, Locarunek wcale przestawiania potrzebuią. 8vo Do tych pustek i niewygody o Mieszkańca trudno, a iżeli się trafi, nie może tyle płacić, ileby potrzebne gdyby w swoim stanie była kamienica, przydaie do tym, że do nastepuiących obszernych pustek i Mieszkanice opuszczać będzie, ktory i teraz z niewygody i strachu znayduie się. 9no Zgoła nayprzod zdaie się potrzeba aby iak nayprędzey sklepienia, z ktorego iuż cegły wypadaią, i Facyaty wtyle kamienicy poratować, także w Facyacie przedniey mury przebrzydły okien pożmnieyszać, iako i mury tylne z podworza kamienicy Melsztynowskiey w ktorych znacznie, i w wielu mieyscach kamienie powypadały, poprawiać. 10mo W Roku 1774 iaka reparacya tamtey kamienicy była, Regestr pokaże.

Qua Relatione audita reparatio dicta Lapidea committitur Dd. Procuratoribus.

Ad 3tium Electus est in Decanum Bonorum Universitatis L. Baltazar Czerwinski.

Ad 4tum Dilatum est hoc punctum ad finem Actus Introductionis.

Ad 5tum Electus est in Rectorem Celsitudo Reverendissimus Dd. M. Laurentius Butkowski J.U. Professor, Collega Juridicus.

Ad 6tum Detulit Universitas desiderio Illustrissimi Prebendowskie Sala

tini

tini Pomerania, concluso, Summam integram post subsequam Bonorum Soleta per Magnificum Broscki Camerarium Propoticensem dictorum Bonorum Heredem exemptionem recuperandam super Bona Czastow dicti Illustrissimi Paladini Hereditaria importandam, ac in gliis boandam esse interim Illustri Procuratori Universitatis commendavit: ut investigetur dicta Bona Czastow sint mundia, libera, & salten Summis non praegravata.

Ad 7mum Praesentata est deliberatio Fabricae in Classibus antiquis necessaria, ubi effectuetur, commissa est M. D. Procuratori Universitatis.

Ad 8vum Contributionem Fumalium per novellam Legem Varsaviae constitutam DD. Collegia omnium Collegiorum à Caminis suarum Habitationum soluturos esse obtulerunt; jam vero à Caminis sive superfluis, sive vacantibus, tum à Culinariis ex communibus proventibus qualibet Communitas dependat, in Contuberniis quoq; et Scholis ut Alumni inhabitantes juxta moderationem per DD. Seniores factum, et per DD. Provisores recognitum et approbatum ut dictam Fumalem Contributionem exsolvant, concluserunt est.

Ad 9num Commendata est seria vindicatio Borcaranum DD. Provisoribus Earundem, ne per remissam solicitudinem Aerina Fundatorum suffragio debito defraudentur ac defraudentur.

Sub puncto: Tum ad alia 1mo Quoniam per novellam Legem sancita est Contributio, ut à quolibet Calendario Author solvat grossum argenteum, sive grossos 7 et ½, cubrendendi Thesaurum Regni, proinde ut D. Procurator pro parte Universitatis paucissima Calendaria imprimi curet, decisum.

2do Negotium Graniciale in Borzis Kasiechowice citra sylvam Lipie vocitatam, ab aliquot annis cum M. D. Michalkiewiczio Bonorum Jasikowice Herede tractatum inchoatum, ut absq; ulteriori mora perficiatur, Berill. D. Spino Lipiewicz cum petitione insinuandi Universitati. Pariter accelerationi Coordinationis Archivii Universitatis, ac diligentior incumbentia Berill. D. Decani Archivista commendata est.

3tio. Commissum est M. D. Rectori, ut vel Baccalaureum vel Audiosum idoneum ad docendam Colonian Varsaviensem mittat, in cujus Colonia Provisorem ex unanimi consensu electus est M. Chmg et Adm Rndg D. M. Casimirus Tonjani J. U. Bac. Collega Jundicus.

CONVOCATIO 2da.

CC. DD. Decanorum

Anno Dni 1775 die 12 Mensis Julii celebrata fuit Convocatio publica. D. Decanorum sub forma sequente extradita:

Dom Rnde Pater, Egregie D. Doctor, et Magister Venerabilis! Absit dignitas Vestra hodierna die in Stuba communi Collegii Majoris hora 2da pomeridiana non expectato pulsu compara

1mo ad revidendos labores CC. et EE. DD. Professorum Inclytae Facultatis Philosophicae.

2do. ad dismembrandas pecunias ex pensionalibus Beneficiis per D. Procuratorem Universitatis collectas.

Tum ad alia, si quae per Rectorem proponentur. Datur omnibus.

Ad 1mum Lecti sunt, auscultati ac revisi rotae jis ut supra, labores CC. et EE. DD. Professorum Inclytae Facultatis Philosophicae, latumq; de jis Judicium ad mentem Novellae Legis, et Statutorum.

2a Ad 2dum. Fecit Relationem Dll Procurator Universitatis se collegisse pecuniam ex Beneficiis Personalibus, inter quos, de Jure, dismembrandam, et quidem

Ex Beneficio Premisloviensi fl. 1000
Ex Decimis sub Parochia Sorchyn. — „ 500.
Ex Beneficio Proposicensi — „ — 90.
In Summa — „ — 1590.

CONSILIUM

3a Anno Dni 1775 die 20 Augusti tractatum est negotium ratione Lapidea Melstynowska inter Lapideam Burgarorum ex una, et Lapideam, Acialem in platea Fratrum olim Dominicanorum, ad presens Illustrissimi Antonii a Cathellani Podocensis hereditaria parte ex altera consistentem, ab interme diam, ideq occasione ruinarum per depositionem dicte Lapidee Melstynowska Universitatis hereditaria, Lapideam Illustrissimi Castellani devastantem quibus ruinis per Decretum Regium ex fundamento Revisionis officiose per Quarteriarches expedita latum reparationem per Universitatem faciendam injungens, quoniam Universitas concurrere ac reparare non est sufficiens, proventum ex Ea vel exiguum vel parvum ob dictam depositionem lucratur, proinde adsignando se ad Conclusionibus jam in anno circa venditionem Lapidea Ungarorum, cui Melstynowska adnexa est, facto, ut prava taxatione privata per Magistros Murarios pro informatione data plus offerenti eadem Lapidea Melstynowska divenditur, D. Procuratori committit Universitas.

Convocatio 3tia Universitatis

Qua celebrata fuit Anno Dni 1775 die 25 Septembris in ordine ad resolvendum sequentia puncta.

1m Ad incorporandum gremio Universitatis Clarissimum et Excellentem M. Joannem Luby Philosophiæ et Medicinæ Doctorem, idq post absolutas sua Facultatis Medicæ formalitates.

2m Ad videndum presentari Rescriptum Commissionis Supremi Thesauri Regni, ratione Contalium in Bonis Bienczyce, Biola, et Jegobor interventu Illustrissimi et Excellentissimi D. Przebendowski Palatini Posnaniæ favore Universitatis obtentum.

3m Ad ingrossandum Librum Conclusionum Universitatis ob futuram memoriam Actum solemnis Introductionis Canonizati S. Joannis Cantii Patriarchæ Nostri Cracovia Anno currente 1775. die 15. Julii feliciter expletum. Item ad determinandum ac finaliter concludendum circa continuationem Octavæ Ejusdem S. Patriarchæ jam alias inchoatæ in posterum in Ecclesia Collegiata S. Annæ ritu solemni celebrandæ; circa Octavarium, circa Ornamenta PP. Franciscanis est concedenda; et circa Imagines S. Cantii.

4m Ad deputandos Revisores Regestrorum quoad Perceptam ac Expensam Canonizationis S. Joannis Cantii per Procuratorem producendorum, ac ad resignandum idem munus Procuratoris.

5m Ad dandum consensum Rectori ac Procuratori Universitatis p.si ad

u

id ventum fuerit, ad levandum Summam Capitalem Florenorum Pol. 20000 Fundationis Filipovianæ ex Bonis Libiertow, et ad locandam eam in Bonis Czuszow Illmi Przebendowski Palatini Pomeraniæ hæreditariis.

6to Ad audiendam Relationem Perill. DD. Deputatorum ad Regestra D. Œconomi Bonorum Universitatis, num ex revisione Regestrorum sit necessaria revisio Bonorum.

7o Ad succurrendum ruinis Coloniarum Academicarum: Pinczoviensis, et Neo=Corcinensis.

8o Ad faciendam relationem de immutatione Fundationis Coloniæ Tremesnensis jam alias per prius Universitatis Nostræ Jurisdictioni subjectæ, et favore Ejusdem assecuratæ.

9o Ad audiendam relationem Peril. Cl. D. Francisci Minocki U.J. Licentiati Academiæ Posnaniensis Rectoris de Summa 6000 Flor. Pol. favore Academiæ ejusdem Testamento olim Illmi D. Adalberti Opalinski Palatini Siradiensis legata, mediumq inveniendum vindicandi eandem.

10o Ad dandam facultatem Eidem Perill. Rectori Academiæ Posnaniensis levandi Summam Flor. Pol. 10000 ex Bonis Strzyzowo et Bugay in Palatinatu Calisiensi consistentibus, et in alia munda Bona in Palatinatu Posnaniensi sita transferendum.

11o Ad referendum Universitati de Summa 2000 Flor. Pol. in synagoga judæorum Posnaniensium Academiæ illi inscripta, recenter per Commissionem Varsaviâ delegatam penitus cassata et extincta.

12o ad reassumendam Conclusionem præcedentis Convocationis ad 2dum latam ratione approbationis Regestrorum Peril. Cl. M. Jacobi Niegowiecki S. Thlgiæ Licentiati, Fabricæ Collegiatæ S. Annæ antecedanei Provisoris.

13o Ad referendum circa Conclusionem de divenditione Lapideæ Melsztynowska in platea Fratrum consistentis, Lapideæ Hungarorum conjunctæ in Consilio Anno cur. die 30 Augusti latam.

14o Ad decidendum, ac finaliter concludendum: An Præfecti et Vice=Præfecti Seminarii Posnaniensis pro tempore existentes præter obligationes, quas adnexas Seminario habent, Lectiones Theologicas in Domo Seminarii, an in Lectorio Academiæ Posnaniensis omnino tradere sint adstricti?

15o Ad respondendum desideriis Excel. M. Nicodemi Kobylecki Phiæ Doctoris, in Universitate Nostra laborare volentis.

Tum ad alia si quæ proponentur &c.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum Post peractas in Facultate Medica formalitates associatus est Gremio Universitatis Clmus M. Joannes Lucy Philosophiæ et Medicinæ Doctor, cui felix sit et faustum.

Ad 2dum Præsentatum ac lectum est in Universitate Rescriptum Supremæ Commissionis Thesauri Regni ratione Contalium in Bonis Bienczyce, Biała et Tęgoborz interventu Illmi D. Ignatii Przebendowski Palatini Pomeraniæ obtentum, idq tenoris talis: —— Działo się w Warszawie, w Pałacu Rzeczypospolitey Krasinskich zwanym, na Komissyi Rzeczypospolitey skarbu Koronnego w interesach ekonomicznych Dnia iedynastego Miesiąca Lipca, Roku Panskiego Tysiącznego Siedmsetne

go

go, Sandecziego Biskupiego. Komissya Rzeczypospolitey Skarbu Koronnego memoryał Jaśnie Wielmożnego Krzeczkowskiego Woiewody Pomorskiego imieniem Akademii Krakowskiey podany niżey wnosząc, Ponieważ w Dobrach Tęgoborz, Biała w Woiewodztwie Krakowskim, Powiecie Lelowskim, Bieńczycach Powiecie Krakowskim leżących będzie Akademii Krakowskiey Dziedzicznych, Mosty i groble na rzekach będące nie są lustrowane, przeto ze zlustrowania onych płacy Mostowego i Grobelnego ustanowienia do Dobr Tęgoborza, Biała, Urodzonego Chorążego Pisarza Koronnego Koniuszego, do Dobr Bieńczyc Urodzonego Jozefa Wyżyckiego Kontrarotulanda Prowincyi Krakowskiey, wyznacza. Którey Prowincyi w Grodach naybliższych Robą w Uniwersale Komissyi zawiey Dnia dwudziestego Czwartego Februarii, Tysiąc Siedmset Sześćdziesiąt Siodmego Roku, wyszłym, Lustratorom Mostow i Grobel przepisano wykonawszy, obowiązki tego Uniwersału oraz Instrukcyi pod dniem tymże i Rokiem, Lustratorowie Mostow i Grobel daney zachowuiąc się podług Prawa Tysiąc Siedmset Sześćdziesiątego Czwartego dopełnią. Z Produktu Ekonomicznego Komissyi Rzeczypospolitey Skarbu Koron wypisano i wydano. Jan Ostrowski Wodzicki

Milonski SK SK.

Huic Rescripto facto Curibus respective ad Bona pertinentibus, uti Praeposito S. Floriani ad Bona Bieńczyce, Dno Procuratori Universitatis ad Bona Biała et Tęgoborz, Lustratores in Rescripto specificatos conducendos, ac juxta praescriptam formulam negotium effectuandum, commisit Universitas.

Ad 3tium Ab saeculis exoptatus, ac omnium ardentibus votis expetitus, solemnissimus Introductionis ex Ecclesia Cathedrali Cracoviensi ad Ecclesiam Collegiatam Sanctae Annae, Canonizati Divinissimi Patriarchae Joannis Cantii Actus in numerosissimo populi concursu, ac cum incomparabili plausu, Anno Domini 1775. die 15 Julii feliciter expeditus est. Ut autem tantae Solemnitatis immortalis fieret memoria, Superiorum tobius rei gestae, ac celebritatis, ut erant, Diarium, conscribendum, ac publico manifestandum, commisit cum expostulatione benigna Reverendissimo D. M. Josepho Putanowicz Canonico Cath. Crocensi, Collegae Majori. Qui privatis per eximias suas curas, dicti Actus executioni ac dispositioni, pro aliis, plus contribuit, cui per Universitatem gratia sunt acta, ita expedienda praedicta evulgationi, alacrem se se obtulit, ac pro Honore Sancti juxta plausibilem capacitatem suam, sacravit se laboraturum. In continenti

2do Gratiae actae sunt per totam Universitatem M. Rectori, et Rmis. Reverendissimo D. M. Antonio Zoledziowski, S. Theologiae Doctori et Professori, Canonico Cathed. Crac. quod Alter, per incomparabilia Studia, curas et labores uti Postulator, Decretum Canonizationis S. Joannis Cantii obtinuerit, ac in Alma Urbe solemnissimam Introductionem, cum summo plausu expedierit; Alter verò Procurator, annorum 17 dicte Canonizationis in Polonia Procurator, similem Actum Introductionis in decimo octavo suae, perficerit. Ex quo sit DEO Opt. Laus, honor, S. Patriarchae gloria, quod ea, quae a saeculis Patres nostri ardenter videre voluerunt et non viderunt, vobis, ex arcano Bonitatis ac Providentiae Divinae oculis pal

pare

palpare id conceptum.

2do Et quoniam crebra suspiria, ac desideria sancta totius ferme populi innotuerunt Almae Universitati, continuationem ac institutionem Octavae S. Joannis Cantii, ritu solemni, in Ecclesia Collegiata S. Annae ardenter praestantia, proinde perfusa gaudio Universitas ex tanto zelo erga S. Patriarcham, ac ad piorum vota inclinata dictam Octavam quotannis celebrandam cum Conventibus quotidianis, in Collegiata D. Annae concessit, dispositionemque dictae Celebritatis, Anno cum M.D. Redeat commisit, in Domino confisa, quod licet ad majorem sufficientes proventus non extiterint, quibus dicta Devotio promoveri posset, suscitare tamen dignabitur Benefactores, quorum Munificentia in posterum, hac Sacra Devotio continuari queat. juxta illud: Non dicas coram Angelo, non est Providentia!.

3tio Intulit M.D. Rector desiderium et exigas preces AA.RR.PP. Franciscanorum Conventus Crac. per A.R. Capistranum Korczyński Provincialem commendatas, ac ad Universitatem institutas, videlicet: ut Ornamenta quadam seorsivo Regestro specificata, post finitum Actum Introductionis S. Patriarchae Nostri Stanislai, pro futuro simili Actu Introductionis S. Josephi à Cupertino, modo accommodatio haberi possint, quibus petitionibus auditis Universitas benigne acquievit, ac dicta Ornamenta specificata comodanda decrevit sub his conditionibus: 1. ut dicti Patres pro hac gratia, Votivam Solemnem in Honorem S. Joannis Cantii, in Ecclesia sua instituant, ac absolvant. 2. ut memorata ornamenta suo tempore, hoc est post expeditum dictae Suae Introductionis S. Josephi Actum, omnia et singula Universitati restituant juxta submissionem suam, quae est tenoris ejusmodi:

Jakom upraszał Per-Illustrem Rmum Dominum Rectorem Almae Universitatis, totamque Almam Matrem o udzielenie Nam co z Ornamentow Aktu Kanonizacyi S. Jana Kantego, pożyczanym sposobem, i odebratem deklaracyą; tak przeyrzawszy One, zważyłem, że na przyszły Akt Kanonizacyi S. Józefa z Kopertynu tuby nam były potrzebne.

1mo Wszystkie Szesc Kolumn willkuch wspaniałych, dwie od rynku z herbami Królestwa Polskiego na nich osadzonemi, i cztery dalsze rowne pierosfym, nad niemi Stoiących Osob nam nie potrzeba, ale o cztery ornamenta, na których geniusze malowane na płotnie przy tych że Kolumnach na dole dowrazam się.

2do Wszystkie ośmnaście Virtutes Morales w geniuszach na drewnie wyobrażonych malowane z postumentami swemi.

3tio Wszystkie ośmnaście Kopertynenbow pomiędzy temi geniuszami, także na drewnie malowane do Symbolow i Emblematow; z postumentami swemi. 4to Całą opponę w Machinie przy ręcznej wyrażaiącą Ecclesiā Militantem.

Co wszystko gdy z nieostawowanego respektu pożyczanym otrzymam sposobem, przy tym wdzięczności mieyscu wraz z całym Konwentem winien będę Deo dante oddać po zakończonych Aktach Kanonizacyi S. Józefa z Kopertynu za dwa roki cal. praesentę. Na co tek moy rewers podpisuie.

die 23 Julii 1775 Cracovie.

Ex Kapyan Korczyński
Prowincyał XX. Franciszkanow

Ad 4tum Resignato munere Procuratoris Canonizationis S. Joannis Cantii, per M.D. Rectorem huius gesto. electi sunt Revisores Regestrorum Conventum et Expensa pro Actu Introductionis, PP. RRmi DD. MM. Antonius Załęski Dziewicki, et Andreas Lipiewicz Canonici Cathed. Crac. nec non Decani Facultatum Artium, Medicae et Philosophicae.

Ad 5tum Datus est consensus M.D. Rectori et Procuratori Universitatis ad levandam Summam 20000 Flor. Pol. ex Bonis Liberiorum, eandemq in Bona Czastkow Illm. Stanislai Przebendowskii Palatini Pomeraniæ hæreditatia transferendam.

Ad 6tum Quoniam Decreta præcedentia, non retrocedunt, standum esse Conclusionibus nunc et in posterum ratione verificationis Regestrorum D. Cancellarii in futurum omnino instituenda decrevit et sententiavit Universitas. Indulgendo vero in firmis viribus Perill. Clmi D. M. Joannis Bygalski S. Th. Dris Collegiati primi additi Universitas C.C.D.M. Jacobum Niegowieski S. Th. Licentiatum, et vadelicet Perill. dictus Bygalski propitquiora Bona Universitatis pro sua velle C. veri Niegowieski cum Ill. Zoryani Collegiato 2do remotiora residens, officium suum exacte expediant.

Ad 7mum Dilatum est hoc punctum.

Ad 8vum Facta est relatio de inundatione Fundationis Colonia Trencheriana favore Universitatis nostræ asecurata, cujus inquantum possibilitas permiserit reintegratio commissa C. Clmo Minocki Academiæ Posnan. Rectori.

Ad 9num Vindicatio Summæ Flor. Pol. 6000 favore Academiæ Posnan. testamento Illmi olim Adalberti Opalinski Palatini Siradiensis legata commissa est C. Clmo D. Minocki Academiæ Posnan. Rectori.

Ad 10mum Data est facultas Eidem Perill. D. M. Francisco Minocki Academiæ Posnan. Rectori levandi Summam Flor. Pol. 10000 ex Bonis Antyzowo et Bagay in Palatinatu Calisiensi consistentibus, et eam in alia munda Bona in Palatinatu Posnaniensi transferendi.

Ad 11mum Retulit præfatus C.D.M. Franciscus Minocki Rect. Posn. Rector Summam Flor. Pol. 6000 in Synagoga judæorum Posnan. Academiæ illi inscriptam per Commissionem Varsaviæ delegata in præsentibus capadam et extradi

Ad 12mum Approbata sunt Regestra Perill. D. M. Jacobi Niegowieski S. Theologiæ Licentiati attendanei Fabricæ Collegiatæ S. Annæ Præfecti.

Ad 13tium Data est Conclusio in Consilio Anno cur. die 30 Augusti lata de diversitione Lapidea Meistynowska in platea Fratrum consistentis, et Lapidea Hungarorum conjuncta, illius omni meliori modo effectuatio commissa est Ill. D. Procuratori

Ad 14tum Hoc punctum decidendo Universitas, adhærendo præcipuis antiquissimis Conclusionibus suis hac in parte latis, insistendo tandem Statutis præfatæ Academiæ Posnaniensis, et per eandem Universitatem approbatis, ubi expresse habetur de Præfecto Seminarii Ejusdem, quid præter ea studia et obligationes, quas in Seminario per illius Loci Ordinarium quoquo modo præscriptas habet, Lectionem Theologicam in Academia una hora tractare debeat, nec non insistendo antiquissimæ et laudabilissimæ, imo nunquam interruptæ consuetudini dixit, resolvit, et decrevit tam Præfectum quam Vice-Præfectum Seminarii pro tempore existentes, omnino ad tradendas Lectiones Theologicas in Lectoria Academiæ Posnaniensi, nec non ad disputationes tam Lunares quam annuales ex eadem Theologia absolvendas, adstrictos et obligatos esse, et ad eum effectum pœnas in Contravenientes edictis: privationis instantanea muneris officii ejusdem Seminarii, tum carentiæ cujuscunque assensus in Universitate Cracoviensi et imposuit, hac sua Conclusione ad principia mediante.

Ad 15tum Excellens D. M. Nicodemus Kobyelski Phiæ Doctor remissus est cum desiderio suis ad Facultatem Philosophicam.

Sub punto: Cum ad alia studia est petitio Perill. Dni et A. R. D. M. Francisci
16. Minocki U. I. Licentiati privatim pro Doctoratu in utroq Jure idq immediate post obtentam Licentiam, antelantis; quoniam veri per prius, dum CC. MM. Carolus Marxer et Dnus Franciscus Minocki petitionem suam in ordine ad capessendum Doctoratum in utroq Jure ad Universitatem exhibuerint, in integro per Universitatem ad Facultatem suam Judicium remissi sunt, etiam et petitio

petitio præsens P. Minocki ad dictam Facultatem directa et remissa est.

Convocatio 4ta Universitatis.

Quæ celebrata fuit, die 9. Octobris Annô Dñi 1775, idq in ordine ad resolvenda sequentia puncta.

1º Ad conferendam Scholasteriam Cathedralem Luceoriensem post liberam Resignationem Perillustris Szweykowski, vacantem.

2º Ad legendas Litteras de recenti receptas, Illmi Claverini Advocati Curiæ Romanæ, ac ad respondendum Eidem.

3º Ad audiendam petitionem Rectoris Universitatis.

Tum ad alia, si quæ proponentur &c &c.

Conclusiones.

Ad 1mum Receptâ notitiâ Litterali ab Illmo ac Rndissimo D. Turski Episcopo Luceoriensi de subsecuta Resignatione per Rndissimum Joannem Szyikowski Scholasteriæ Luceoriensis, eandem Scholasteriam secundum Jus Præsentandi, quod Universitati competit, contulit Ill. Cl. M. Joanni Cantio Toryani U. I. Professori, Collegiatæ SS. OO. Canonico.

Ad 2dum Lectæ sunt Litteræ Illmi Claverini, inquibus ob nonagenariam Senectutem pro Agentia ulteriori gratias agit Universitati, et in locum suum commendat D. Franciscum Mattioli, ut Universitas hunc et non alium dignetur creare Romæ Plenipotentem Suum. Quoniam verò Universitas intendit Loca Montium Romana, pro urgentibus Expensis, quæ his temporibus manent Eandem, aliter disponere, ac verius levare, ideo hoc negotium in aliud tempus tractandum distulit; Illmo verò Claverini rescribendum duxit, ut dignetur esse patiens circa recipiendam hoc in passu resolutionem.

Ad 3tium Magnificus D. Rector Universitatis, quoniam ob valetudinem notabiliter læsam petiit se tantisper absolvi à Labore Academico tam in tradenda Lectione, quàm à Disputationibus Lunaribus Theologicis, proinde fractis Viribus indolendo, Eundem ab ulterioribus Laboribus dispensavit, et liberum fecit unanimi Omnium consensu Universitas.

Tum ad Alia. Retulit Universitati D. Procurator, quomodo collocutus fuerit cum Illmo Ankwicz, Castellano Sandecensi, circa Lapideam Melsztynowska, non posse minori pretio vendi, nisi pro Summa 2000 Flor. Pol: adjectis insuper conditionibus: 1ma ut nunquam trahatur Universitas ad reparationem dictæ lapideæ Melsztynowska, si eam acquisiverit. 2da ut prospectum ad præsens ex lapidea Hungarorum prominentem non impediat, sed ut is idem, qui ad præsens ex fenestris existit, in perpetuum maneat. Quo audito Illmus Castellanus resolutionem Suam in aliud tempus distulit dandam.

2do Idem D. Procurator retulit, quod P. Konopka, emptâ Lapideâ ab Illustribus Czernych, in Platea Columbarum existente, Lapideæ Hungarorum collaterali, trahit Universitatem ad reparationem muri cujusdam, inter Lapideam dictam MM. Czernych et porticum Lapideæ Hungarorum mediantis, quod negotium Universitas comisit D. Procuratori, ut Ille trutinata revisione officiosa, ante aliquot annos inter Lapideam Cl. D. Medici, Posnaniensis dictæ, in platea Istulana sitam, ad Collegium majus spectantem et lapideam Hungarorum, Melsztynowska, et MM. Czernych expedita decernat, unde sit occasio ruinarum muri hujus, de quo instat P. Konopka, an non ex ipsa ejus lapidea? Et circa hanc rem bene trutinatam et intellectam informet Universitatem suo tempore.

Suprascri-

Suprascriptas Conclusiones per Almam Universitatem Studii Generalis Cracov. latas, laudatas, auscultatas, et fideliter connotatas esse attestor.

M. Andreas Lipiewicz U.J.Dr. et Prof. Canonicus Cathedralis Cracovien. Facultatis Juridicae Pro-Cancellarius et Decanus mpp

M. Andr. Badurski Fac. Med. Decanus mpp

1º Informatio de Scholasteria Luceoriensi.

Fundator ejus Perillustris olim Reverendissimus Vincentius Suchocki in Cracovien. Universitate Philosophiae Doctor, Coloniae Albae Ducalis Rector, tandem U.J. Doctor, Protonotarius Apostolicus, Canonicus Plocensis et Pultoviensis Praepositus in Alba Ducali Causarum Curiae Illmi olim Stephani Rupnienski Episcopi Luceorien. Auditor 1724 Anno.

Jus Patronatus Universitas Cracoviensis.

Concurrens S. Theologiae v. J. U. Doctor extraneus sive Intraneus.

Dos antiquae Fundationis Summa Flor. 3000. novae vero Suma 10000 Flor. Pol., totalis 13000.

Obligatio Scholastici haec est: Beneficium monoculum perpetuam requirit residentiam ex Seminarii attendentia.

Originale Erectionis Scholasteriae Luceor. asservatum est in Archivo Universitatis Anno Dni 1775. die 18. Octobris per Perill. Declos S. Th. Doctorem, Archivistam, idq. post collationem dictae Scholasteriae per Universitatem Ill. Clmo Dno Joanni Cantio Toryani S. Th. Doctori, U. J. Professori, Collegae Juridico, SS. OO. Canonico. Rectoratu M. Antonii Krząnowski S. Th. Doctoris.

Haec omnia scripta, Rectoratibus meis, Deum ter optimum Maximum ord. ut optato coronentur eventu, potissimum quae Bonum almae Matris afficiunt. cedantq. omnia dicta, decisa, adnotata ad Maximam dei gloriam, Universitatis commodum. In quorum omnium commendationem, me subscribo

M. Antonius Krząnowski, S. Th. dd. Universitatis Senior Pater ac ter Rector mpp

RECTORATU Imo

Magnifici Cerillustris Clarissimi & Reverendissimi Domini D. M. ANDREÆ DOMINICI

LICIEWICZ

Utriusque Juris Doctoris & Professoris, Facultatis Juridicæ Procancellarii ac Decani, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis Canonici, Collegiatæ SS^mi^ OO^rum^ Cracoviæ Custodis, Parochialium in Koniusza & Igolomia Curati, Judiciorum Consistorii Generalis Cracoviensis Assessoris, Librorum per Diœcesim Cracoviensem Ordinarii Censoris, Ordinandorum & Approbandorum Examinatoris, Collegii Juridici Senioris Patris, Contuberniorum Jurisperitorum & Regio-Jagelloniani, tum Academiarum Posnaniensis & Tarnoviensis Provisoris, Geometræ Jurati, Studii Universitatis Cracoviensis Generalis ac Amplissimi RECTORIS.

CONVOCATIO Ima.

Annô Domini 1775. Die 18. Mensis Decembris, extradita fuit Convocatio stylo & forma solitis, videlicet = Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor, & Magister Venerabilis. Adesse dignetur Dignitas Vestra die crastina, videlicet die 18. Mensis Decembris Anni currentis in Stuba communi Collegii Majoris horâ 2dâ pomeridianâ, dum signum pulsu campanæ datum fuerit, ad resolvenda & auscultanda sequentia puncta. =

Imô. Ad conferendam Scholasteriam Luceoriensem Jurispræsentandi cumulativi post recessum Illustris Joryani à præsentatione sui per Universitatem facta.

2dô. Ad audiendam relationem Cerillustrium DD. Deputatorum ad Regestra Perceptorum & Expensorum pro Actu Introductionis S. Joannis Cantii, ac ad approbandum eadem.

3tiò. Ad dandum consensum divendendi arbores ex Sylvis Tęgoborien. pro extruenda Ecclesia in Przyłęk.

4tò. Ad finaliter concludendum de Lapidea Universitatis in ultimis ruinis posita, Hungarorum dicta.

5tò. Ad conferendum Cursum Philosophicum.

6tò. Ad providendam pensionem Professoribus Linguistis.

7mò. Ad determinandum de Privilegio super Pontalibus in Tęgoborz et Biała jam aliàs in præterita Convocatione agitato.

8vò. Ad determinandum de Cacabo in Bonis Golcza, an novus ad cremandam propinationem debeat comparari?

9nò. Ad dandum consensum Illustri Procuratori Universitatis divendendi rubeta betulina in Sylvis Nasiechovien.

Tum ad alia, si quæ per Rectorem Universitatis proponentur.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Post recessum Illustris Clarissimi et Admodum Reverendi M. Cantii Toryani Utriusq. Juris Doctoriani Professoris, Collegiatæ SS.mæ OO.mæ Cracoviæ Canonici à Præsentatione sibi per Universitatem Annô Domini 1775. Die 9. Mensis Octobris collata, quoniam ad conferendam Scholasteriam Luceoriensem vi Erectionis Die Lunæ 22. Mensis Martii Annô 1724 coram Actis Consistorialibus Luceoriensibus subsecutæ liquido constat tam Illustrissimum Antistitem Luceoriensem, quàm Universitatem Cracoviensem Jure præsentandi cumulativo gaudere, hinc ad instantiam Illustrissimi Domini Turski Luceoriensium Episcopi collata est per Universitatem Scholasteria Luceoriensis Perillustri et Reverendissimo D. Potocki Cathedrali Luceoriensi Canonico, quod illi felix faustumque sit.

Ad 2dum. Præmissa gratiarum actione Perillustri Clarissimo et Admodum Reverendo Domino M. Antonio Nicolao Krzęnowski S.æ Theologiæ Doctori ac Professori. S.i Floriani Præposito, Universitatis Seniori Patri, pro suscepto ac gloriosè peracto munere Procuratoris Canonizationis S.i Joannis Cantii, pro enixa et gravi sollicitudine, tum satis laudabili inventione & accommodatione splendidi apparatus, necnon accurata dispositione devotionis circa eundem Actum Canonizationis Anno decurrenti 1775. à Die 15 Mensis Julii per Octavam suam, approbata sunt Regestra Perceptorum et Expensorum salva refusione eidem. Expensæ ultra Perceptam erogatæ ad 3268. Flor. Polon. ascendentis, omni meliori modo sive ex Montibus Piis, sive ex divendendis Clenodiis Thesauri S.i Joannis Cantii.

Ad 3tium. Responsum negativè.

Ad 4tum. Cùm Lapidea Hungarorum dicta, in Platea PP. Franciscanorum vulgo Bracka existens, post magnas expensas quovis Anno effusas in reparationem, adhuc largam cum multis millibus ad succurrendum ruinis poscat manum ineluctabiliter, nec Universitas sit in statu tantum subire onus, nec postea erogandis ex-

pensis par Census & Proventus ex eadem Lapidea respondere visus est, hinc inhærendo anterioribus Conclusionibus hac in parte latis, datus est consensus Illustri Procuratori Universitatis ad vendendum eandem, prævia tamen seria investigatione & animadversione documentorum antiquorum Donationis, Cessionis, Intromissionis & onerum, si quæ eidem imposita sunt, servatisque Juris solemnitatibus circa tales Contractus, Transactiones & Actus observari solitis, ne quid incommodi postea Universitas patiatur.

Ad 5tum. Cursus Philosophicus collatus est Illustri Clarissimo ac admodum Reverendo M. Francisco Kolendowicz ex Collegio Majori, qui ad eundem in Convocatione boni ordinis Facultatis Philosophicæ fuerat signatus.

Ad 6tum. Commissum Magnifico Rectori, & Perillustri Procuratori.

Ad 7mum. Ad futuram Convocationem dilatum.

Ad 8vum. Commissum est dispositioni Illustris Procuratoris, ut omni meliori modo cacabus ad prætata Bona provideatur.

Ad 9num. Datus est consensus & dispositio Illustri Procuratori divendendi rubeta betulina in dictis sylvis, sed illa in vecturas secari debent, & sic Emptoribus vendi.

CONSILIUM.

Annô Domini 1776. Die 15. Januarii celebratum super Punctis sequentibus.

Imô. Ratione divenditionis Clenodii ex Arario Cantiano pro futuris impensis imprimendæ descriptionis Actus Canonizationis S.ti Joannis Cantii Patriarchæ Nostri.

2dô. Ratione determinandæ Pensionis Professoribus Linguarum Gallicæ & Germanicæ.

3tiô. Ratione divenditionis aliquot quercuum, ad petitionem Perillustris & Reverendissimi Canonici Michałowski.

Ad 1mum. Datus est plenarius consensus Perillustri Clarissimo & admodum Reverendo D. M. Joanni Ryzalski S.tæ Theologiæ Doctori & Professori, Collegiatæ S.ti Floriani Custodi, tum Illustri Procuratori Universitatis, necnon Reverendissimo Canonico Plocensi Putanowicz S.tæ Theologiæ Professoribus, quaterus omni meliori modo dictum Clenodium divendant, facturi relationem in futura Convocatione Universitatis.

Ad 2dum. Quod attinet pensionem Professorum Linguarum Gallicæ & Germanicæ, siquidem Illustris Procurator Universitatis retulit habere penes se quandam Fundationem, ex qua sine læsione ejusdem Fundationis, bene posset provideri pensio dictis Professoribus, ideo eandem decrevit Consilium Patrum Universitatis, iisdem assolvendam esse.

Ad 3tium. Patres Universitatis in hocce Consilio congregati, censuerunt deferendum esse petitioni Perillustris & Reverendissimi Canonici Michałowski circa divenditionem aliquot quercuum ex sylvis Bonorum Universitatis. Quod negotium præcommisit Illustri Procuratori, prævio justo pretio & solutione.

CONVOCATIO 2da.

Annô Domini 1776. Die 2 Mensis Martii, extradita fuit Convocatio de tenore sequenti = Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor, & Magister

Venerabilis. Adesse dignetur Dignitas Vestra die crastina, videlicet die octava Mensis Martii Anni currentis in Communi Stuba Collegii Majoris horâ 2dâ pomeridianâ, dum signum pulsu campanæ datum fuerit ad resolvenda et auscultanda sequentia puncta. ==

1mò Ad audiendam relationem de divendito Clenodio ex Ærario Cantiano.

2dò Ad audiendam relationem de pontalibus in Tęgoborz et Biała.

3tiò Ad deputandum DD. Revisores Regestrorum Procuratoris Universitatis et Administratoris Typographiæ.

4tò Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem Universitatis, Administratorem Typographiæ et Syndicum.

5tò Ad referendum de causa graniciali inter Sczodrkowice et Owczary ortatum ad respondendum Generoso Woznicki Bonorum Owczary Hæredi, negotium hoc amicabiliter in fundo tractandum postulanti.

6tò Ad finaliter concludendum de Approbatione Regestrorum D. Oeconomi Bonorum Universitatis.

7mò Ad determinandum tempus electioni ejusdem Oeconomi Bonorum.

8vò Ad audiendam petitionem VV. 2dæ Laureæ Candidatorum, volentium chartarum obsonium redimere.

9nò Ad dandum consensum coëmendi Campanas benedictas ad quædam Bona Universitatis.

10mò Ad eligendum Præfectum Musices.

Tum ad alia si quæ per Rectorem Universitatis proponentur.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Fecit relationem Magnificus et Reverendissimus D. Rector, de vendito Clenodio ex Ærario Cantiano juxta Regestrum porrectum ab Illustri Procuratore de tenore tali. = Annô Dñi 1776. q. 16 Mensis Januarii. Kteynot ex Archivo Universitatis per manus Reverendissimi D. Putanowicz Canonici Cathedralis Plocensis Sæ Theologiæ Doctoris et Professoris Collegæ Majoris przedany Aureis Hungaricalibus quadringentis, aliàs Złotych Polskich 7200.

Notandum. Perillustri D. M. Antonio Krzgnowski Sæ Theologiæ Doctori, et Professori, Ecclesiæ Collegiatæ Sti Floriani Præposito, Universitatis Seniori Patri Procuratori Canonizationis Sti Joannis Cantii należało się in vim majoris Expensæ pro Actu Canonizationis ejusdem Sancti Cracoviæ q. 16. Mensis Julii Annô 1775. immediatè elapso celebratæ, tum Introductionis Sancti Canonizati &c. Złotych Polskich 3311. q. 15. Quod debitum sic est bonificatum ==

Ex Archivo Universitatis levati sunt .. .. .. Flor. Polon. 1503. q. 18.
Ex Summa # 400. pro Clenodio acceptorum ut supra .. .. 1807. 27.

Summa bonificatæ Expensæ Perillustri Dño. .. .. 3311. .. 15.

Notandum 2dò Ex Summa præfata pro Clenodio, Pictoribus pro labore ad complementum juxta dispositionem Magnifici D. Rectoris dati Flor. Polon. .. 200.

Reverendissimus D. Putanowicz penes se reliquit pro papyro in celebritatem Canonizationis S. Cantii typis mandandam ac imprimendam # 25. aliàs .. .. 450.

Summa pro Pictoribus et papyro. .. .. .. 650.

Transport. Latt. ... Flor. Polon. ... 650.
In debitum Perillustri D. Krzyzowski ut supra ... 1007. 27.
Summa Expensarum ex ℳ 400. ... 2457. 27.
Restant ad ulteriorem Dispositionem ... 4742. 3. alias ℳ 263. Flor. Polon. 0. 3. Quod quidem Regestrum ex prelibato Clenodio Perceptarum & Expensarum in facie totius Universitatis est lectum, & per eandem Universitatem approbatum. Reliquum autem pecuniarum pro dicto Clenodio acceptarum, seu Florenorum Polon. 4742 3. penes Illustrem D. Procuratorem Universitatis est relictum.

Ad 2dum Fecit relationem Perillustris D. M. Antonius Krzyzowski Sae Theologiae Doctor & Professor Universitatis Senior Pater, qualiter ex Commissione Thesaurii Regni ratione portalium in Pravis Bienczyce Iggoborz & Biała emanarit Rescriptum, quo mediante ad dicta Pravа deputati sunt Lustratores, ad constituenda ejusmodi portalia, cujus Rescripti tenor sequitur talis = Działo się w Warszawie w Pałacu Rzeczypospolitey Krasińskich zwanym na Komissyi Rzeczypospolitey Skarbu Koronnego w interessach Ekonomicznych Dnia iedynastego Miesiąca Lipca. Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Siedmdziesiątego Piątego. Komissya Rzeczypospolitey Skarbu Koronnego. Memoryał Jasnie Wielmożnego Przebendowskiego Woiewody Pomorskiego, imieniem Akademii Krakowskiey podany rozdwoiuiąc, ponieważ w Dobrach Iggoborz, Biała, w Woiewodztwie Krakowskim, Powiacie Lelowskim, Bieńczycach Powiacie Krakowskim, leżących, teyże Akademii Krakowskiey Dziedzicznych, Mosty i groble na rzekach będące, nie są sprawowane, przeto do zbudowania onych płaty mostowego i grobelnego ustanowienia, do Dóbr Iggoborza, Biała, Urodzonego Kołłectkiego Pisarza Komory Kozigłowy, do Dóbr Bieńczyc Urodzonego Józefa Wyłyszkiewicza Kontrarejestratá Prowincyi Krakowskiey, wyznacza. Którzy przysiągi w Grodach najbliższych, Roty w Uniwersale Komissyi swoiey dnia dwudziestego ośmego Februarii Tysiąc Siedmset Siedmdziesiątego ósmego wyszłym, Lustratorom mostów i grobel przepisaną, wykonawszy obowiązki tego Uniwersału, oraz Instrukcyi pod dniem tymże i Rękiem, Lustratorom mostów i grobel daney, zachowuiąc się podług prawa Tysiąc Siedmset Szesnastego ósmego, dopełnią. Z Protokułu Ekonomicznego Komissyi Rzeczypospolitey Skarbu Koronnego wypisano i wydano. Jan Ostaszewski WCRKSK.

(L.S.) Mikorski SKSK.

Tenor Generosi Lustratoris constituentis portalia in Pravis Bieńczyce est ejusmodi =

Ad 11um Lectis Literis à D. Oeconomo Bonorum, conclusit Universitas stramen Decimae non extradendum, Illrem A. R. Chadziewicz ratione infamiae per Illrem D. Procuratorem suum adcitandum. Ad Literas Cl. Kapuscinski Coloniae Tarnovien. Directorem, Responsum a Magnfico Domino Rectore datum Universitas acceptavit. Distulit vero desiderium Religiosi Felkier Conventus Thorunen. Ord. Praedicatorum Lectoris ad requisitionem Provincialis et expressum consensum Provisorum Coloniae Culmen. super ineunda à Professoribus Culmensis cum dicto Conventu Philadelphia.

Ad 12um Contra commutationem Praedii ad Praebendam in Szydłow Jurispatronatus Universitatis, pro quadam Decima, per Praebendarium praesentaneum, inscia ac inconsulta Universitate factam, à prima notitia manifestationem per Illrem Procuratorem Universitatis faciendam conclusum est.

Ad 13um Dilatum ad futuras rationes

Ad 14tum Dilatum ad futuram convocationem.

Tum ad alia X°. Annuit Universitas desiderio Perillustris Minocki, Consistorialis Actuarii, Conventus Canonicorum de Saxia ad S. Spiritum Commissarii, quatenus in Seniorem Scholae S. Spiritus institueret Professor, qui simulatque eidem Conventui attenderet, lectionem ter in hebdomada traderet, et in casu concionaret, victum in eodem Conventu et flor. 300. quotannis habiturus. 2do In negotio D. Jorien Perillris M. Jacobus Niegowiecki Sae Thae Licentiatus ad Illmum Olechowski Auditorem et Archidiaconum Cath. Crac. deputatus est.

15.

CONSILIUM

Celebratum immediate ante Convocationem Xmae Martis 3 Decembris Año Domini 1776. in ordine ad pp. sequentia X°.

1mo Ad deferendum instantiae Illmi Auditoris Olechowski favore D. Joannis Ludovici Jorien d'Ambloy natione Galli.

2do Ad respondendum Rmo Custodi Ossowski totum stramen Decimae sibi extradi volentis.

3tio Ad referendum de injuriis ex parte Rdmi Wodzicki Abbatis Mogilensis, & Mae Napiorkowska in Bonis Universitatis fieri solitis, iisdemque obviandum.

4to Ad providendum solutioni pensionum Professoribus Linguarum Gallicae et Germanicae.

Ad 1mum Retulit Mfcus D. Rector quomodo Illmus Auditor Olechowski commendet D. Joannem Ludovicum Jorien, ad linguam Gallicam gratis tradendam sese ultro offerentem, exoptetque eundem ad utramque in Philosophia lauream promoveri. Et Consilium instantiae Illmi Auditoris ita deferendum censuit, ut quandoquidem D. Jorien Linguam Gallicam gratis se traditurum offert, id ipsi permitteretur, interea verò albo Studiosorum immatricularetur.

Ad 2dum Consilium consensit in extraditionem medietatis duntaxat Straminis Decimae inductae.

Ad 3tium Ad obviandum injuriis, quae ex parte Rdmi Wodzicki Abbatis Mogilensis, necnon Mfae Napiorkowska, Bonis Universitatis inferuntur, Manifestationem contra Eosdem faciendam Illri Procuratori Universitatis faciendam commisit.

Ad 4tum Amore incrementi Studiorum prae oculis habito, cum adusque pensio ex Beneficio Vieliciensi Professoribus linguarum Gallicae et Germanicae juxta Privilegium debita à Gubernio Sae Caesareae Majestatis detineatur, ut Illris Procurator Universitatis ex proventibus ejusdem laudatis Professoribus exsolveret, Consilium consensit.

CONVOCATIO 2da

Anno Domini 1777. Die 21. Mensis Februarii extradita fuit Convocatio stylo et forma solitis de tenore sequenti = Admodum Reverende Pater Egregie Domine Doctor et Magister Venerabilis. Adesse dignet Dignitas Vestra die crastina in Communi Stuba Collegii Majoris horâ secundâ pome

ridianâ, dum signum pulsu Campanae datum fuerit, ad resolvenda et auscultanda sequentia puncta.

1mo Ad incorporandum gremio Universitatis Clarissimum Tylkowski Philosophiae Drem et Prfrem idq; post absolutas formalitates pro loco in Collegio Minori

2do Ad eligendos Seniores Contuberniorum Hierosolymitani et Staringeliani 3tio. Ad eligendum Oratorem Tylicianum post ascensum Illustris Sleczkowski ad Facultatem Sacram Theologicam.

4to Ad deputandum DD. Revisores Regestrorum Procuratoris et Administratoris Typographiae Universitatis.

5to Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem, Administratorem Typographiae et Syndicum Universitatis.

6to Ad interloquendum circa Instrumenta Mathematica in Lectorio Ptolomei asservata et occlusa, num pro majori decore potius in Bibliothecam debeant reponi, finaliterque concludendum.

7mo Ad deputandum Viros concludendi finaliter amicabili modo circa Granicies Bonorum Szczordkowice, cum Haerede Bonorum Owczary.

8vo Ad referendum de posita Citatione ad Tribunal Regni Universitati ad instantiam Possessorum Bonorum Mrzyglod.

9no Ad audiendam illationem Illustris Administratoris Typographiae Universitatis ratione reparationis instantaneae in Lapidea, et impressionis variorum operum totam Universitatem concernentium, et resolvendum eandem.

10mo Ad resolvenda dilata puncta ex praeterita Convocatione ad 13 et 14mum

11mo Ad eligendum Rectorem Academiae Posnaniensis in locum Illustris Clmi Minocki.

Tum ad alia si quae per Rectorem proponentur.

CONCLUSIONES

Ad 1m. Affirmative

Ad 2dm. Seniores Contuberniorum et quidem Hierosolymitani Excel. M. Adalbertus Sokolowski, jam verò Staringeliani Exc. M. Cantius Olpinski, Philosophiae Doctores et Prfres electi sunt.

Ad 3um. Post ascensum Illustris Sleczkowski ad Facultatem Sacram Theologicam Orator Tylicianus ex pluralitate votorum electus est Clmus M. Sigismundus Wlynski Phiae Doctor et Professor Collega Minor, cum obligatione pertractandi omnia tria Causarum genera per triennium quo finito, vel idem per Universitatem reeligendus erit, vel alius eligendus, prout Almae Universitati melius expedire videbitur.

Ad 4um. Revisores Regestrorum D. Procuratoris Perillris D. M. Josephus De Clos Sa. Th. Dr et Prfr. et Illustris M. Franciscus Cwierzowicz U. J. Prfr, jam verò Administratoris Typographiae Universitatis Illres Clmi M.M. Josephus Szabel Philosophiae Doctor, Matheseos et Nepomucenus Gaworski J.U. Prfres sunt deputati.

Ad 5um Procurator Universitatis et Administrator Typographiae

quidem, iidem reelecti Syndici vero electis D. Procuratori Universitatis ceteroque commissa.
Ad 6um. Remissum est in toto ad V. Communitatem Majoris Collegii
Ad 7um. Ad concludendum finaliter ut in puncto, deputati sunt M.fus D. Rector P. Plus Olim. DD. MM. Jacobus Niegowicki Et Michaël Mokrzanowski Sa Theologiae Drés et Pfés, unius absentia non obstante.
Ad 8um. Negotium in eodem puncto expressum commissum est D. Procuratori Universitatis, previo consilio à Practicis capiendo, omni meliori modo promovendum.
Ad 9um. Quoad reparationem instantaneam in Lapidea commissum est Administratori Typographiae Universitatis. Cum vero impressio operum quorumcunq. in qua una Typographia libera cuique per conclusionem Universitatis d.o 1768.to 17. Junii ad 11.um fol. 54. sit praemissa dicta, hinc censuit Universitas eadem D. Administratori committere, ut curet quid imprimat.
Ad 10um. Resolvendo Universitas puncta dilata ex praeterita Convocatione et quidem ad 1.um Borkana Oborskoviana et Baranoviana post p.d. Rem M.t Dalbertinum Soltanski Sa Th.ae Pfessum vacantes collatae sunt. Illm Olim M. Andreae Znaiezekski Phiae Dri. Mathesecos Pfri. Collegae Majoris, quas idem acceptavit ad. va resolutione Universitatis quoad debita post laudatum pie defunctum restantia. Quo vero ad 4.um nempe ad inquirendum de Regestris antiquis Typographiae Universitatis, hoc negotium finaliter concludendum Deputatis super ad eadem Regestra nempe Magnifico D. Rectori moderno et Perillm D. M. Antonio Krzanowski Sae Th.ae Dri et Pfri Universitatis Seniori Patri relatorem in futura Convocatione faciendis, committit Universitas.
Ad 11.um Quoniam Illm Olim Minocki Academiae Posnan. Rector, Literis suis retulit, studia Academica nonnisi ad tempus imminentium Vacationum duraturos, ideirco in jus est Universitate, eundem Illum Olim Minocki in Rectoratu praefato ad easdem Vacationum tempus conservare quoadsi vero dicta studia amplius in ibidem retinebunt conclusioni sua anteriori, qua Illm Olim M. Franciscus Cuper Bonarius Ill. Pfr. in Rectorem Academiae Posnan. electus stetit Universitas.
Sub Tuum ad acta Retulit M.fus Dominus Rector, quomodo S. Lubi-
12.a Conerarius ratione violentiarum in Bonis fol. 3a illatarum advocatus re-
niam deprecatur, cuique usibus Universitatis non deputarum appromittat.
Cujus deprecationi pauis solius gratiâ Universitas condescendit, salva compensatione injuriarum illatarum.

CONVOCATIO 3tia
DD. Consiliariorum

Anno Domini 1777.mo die 14. Martii celebrata fuit Convocatio DD. Consiliariorum Universitatis stylo et formula solitis de tenore sequenti = Admodum Reverende Pater, Egregii Domini Doctor, et Magister Venerabilis. Adest Dignitas Vestra hodie in Aula Collegii Majoris non expectatis pulsu campanae horâ 2da pomeridianâ.
1.mo Ad audiendam Relationem DD. Revisorum ad Regestra Procuratoris Universitatis, et Administratoris Typographiae deputatorum.

2do Ad legendum Computum Perceptorum et Expensorum ex Locis Montium Romae per Clmum Claverini transmissum, eundemq approbari. Et an desiderio ejusdem sit deferendum? concludendum

3tio Ad disponendum de pecunia, si quae ab expensis restans fuerit. Tum ad alia, si quae per Rectorem proponentur. Detur omnibus DD. Consiliariis de Nomine et cognomine specificatis: nempe.

Ex Facultate Theologica

Perillustribus Reverendissimis Illustribus et Admodum Reverendis MM. Antonio Krzanowski
Antonio Zolędziowski
Josepho De-Clos.
Joanni Rygalski
Jacobo Niegowiecki
Michaëli Mrugaczewski.
Stanislao Patelski
Antonio Czerchawski
Andreae Szopiarski
Casimiro Czerwinski
Josepho Putanowicz
Andreae Pleczkowski.

Ex Facultate Juridica

Perillustri, Illustribus Adm Rndis MM. Carolo Marxen
Francisco Cwierzowicz
Joanni Cantio Toryani
Joanni Nepomuceno Gaworski

Ex Facultate Medica

Clarissimis MM. Andreae Badurski
Joanni Nepomuceno Lucy.

Ex Facultate Philosophica

Illustribus Admodum Reverendis MM. Petro Rydulski Artist. Decano
Josepho Szabel.
Francisco Kolendowicz
Andreae Znaczekski
Joanni Nepomuceno Trąbski.

CONCLUSIONES

Ad 1m. Audivit Universitas relationem DD Revisorum ad Regestra ut in puncto deputatorum: et quidem ex Regestris D. Procuratoris patuit Summa Perceptorum fl. 20430. 21. 2/6. Summa Expens. fl. 5686. 27. 3/6. in superante Percepta Expensam fl. 14743. 23. 2/6. Ex Regestris vero D. Administratoris Typographiae patuit in Perceptis Summa fl. 2500. gr. 1. in Expensis fl. 2304. gr. 26 in superante Percepta Expensam fl. 203. 5. Quae rationes modo praemisso factae sunt approbatae.

Ad 2m. Fecit relationem Mfcus D. Rector de Literis missis Româ à Clmo D. Claverini Advocato. quod videlicet in iisdem Literis duo contineantur, Primum. quod praefatus Clmus D. Claverini transmiserit computum Perceptorum et Expensorum ex fructibus locorum Montium, pro Annis tribus, nempe: 1744. 1775. & 1776o. et quidem ut ex computo ejusdem patuit ad totum Annum 1774. remanebant penes eundem ad creditum Almae Universitatis Scuta 150. et obuli 60. -- Pro fructibus locorum Montium Anni 1775ti remanebant Scuta 94 et obuli 40. -- Pro fructibus eorundem Anni 1776ti remanebant Scuta 94 et obuli 40. In totum remanebant Scuta 339. Obuli: 40.

A qua supradicta summa detractis ~~praedictis~~ Expensis nempe: Scutor. XX et obuli 25. pro pretio Numismatum Mille per Reverendissimum Canonicum Surakowski transmissorum. Tum Scutor. 50. pro Agentia Anni 1775ti. Denique alior. Scutor. 50. pro eadem Agentia Anni 1776ti Quae tota Expensa ascendit ad Summam Scutorum XXX. et obulorum 25. Remanent in creditum Almae Universitatis penes supra dictum Cl. D. Claverini Scuta Bis centum viginti Octo, et obuli Quindecem.

Et ejusmodi relatione per Mfcum D. Rectorem facta, audita censuerunt et concluserunt DD. Consiliarii Almae Universitatis dictum Computum approbare, prout reapse approbârunt, reservata sibi restantis Summae Scutorum nempe Ducentorum viginti Octo et obulorum Quindecem dispositione, tempore bene viso eidem Clmo D. Claverini per Mfcum D. Rectorem transmittenda

Alterum. In transmissis Literis est, quod cùm is idem Clmus D. Claverini prae debilitate virium utpote nonagenarius non possit commode per se ipsum exigere fructus locorum Montium commendat D. Mattioli suum à studiis et in patrocinio Causarum Successorem, quatenus Alma Universitas eundem illi substituat ad exigendos hosce fructus locorum Montium, cum eadem pensione. Et DD. Consiliarii Almae Universitatis ostendendo gratitudinem, gratique esse volentes curae, sollicitudinis, ac patrocinii in Causa Canonizationis S. Joannis Cantii dicto Clmo D. Claverini quoad vitae tempora pensionem supra specificatam Scutorum 50. persolvendam ~~esse~~ quotannis, ac eundem circa eandem manutenendum esse concluserunt. Tam verò post sera fata quò ad exactionem fructuum locorum Montium et circa

pensionem pro Agentia dimidiam videlicet Sauterum 25. commendatum sibi D. Mattioli voluerunt manutenere et conservare, prout manutenent ac conservant hac praesenti mediante conclusione.

Ad 3um De pecunia ab Expensis per D. Procuratorem Universitatis restante visum est DD. Consiliariis a Rationibus more solito fl. 432. pro Consolatione vero #600. distribuendos esse. Et quia dem. D. Procurator expendit in reparo pro reparatione Scholarum Novodworscianarum fl. 1002. Atmi reliqui Plz Polon. 2511. gr 23½ penes eundem D. Procuratorem manent pro futuris Expensis.

Sub Tuum ad alia 1° D. Oeconomus Bonorum relectus est. 2do quo ad Bona Tegobor. significavit Mfcus D. Rector favorem suum scribendi ad Illmum Regni Cancellarium et Celsissimum Coadjutorem Cracovien. 3tio In Syndicum Universitatis electus est Clmus M. Andreas Szuchi Phus Doctor et Profess. Collega Minor.

CONVOCATIO 4ta

DD Decanorum.

Anno Domini 1777 die 17 Martii celebrata fuit Convocatio Dominorum Decanorum Omnium Facultatum stylo et forma solitis de tenore sequenti = Egregie Domine Doctor, et Decane unius cujusvis Facultatis. Adest Dignitas Vestra die 17 Martii in Aula communi Collegii Majoris hora 2da pomeridiana, non expectato pulsu campanae ibi ad excipiendas rationes omnium et singulorum Contubernionum ac Borcanarum itemque non nullarum Fundationum ad officium Rectoris et Decanorum omnium Facultatum spectantium, juxta antiquum et laudabilem morem Universitatis nostrae. Et quidem

Contuberniorum

Hierosolymitani Jagelloniani, Philosophorum, Karnigeliani et Sti riniani.

Fundationum

Novodworsciana Rosztkiensiana, Garvasiana, pro Oratorio, Philippsiciana, pro Capella Musicorum ordinatae

Borcanarum

Boraciana, Alexandroviana, Baranoviana, Borcoviana, Bercoviana, Chaszkoviana, Colomkoviana, Przeclaviana, Przevoviana, Jablonjiana, Janidoviana, Kamkoviana, Lepeciana, Lacciana, Luckiewiczkie, Zamoyciana, Goldsteiana, Novodworsciana, seu Vladislaviana, Rauberoviana, Siradiensis, Szeniaviana, Szczyrensis, Samostuliana, Przeciaslaviana, Dembinsiana, Trisonia et aliarum, cui Convocationi data loco jurarunt rationes et quidem

	Percepta	Expensa	Superata
Mfcus D. Rector ex Fund. Novodworsciana pro Aedibus	1506 - 0 - 296	3 = 1210 - 5.	
Ex Eadem pro Oratorio - - -	102 - 9 - 595	10 = 413 - 1.	
Ex Borcana Lepeciana - " -	213 - 3 - 377	3 = 164	

Colour Chart #13 Blue Green Yellow Red Magenta White Black

	Perceptum.	Expensa	Superata
Perillis D. M. Antonius Adami Sti ex Cont. Arciswolyn.	2753 17	2906 12 =	532 25.
Ex Borcana Pzewoscziana — " —	191 27	120 — =	63 27
Laccziana — " — " —	75. 19	74 9 =	1 10
Zamoyscziana — " — " —	455. 24	339 0 =	116 16.
Sabrotuliana — " —	20. — —	29 24 =	1. 24.
Rmus D. M. Antonius Zolczinski ex Contuber-			
nio Starnigeliano — " — " — " —	4472 1	2732 20 =	1739 3.
Ex Fundatione Razziviana — " —	1042 11	750 — =	204 11
Ex Contubernio Sti n. et Borc. Lyczkoviana	10559 14	9510 19 =	1040 25.
Perillis D. M. Josephus de Lovs ex Contub. Philosoph.	112 15	1056 15½ =	1744 ½
Ex Borcana Szczniaviana — " — " —	0 —	20	
Borariana — " — " —	369 26	157 10 =	212 16.
Szadzensi — " — " — "	270 20⅔	170 15 =	100 5⅔
Przeclaviana — " — " —	114 5	73 10 =	40 25.
Perillis D. Jacobus Niegowiecki qua Exec. p. d. Fottin-			
ski ex Borariviana — — — —	151. — —	46 — =	105 —
Ex Obtomkoviana — " — "	304. 5	03 — =	301. 5.
Illustris D. Procurator Universitatis ex Bor-			
cana Jabtonziana — " — " — "	205 20	50 — =	147 20
Jandoviana — " — " — "	300 13	142 20 =	165 23
Boracciana — " — " — " —	26 15	10 14 =	0 1.
Rmus D. M. Josephus Meyzel Contub. Jagel. Senio-			
ex Borariana — " —	262 — —	76 15 =	105 15.
Ex Contubernio Jagelloniano	1413 22	1792 2 =	370 12
Illmus Rndus D. Cantius Tarski ex Fund. Philipp. pro			
Capella Musicorum — — — —	7042 12	7372 7½ =	570 4½

In eadem Convocatione St. Facta est assecuratio, ac in Regestris Contubernii Philosophorum annotata debiti Rmum M. Andreae Czaczki Bibliothecam Universitatis, qua olim Contubernii Philosophorum Seniorib, ex jussu ejusdem Contubernii censibus restituendi.

2do Visum est Mfco Domino Rectori ac DD. Decanis sequentes Fundationes et Borcanas, ut pote ad officium suum non pertinentes huc loco esse annotandas, ne in posterum cum aliis confundant nempe Fundationem Seminarii Academico-Dioecesani, Borcanas Borsianam Lubrianam et Walentynianam

3tio Pacificatis praetensionum Illmi Rndi Cantii Tarski Collegiatae Stae Annae Canonici, Fundationis Philippsdianae pro Capella Musicorum Cantoris ad Seniorem ejusdem Capellae habitarium, commissa est Illri Rmo M. Andreae Czaczki Stae Theologiae Profri. ut pote jam ante ad id negotii per Universitatem deputato, adjuncto Eidem M. Petro Rydulski.

CONVOCATIO 5ta

Universitatis Extraordinaria

Anno Domini 1777. die 20 Martii celebrata fuit Convocatio stylo et forma solitis de tenore sequenti = Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor, et Magister Venerabilis. Adesse dignet Dignitas Vestra die hodierna in Stuba Communi Collegii Majoris, horâ 2dâ pomeridianâ, dum signum pulsu Campanae datum fuerit, ad resolvendum et auscultandum sequentia

1mo Ad audiendam relationem de sublato sequestro Beneficii Premykoviensis

2do Ad conferendum idem beneficium, eligendumque Praepositum illius.

3tio Ad audiendam relationem de electo novo Syndico, eundemque approbandum.

Tum ad alia, si quae per Rectorem proponentur.

CONCLUSIONES

Ad 1um Relationem de sublato sequestro Beneficii Premykoviensis per Pocillrem Clm et Adm Rndum D. M. Joannem Rygalski Sae Tlae Drem et Prfrem Collegiatae S. Floriani Custodem, ejusdem Beneficii Premykoviensis ab Ao 1768. Sequestratorem factam Universitas audivit, cum debita eidem gratiarum actione pro omni cura et solicitudine hoc in negotio praestita

Ad 2dum Insistendo reformationi Dobrociesciana per totam Universitatem nullo contradicente, approbatae, quae Tit. de Electione Collegiatorum sic obloquitur = Statutum de Electione Collegiatorum veluti apprime salutare ad usum omni ex parte revocandum censemus. Et ne in Electionibus errores admittant, semper ad Convocationem DD. Doctorum et Magistrorum ad quos pertinet electio afferat Privilegium Officii vel Beneficii, quod conferendum est, ut ex eo adpareat, quae Conditiones requirant ad illud Officium aut Beneficium, et quis ex Candidatis sit aptior ad eas obeundas = Lecto per Mfcum D. Rectorem Privilegio Incorporationis Beneficii Premykovien. a Serenissimo Sigismundo Augusto Rege Poloniae Ao 1550. concesso, cujus hic specialis tenor est = Quotiescunq Ecclesiae praedictae (nempe in Oppido Prossowice et Villis Przemykow et Korczyn) per cessum vel decessum 1mo quoque tempore vacaverint — Rector Universitatis Cracovien. cum Doctoribus omnium Facultatum Universitati subjectis ac Magistris, quos vocant solariatos, hominem doctum et probum sive ex Doctoribus sive ex Magistris Majoris aut Minoris Domus profitentibus et legentibus, ad eas, vel ad earum quamlibet praesentare ex pluralitate votorum possint = Producta quoq per Decanum Artista-

rum et auscultata ordinatione Proventuum Beneficii Premykovie per totam Universitatem Rectoratu Martini Pilsnensis A.o 1578 facta, ac per Petrum Myszkowski Eppm Cracoviensem confirmatam, cujus hic tenor est = Longa et diligenti maturaque deliberatione praehabita, et eo diligentissime attento, ne Ecclesia Premykovie et Plebanatus ipsius atq Ministri, competenti commoditate sua defraudarentur, decretum et Conclusum est per D. Rectorem Universitatis, ut Plebanus perpetuis temporibus pro tempore existens totum et integrum Parociae et Plebanatus Premykovie jus a Loci Ordinario ipsi commissum, et pro tempore committendum habeat, et ex proventibus ejusdem Plebanatus fundum, hoc est agros omnes excepto laneo, qui ademptus est ad Capitaneatum novae civitatis Korczyn, de quo recuperando apud Serenissimum Regem tam Plebanus, quam Prfres Phiae et Artium erant solliciti, Hortos quoq Piscinas Stagna Pata, et sylvae usum pro necessitatibus tantum domesticis habeat, et Villam Kiiany cum laboribus Cmetonum atque eandem pro evidenti et necessaria Plebanali utilitate possideat, disponat, et plenam superioritatem citra tamen praejudicium et gravamen subditorum teneat, in quo casu liberum erit praefatis subditis et Cmetonibus in Kiiany pro auxilio et consilio recurrere ad D. Rectorem Universitatis, et ipsius Consiliarios pro tempore existentes. Ratione cujus fundi et reliquorum commodorum Ministris Templi Scholae stipendium atque solarium semper persolvere tenebit, et curare, ne quis in cura animarum et bonis moribus defectus fiat, sed ut integritas fidei et religionis puritas conservet. Omnes autem reliqui proventus ex censibus, quos Plebanus exigere et colligere debebit, per Cmetones Villae Kiiany, per hortulanos, tabernatores, molitores ad praefatum Plebanatum pertinentes, dari solitos, atque cum omnibus Decimis tam a subditis quam a Parochianis et vicinis quibusque antiquitus ad eundem Plebanatum pertinentes ita sunt divisi. Si Plebanus resignata Collegiatura in Parochia et Plebanatu Premykovie habitare et residere personaliter voluerit, habeat duas partes proventuum in Censibus et Decimis proxime enumeratis, tertiam autem partem eorundem Magistri Majoris et Minoris Collegii, qui Artium et Philosophiae studia pro tempore profitebant. Sin vero accepto Plebanatu in Collegio habitaverit, tertiam tantum partem habeat proventuum praedictorum, cum oneribus supra specificatis, duas autem partes habebunt praedicti Professores. In videndis autem Decimis omnibus et singulis semper adhibebit Procuratorem redituum V. D. Plebanus, pecuniam vero sive duarum partium, sive tertiae tantum in Censibus et dationibus pro Festo S. Andreae Apostoli, per medium Plebano persolutis. DD. Professoribus in manus Procuratoris redituum Universitatis pro Festo SS. Trium Regum semper dabit, sub poenis excommunicationis per Loci Ordinarium de plano et sine terminorum observatione ad instantiam Procuratoris redituum Universitatis pro tempore futuri, deservientibus. Ne autem Plebanus Premykovie modernus et pro tempore existens incommodum aut

detrimentum aliquod patiat in re familiari et pecoribus, si Decimae in horreum ipsius convectae non statim triturent, licebit eidem D. Plebano praeter fruges ex agris Plebanalibus ipsi assignatis provenire usui acervum decimae convectae triturare cum scientia et requisitione Procuratoris redituum Universitatis. Qui quidem Procurator et Plebanus trituratione hanc fideliter, pro industria sua computabunt in Corethos, et ad forum tunc usitatum applicabunt, totumque proventum ex tali acervo Summae totali pro Decimis colligendae, et inter Plebanum et Prfres circa Festum SS. Trium Regum dividendae adjungent. Ne autem aedificia Templi, Domus Plebanalis, Sacerdotum et Scholae per negligentiam reparationis desolent, pro ejusmodi aedificiis, qui partes duas proventuum percipiet, duas etiam partes; qui verò tertiam tantum partem percipiet, unam similiter partem expendet. Sin autem Contributio aut exactio aliqua in Synodo Provinciali vel Diaecesana aut in Comitiis Regni fuerit decreta, Plebanusq. manserit in Collegio, tertiam tantum dabit partem et Prfres duas. Si verò manserit in Plebanatu et Paraecia ipsius, dabit duas partes et Professores tertiam. Similiterq. fieri debebit de impensis in jura et litesatq. defensam, si quas fieri occasione fundi, vel Decimarum, vel reliquorum proventuum quocunq. tempore contigerit. — Nos Petrus Myszkowski D. G. Eppus Crac. etc. eandem dismembrationem sicut praemissum est factam, in omnibus praemissis articulis et conditionem approbamus, confirmamus, ratificamus, roburque Authoritatis Ordinariae pariter et Decretum perpetuae firmitatis adponimus = Audita insuper petitione ejusdem Decani Artistarum sub hoc tenore = Facultas Philosophica insistendo praemissis, laudatam ordinationem Proventuum ex Censibus et Decimis Beneficii Premykovie ~~proventuum~~ Conclusionibus Almae Universitatis inseri, eandemque per futuros ejusdem Beneficii Possessores, manutenendam ac observandam decerni. D. Procuratorem Universitatis ad videndas quotannis Decimas omnes et singulas obligari et concludi Almae Universitati demississime supplicat. Et Alma Universitas praemissam Ordinationem Proventuum Beneficii Premykovie conclusionibus suis inserendam, eandemque per futuros ejusdem Beneficii Possessores manutenendam et observandam decrevit. D. Procuratorem redituum suorum ad videndas quotannis decimas omnes et singulas dicti Beneficii obligavit et conclusit.

2° His praemissis in Praepositum Ecclesiae Parochialis Premykovie ex pluralitate votorum electus est Illustris Clarissimus Admodum Reverendus D. M. Casimirus Czerwinski Sacrae Theologiae Professor cum obligatione satisfaciendi ordinationi praemissae, quod eidem felix faustumque sit.

Ad 3tium Audita relatione de electo novo Syndico Uni-

versitatis nempe Clmo M. Andrea Czucki Phiae Doctore et Prfre Collega Minore, eundem Alma Universitas approbavit.

Sub Tum ad alia Lecta est ordinatio Studiorum in Classibus
4o Novodvorscianis per delectos Professores tractandorum, eademque per Universitatem laudata et approbata.

supra scriptas Conclusiones per Almam Universitatem latas et auscultatas fideliter annotatas esse testor.

M. Antonius Krzynowski, Sacra Facultatis Decanus

M. Andr. Badurski Plae Med. Dr. ejusdemq. Fac. Decanus mp.
M. Petrus Rydulski Artistarum Decanus mp.

Rectoratu 4to

Magnifici, Perillustris & Reverendissimi Domini, D. M. Antonii

ZOLEDZIOWSKI,

Utriusque Juris, Sae Theologiae Doctoris & Professoris, Ecclesiae Cathedralis Canonici, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis

AMPLISSIMI RECTORIS,

CONVOCATIO 1ma

Annô Domini 1777mo Die 15ta Mensis Junii extradita fuit Convocatio Universitatis sub hac solita forma. Adm Rnde Pater, Egregie Domine Doctor, Sententiarie, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vra cras in Stuba Communi Collegii Majoris horâ 2da pomeridiana dum signû campanâ datû fuerit, ad resolvenq. seq. Puncta.

1o Ad referendum de his, quae hactenus acta sunt circa Reformationem Classium Vladislaviano-Novodvorscianar. per Illrmum Dnum Delegatum ab Excelso Collegio Publicae Instituoi Juventutis Praefectorum.

2o Ad determinandum, quo tempore Annus Scholasticus Studior. in Universitate inchoari & terminari debeat?

3o Ad restringenda intervalla, quibûs hactenus à studiis vacabatur.

4o Ad conferendum Beneficium vacans in Oppido Proszowice.

5o Ad deputandum Revisores Regestror. D. Oeconomi Bonor. Universitatis ex Ao 1776. ad Festum Si Joannis Baptistae Ai 1777mi.

6to

6tò. Ad referendum de successu Causa cum Possessoribus Bonorum Swierczkow & Chyżow in Excelso Tribunali Justitiæ Leopoli agitatæ.
7mò. Ad legendas Literas D. Advocati Mattioli, iisq; respondendum.
8vò. Ad eligendum Seniorem Contubernii Jurisperitorum.
9nò. Ad legendum Memoriale Admodum Reverendi Patris Provincialis Ordinis Sti Francisci Conventualium, illiq; respondendum.
Tum ad alia, si qua per Rectorem proponentur.
Detur omnibus Admodum Reverendis Patribus, Egregiis DD. Doctoribus, Sententiariis, & Magistris Venerabilibus duntaxat Universitatem constituentibus, Anno & die quibus supra. Ex parte Rectoris.
Cui Convocationi ex unanimi omnium assensu dato loco; facta est propositorum Punctorum resolutio, sicut enunciant sequentes

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Quoniam Reformatio Classium Vladislaviano-Novodvorscianarum nondum est plenè ad effectum deducta, etiam plenaria relatio de ejusmodi Reformatione ulteriori tempori est relicta.
Ad 2dum. Determinatio temporis, quo Annus Scholasticus inchoari et terminari debeat, commissa est Magnifico Domino Rectori. Cui in adjutorium, ex Facultate Theologica Perillrem Michaëlem Mroczkowski, ex Juridica Reverendissimum Andream Lipiewicz, ex Medica Clarmum Andream Badurski, ex Philosophica Josephum Szabel adjungendos esse censuit Universitas, & adjunxit.
Ad 3tium. Quoniam ex mente Præcelsæ Commissionis educandæ Juventutis tempus Vacationum ad duos Menses protensum est, idcirco Universitas Intervalla, quibus hactenus more antiquo à Studiis vacabatur, restringi debere adinvenit, moderamenque hac in re faciendum Iisdem, quibus in puncto præcedenti Personis commisit.
Ad 4tum. Reassumptum in præcedenti Convocatione Statutum, inter alia Statuta foliò 12mo exaratum, s: quo decernitur; quatenus „ne in Electionibus errores admittantur, semper Privilegium „Officii vel Beneficii conferendi ad Convocationem Doctorum „& Magistrorum asseratur, ut ex eo appareat, quinam è Candidatis sit aptior?" s: motivum dedit de aliis quoque Electionum circumstantiis consultandi. Et Universitas, matura deliberatione præhabita, attentoque eo, quòd Electio per voces multa incommoda post se trahat, maximè Scissiones in uno corpore, dissensiones, odia, & in similibus occurrentiis vindictas, præsentem, & futuras Elections ad Beneficia Juris-Patronatus sui, non aliter, quàm per vota secreta faciendas esse concluserit. Atque his ita præmissis; ad vacans Beneficium in Oppido Proszowice Illustrem & Admodum Reverendum Th. Andream Sleczkowski Sæ Theologiæ Professorem, Curlovienſem Scholasticum, ex votorum secre-

torum pluralitate elegit, & praesentandum esse duxit.
Ad 5tum. In Revisores Regestrorum Generalis Bonorum Universitatis Oeconomi ex Anno 1776to. ad Festum Sti Joannis Baptistæ Anni currentis 1777mi electi & deputati sunt; Perillris Dn Jacobus Niegowiecki, Sæ Theologiæ, & Reverendissimus Dn. Andreas Lipiewicz, Canonicus Cathedralis Cracoviensis, Utriusque Juris, Doctores & Profres. Qui hoc onus nñ gravatim susceperunt.
Ad 6tum. Post factam auditamque relationem de successu causæ cum Possessoribus Bonorum Swierczkow et Chyżow in Excelso Tribunali Justitiæ Leopoli motæ et vertentis, jamque Decreto appropinquantis, perficiendum negotium commissum est Illustri Procuratori Universitatis cum referibilitate ad Dn D. Rectorē.
Ad 7mum. Lecta & auscultata sunt Litera Illustrissimi D. Mattioli Advocati, Romā directæ: ad quarum contenta respondendi, totumque negotium debito fine terminandi data est facultas Magnifico Domino Rectori, & Reverendissimo D. Lipiewicz Canonicis Cathedralibus Cracoviensibus.
Ad 8vum. Quoniam Clarmi Professores ad Collegium Minus vocati, nondum singuli suas publicas Responsiones expedierunt, ideo Electionem Senioris Contubernii Jurisperitorum in aliud tempus distulit Universitas. Ne tamen per ejusmodi dilationē debito regimine & introspectione præfatum Contubernium Jurisperitorum destituatur, data est potestas Perillri & Reverendissimo Dño Canonico Lipiewicz, tanquam Provisori ejusdem, unum è numero Clarmorum Professorum ad Collegium Minus vocatorum in locum Senioris prafati Contubernii substituendi.
Ad 9num. Lectum & auscultatum fuit Memoriale Admodū Reverendi Patris Casiani Korczynski Provincialis Ordinis Sti Francisci Minorum Conventualium, invitantis Universitatem nostram ad assistendum Processioni occasione Anniversariæ Memoriæ Canonizationis Sti Josephi à Cupertino solemniter celebrandæ. Et Universitas, matura deliberatione præmissa; consideratisque variis circumstantiis; ejusmodi desiderio negative respondendum esse censuit. Quodsi tamen Ecclesiis Collegiatis ejusdem Universitatis prafatum Processionis actum condecorare placuerit, minimè dissentit, quinimo libertati relinquit.

CONVOCATIO 2da.

CC. DD. Decanorum.

Anno Domini 1777mo. Die 12ma Mensis Julii celebrata fuit Convocatio CC. DD. Decanorum, stylo & forma solitis extradita videlicet.

videlicet de tenore tali: Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor & Decane unius cujusque Facultatis.
Adesse dignetur Humanitas Tua hodierna die in hypocausto communi Collegii majoris hora secunda pomeridiana, non expectato pulsu campanæ, ad revolvendum sequentia Puncta. tmò. Ad revidendos labores CC. & Excell. Professorum Facultatem Philosophicam constituentium.
2dò. Ad dismembrandam pecuniam per D. Procuratorem Universitatis ex Beneficiis pensionalibus collectam.
Tum ad alia, si qua per Rectorem proponentur.
Detur omnibus Perillustribus Clarmis, quatuor Facultatum, Theologicæ, Juridicæ, Medicæ & Philosophicæ Decanis, necnon Procuratori Universitatis, Consiliariis Facultatis Philosophicæ, & Oratori Tylicciano. Die & Anno ut supra. Ex parte Rectoris.
Cui Convocationi ex unanimi omnium assensu dato loco; facta est præmissorum Punctor resolutio, prout sonant sequentes

CONCLUSIONES.

Ad tmum. Lecti & revisi sunt per DD. Facultatum Decanos labores Clar. & Excell: Professorum Facultatis Philosophicæ. præmissaque matura deliberatione; latum est de iisdem judicium ad mentem Legis novellæ & Statutorum dicta Facultatis.
Ad 2dum. Fecit relationem Illris D. Procurator Universitatis se collegisse pecuniam ex Pensionalibus Beneficiis inter CC. & EE. Professores Facultatis Philosophicæ dismembrandam. Et quidē;

Ex Beneficio Premykoviensi - - - - -	fl. - -	1000.
Ex Beneficio Propovicensi - - - - -	fl. - -	100.
Ex Decimis sub Parochia Korczynensi - - -	fl. - -	500.
In Summa Floren: Polonical: - - - - -	fl. - -	1600.

Qua informatione audita; conclusum est, pecuniam, sic ut præmissum est; collectam inter CC. & EE. Facultatis Philosophicæ Professores more solito, servata proportione laborum ac diligentia dismembrandam esse, ejusmodi Dismembratio Illri D. Procuratori Universitatis commissa est.

Rectoratu 5to.

Ejusdem Magnifici Dñi Rectoris.

CONVOCATIO 1ma

Universitatis.

Annô Domini 1777mo Die 14ta Mensis Novembris celebrata fuit Convocatio Universitatis, pridie stylo & forma solitis extradita de tenore tali: Admodum Reverende Pater, Egregie Domine Doctor, ac Magister Venerabilis. Adsit Dignitas Vestra die crastina hora Secunda pomeridiana in Stuba communi Collegii majoris, dum signum campanâ datum fuerit, ad resolvenꝫ Puncta seqntia

1mo Ad incorporandum Universitati Clar. M. Andream Cyankiewicz.

2o Ad audiendam relationem DD. Deputatorum ad Regestra Oeconomi Bonorum ex Anno 1776to in Annum 1777mum.

3o Ad consulendum de Bonis Szczodrkowice, in quibus notabilis expensa crescit pro milite Moschovitico ibidem à Mense Augusto stativa habente, ac de Subditis exinde angariatis.

4o Ad dandum consensũ divendendi ex iisdẽ Bonis quercus putridas.

5o Ad determinandum, num imminente Universitatis Visitatione, quædam ædificia in Bonis Oeconomo in scriptis commissa, intra triennium instauranda vel restauranda sint?

6o Ad legendum Decretum pro parte Universitatis obtentum Leopoli super Possessoribus Bonorum Swierczkow et Chyzow, & de mediis illud ad effectum deducendi arripiendis.

7o Ad concludendũ finaliter de cursu studiorũ in Facultatibus singulis.

8o Ad resolvendum, utrum Clar. Wisniowski ex Proventibus tum Universitatis, tum Collegii minoris, ampliùs participare debeat?

9no Ad legendum memoriale Illrmi Palatini Pomeraniæ, illiq respondendũ.

10mo Ad legendas Literas M. D. Comitis Sierakowski Vexilliferi Cracov:

11mo Ad legendas Literas Rndissimi Kollątay ad Procuratorem directas.

12mo Ad legendas Literas D. Advocati Mattioli. Tum ad alia, si quæ. &c:

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Absolutis omnibus & singulis formalitatibus; incorporatus est Universitati Clar. M. Andreas Cyankiewicz Phiæ Doctor & Profr.

Ad 2dum. Perillres DD. M. M. Jacobus Niegowiecki Sæ Theologiæ & Rndus Andreas Lipiewicz U. I. Doctores & Professores, ad Regestra Oeconomi Bonorum Universitatis ex Ao 1776. in 1777. Deputati, fecerunt relationem, quomodo dicta Regestra reviderunt, verificaverunt, & calculaverunt. repereruntque in Perceptis Summam Generalem Floren: 29740. gr. 14.

In Expensis autem Summam Gnalem Florenꝫ - - - 6614. gr. 5½

Ac proindẽ Summam restantem Floren: Polonic: - - 23126. gr. 8½.

Ad 3tium

Ad 3tium. Facta per Illrem Procuratorem Universitatis informatione de notabilibus expensis pro milite Moschovitico in Bonis Szczodrkowica à Rense Augusto ad hac usque tempora consistente jam erogatis; Subditorumq; gravaminibus indè pullulantibus; censuit Universitas rogandum esse per Literas Rndmum D. Visitatorem Kollątay, quatenus pro interventu suo Libertationem procurare dignetur.

Ad 4tum. Quoniam Illris Procurator Universitatis fecit relationem, reperiri in Sylva Szczodrkovicensi complures quercus putridas, nulli amplius usui, praterquam igni servientes, quinimo propagationem aliarum arborum magis utilium impedientes, idcirco Universitas in divenditionem ejusmodi quercuum, spectato tamen & per omnia servato justo pretio; Consensum suum prabuit.

Ad 5tum. Quoniam Commissum de instaurandis & restaurandis ædificiis Dni Oeconomo Bonorum in Scriptis datum, intra decursum triennii propter nonnullas circumstantias effectum suum in toto sortiri non potest, idcirco, saltem magis opportuna ædificia tanti: per restauranda esse conclusit Universitas, ac commisit.

Ad 6tum. Lectum est Decretum pro parte Universitatis super Bonis Swierczkow et Chyżow in Excelso Gubernio Leopoliensi obtentum. Quoniam verò media illud effectuandi non modicas post se difficultates trahunt, quamobrem de iis adhuc deliberandum Illri Procuratori commisit Universitas. Et in casu, quo dicta Bona Swierczkow in possessionem apprehendenda essent, ad id munus, cum assumendo aliquo è DD. Subdelegatis Castrens Cl. Syndicum deputavit.

Ad 7mum. Circa cursum Studiorum in Facultatibus singulis ejusmodi facta est Ordinatio. Legetur in singulis Facultatibus à die Prima Octobris s: qua Anno Scholastico initium dabit; excepta Octava Sti Joannis Cantii; ad Pervigilium Sti Thoma Apostoli. Item, à die Prima post Epiphaniam ad Feriam Quintam Carnisprivii exclusivè. Item à prima post Dominicam Quadragesimæ, ad Dominicam Passionis. Item, à die Prima Festum Sti Stanislai Episcopi & Martyris subsequente, ad Festum Stæ Margaritha V. & M, quod Annum Scholasticum terminabit. His autem Interstitiis, diebus Festis, etiam per Sedem Apostolicam sublatis seu potiùs dispensatis, juxta antiquam consuetudinem; Lectiones vacabunt. Insuper Decanus, & Professores Facultatis Philosophica, qui Adolescentum sive ad primam, sive ad Secundam Lauream aspirantium Examinatores agent, durante Examine à tradendis Lectionibus & Disputationibus Sabbativis liberi erunt.

Ad 8vum. Considerando Universitas, parum, aut verius nihil sibi exinde honoris accedere, quòd Illris et Admus Rndus M. Josephus Wisniowski Collega Minor in Colonia Biecensi quartum jam annum humaniora docendo consumat, committendum censuit, et præsenti Conclusione Illri Plenipotenti Illius commisit, quatenus dictum Illustrem Principalem Suum per Literas moneat, ut, vel Cracoviam ad altiores Scientias pertractandas redeat, vel in Colonia Biecensi sua sorte contentus; privationem Proventuum, tam Minoris Collegii, quàm Universitatis, quibus hactenus gaudebat; subire sit paratus.

Ad 9num. Lectum est Memoriale Illustrissimi Domini Ignatii Przebendowski Palatini Pomerania: in quo petitionem Suam exposuit, quatenus Universitas nostra Consensum suum in ordine ad transportandam Summam Capitalem 20000. de Bonis Villæ Czuszow dicti Illustrissimi Palatini hæreditariis, & in aliis Bonis similiter ejusdem Illrmi hæreditariis Przeginia vocatis collocandæ

prabere velit, omnem realitatem & facilitatem in recipiendis Censi-
bus habitura. Et Universitas, consideratis considerandis; votis
suprafati Illustrissimi Domini Palatini deferendum esse censuit.
Ad 10mum. Annuendo desideriis M. D. Comitis Sierakowski; de-
dit Consensum Universitas pro vendendis eidem justo pretio vigin-
ti arboribus pineis, & decem abiegnis.
Ad 11mum. Lecta sunt Litera Reverendissimi D. Kollątay & dan-
do Arendatorio Contractu Bonorum Villa Tągoborz Magnifico Dño
Malachowski Capitaneo Osviecimensi intervenientis. Cujus quidem
Reverendissimi Domini Personam licèt Universitas multum esti-
met, prahabita tamen matura deliberatione; ex rationibus animis
suum permoventibus; negativè respondendum censuit.
Ad 12mum. Quoniam ex lectis Dñi Mattioli Advocati Romani
Literis de fatis Dñi Dominici Claverini constitit, ideo Universitas gra-
tam se eidem pie defuncto exhibere volens; in suffragium Anima illius
Anniversarium in Ecclesia Collegiata Sctæ Anna celebrandu decrevit.

CONVOCATIO 2da.

Annô Dñi. 1770. Die Vigesima Mensis Martii celebrata fuit Con-
vocatio stylo & forma solitis extradita, ad resolvendum Puncta regi-
1mo. Ad incorporandum Universitati Cl. M. Vincentiu Smaczninski.
2dò. Ad deputandos Revisores Regestrorum Procuratoris & Admi-
nistratoris Typographia Universitatis.
3tiò. Ad eligendum vel reeligendum Procuratorem Universitatis.
4tò. Ad eligendos vel reeligendos Administratorem Typographiæ
Syndicum, & Oeconomum Bonorum Universitatis.
5tò. Ad audiendum de dispositione Sortis Villa Biata, hacte-
nus sub cura Universitatis existentis.
6tò. Ad interloquendum de reparatione Horreorum & Stabulorũ
in eadem Sorte Biata, relativè ad revisionem jam aliàs expeditam.
7mò. Ad audiendam certam illationem per Perillustrem Dñm
Præpositum Collegiata Sti Floriani exponendam.
8vò. Ad deputandos Viros cum Archivistis, ad seligenda quacunq;
documenta reperibilia in Archivo Universitatis post capita demor-
tua, & jam aliàs pacificata.
9nò. Ad legendas Literas Provisorum Academia Culmensis.
10mò. Ad conferendum Cursum Polemicum.
11mò. Ad conferendum Cursum Philosophicum.
12mò. Ad resolvendum de Pensionibus retentis ex Bonis Univer-
sitatis pro annis 1767. et 1768. Collegiis, Provisoribus Borcanarum,
Contubernijs, Ecclesijs quibusdam ascendentibg ad Fl: 3429. gr 20.
13tiò. Ad audienda desideria Perillustris D. M. Michaelis Mruga-
czewski, utì & tanquam Curati in Golcza.
14tò. Ad informandum de impressione Actorum circa Solemnem
Commemorationem Canonizationis S. I. Cantii in hac Civitate subrita
15tò. Ad concludendum finaliter de Portionibus ex Dismembratio-
nibus Universitatis et Collegii Minoris provenientibus, Personam
Illustris M. Josephi Wisniowski concernentibus.
16tò. Ad referendum de Manifestatione facta contra Inscriptio-
nem Summa Florenorum Polonicalium 5000. super Bonis Uni-

vers.

Universitatis favore Coloniæ Leopoliensis.
Tum ad alia, si quæ proponentur. Detur omnibus &c: Circa quæ Puncta

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Post absolutas omnes de Jure et consvetudine formalitates, præstitumque in manibus Magnifici Domini Rectoris super non revelandis Universitatis Secretis juramentum, incorporatus est eidem Universitati Clar. M. Vincentius Smaczninski. Phiæ Doctor & Profr.
Ad 2dum. In Revisores Regestrorum Illustris Procuratoris Universitatis Reverendissimus Canonicus Lipiewicz & Illustris Sleczkowski, in Revisores autem Regestrorum Typographiæ Universitatis Perillustris M. Carolus Marxen & Illris Kolendowicz deputati sunt.
Ad 3tium. Quamvis quidem Illustris et Adm Rndus M. Casimirus Czerwinski Sæ Theologiæ Professor onus Procurationis ab aliquot annis portatum, tanquam sibi non mediocriter molestum; deponere voluerit, votis tamen Universitis inclinatus; adhuc illud suscepit.
Ad 4tum. In Administratorem Typographiæ, Syndicum, & Oeconomum Bonorum, Universitas easdem ipsas Personas, quæ prædicta Officia hucusque gesserunt; reeligendas esse censuit, & reelegit.
Ad 5tum. Fecit relationem Illris Procurator: Sortem Villæ Biala Professores Novodvorscianos concernentem, & hactenus sub cura Universitatis existentem, ex dispositione Excelsæ Commissionis educandæ Juventutis Polonæ jam regimini Reverendissimi Dni Canonici Lipiewicz, tanquam Scholarum Præfecti subjectam esse.
Ad 6tum. Totum hoc cum suo effectu Negotium Reverendissimo Præfecto Scholarum & Illri Procuratori Universitatis commissum est.
Ad 7mum. Intulit Perillris Dnus Ecclesiæ Colltæ Si Floriani Præpositus, quatenus sibi, aliisq Contributoribus, à Summis Capitalibus super Bonis Golcza hærentibus, major /: seu aliàs ad proportionem Annui Proventûs ejusdem Villæ Golcza:/ solveretur Census. Et Universitas matura deliberatione præmissa decisionem suam distulit, donec Inscriptiones præfatarum Summarum per Revisores ad Regestra Procuratoris Universitatis viderentur, de earumque tenore & obloquentia sufficiens informatio in futura Convocatione fieret.
Ad 8vum. Informavit Universitatem Rndissimus Dnus Canonicus Lipiewicz: reperiri in Archivo Universitatis complura Documenta, post Capita demortua, & quidem in negotiis jam pacificatis, proinde, ne ex iis quandoq dubia aliqua et difficultates oriantur, seligenda esse svasit. Quod Universitas pro rato & grato accipiens; ad id muneris Perillres MM. Michaëlem Mrugaczewski, & Carolum Marxen deputavit. Qui onus præfatum non gravatim susceperunt.
Ad 9num. Lecta sunt Literæ à Prænobilibus DD. Academiæ Culmensis Provisoribus directæ, ad quarum contenta responsum dare Magnifico Domino Rectori commissum est.
Ad 10mum. Cursus Sæ Theologiæ Polemicus ad mentem Erectionis tradendus, collatus est Illri A. Rndo M. Casimiro Czerwinski.
Ad 11mum. Cursus Philosophicus collatus est Clarmo M. Andreæ Czucki Collegæ Minori, Universitatis Syndico.
Ad 12mum. Pensiones ex Bonis Universitatis dari solitas, & pro Annis 1767. ac 1768. ex ratione notabilium expensarum pro Actu Canonizationis Si Joannis Cantii erogatarum retentas, & ob varias temporum calamitates hucusque Collegiis, Provisoribus Borcanarum, Contuberniis,

& Ecclesiis quibusdam non exsolutas, ex Proventibus modernis refundendas esse concluſit Universitas.

Ad 5tum. Pro Solemnitate Actũs Devotionis Canonizationis Si Josephi de Cupertino, tum Servorum Dei VV. Bonaventuræ de Potentia &c. Beatificationis, in Ecclesia Si Francisci Ordinis Minorum Conventualium Ao Dñi 1777. Festo SS. Petri & Pauli Apostolor celebrata impetravit olim, Ao scilicet 1775. idem Conventus Si Francisci p suum Adm Rndum Patrem Cassianum Korczynski Provincialem, Ornamenta amplissima relicta post Canonizationem Si Joannis Cantii Anno eodem 1775. Cracoviæ celebratam, nimirum; Statuas, Columnas, Lemmata, Stemmata, tum in lignis Arte Statuariorum, & mensificum, tum Pictorum ingeniõ efficta in tela, sumptu notabili comparata, titulõ commodationis: nunc tandem præfatus Adm Rndus Pater Cassianus Korczynski ejusdem Conventus Si Francisci Minorum Conventualium Cracoviæ Gvardianus per supplicem Libellum dicta ornamenta inante commodata sibi suoq' Conventui cedi & donari expostulat. Et Universitas lecto ejusmodi Supplici Libello; ex rationibus animum suum permoventibus detulit votis Adm Rndi Patris Gvardiani totiusq' Conventus laudati, simulq' dictos apparatus, sive Ornamenta olim Ao 1775. commodata, nunc cessit & donavit, ea obligatione, ut, quemadmodum idem Sacerrimus Conventus ab Anno 1775, nimirum à die Solemnis Memoriæ Canonizationis Si Joannis Cantii cæpit ex pietate processionaliter in suis AA. RR. Patribus & Fratribus congregatus cum Vexillo, Intortiis, Celebrante in Pluviali ac Sacris Ministris intra Octavam Si Joannis Cantii

visitare

visitare Collegiatam Sae Annæ, ac in ea Sepulchrum Sti Joannis Cantii, ibiq; Supplicationes cantare, ita in posterum hoc Pietatis Opus tum ex devoto in Sanctum animo, tum ex motivo, ac intuitu præfatorũ Ornamentorum in suo sumptu ad aliquot millia ascendentiũ, mediante Conclusione præsenti cessorum & donatorum stringat, perpetuò & in ævum semel quovis anno intra eandem Octavam absolvere & continuare, tum quavis die intra memoratam Octavam Sti Joannis Cantii mittere duos Presbyteros, jam verò ipso Festo & die Octava ejusdem quatuor, ad excipiendas Confessiones ab hora Sexta usq; ad meridiem in Ædicta Collegiata Sae Annæ. In majus verò firmitatis robur Universitas Cessionem & Donationem hanc cum annexis obligationibus conditionibusq; in forma authentica extradi mandavit cum obligatione Recognitionis similiter authentica plenissima in forma ab eodem Conventu cum Sigillo sui Ordinis & Subscriptione manuum Personarũ laudati Conventũs, postquam conditiones & Cessionem hanc acceptaverit, recipienda, Actisq; Universitatis, & Illustrissimi Officii Consistorialis Cracoviensis ingrossanda, Deinde Cõne ad Missa mediante.

CONVOCATIO 7ma.

CC. DD. Decanorum.

Annõ Domini 1779. Die 12ma Mensis Julii celebrata fuit Convocatio CC. DD. Decanorum, extradita stylo & forma solitis;
1mõ. Ad revidendos labores CC. & EE. Professorum Facultatis Philosophica. 2dõ. Ad dismembrandam pecuniam ex Beneficiis Pensionalibus per D. Procuratorem Universitatis collectam.
Tum ad alia, si qua per Rectorem proponentur.
Detur omnibus Perillustribus Clarissimis 4. Facultatum; Theologica, Juridica, Medica, & Philosophica Decanis, necnon Procuratori Universitatis, Oratori Tylicciano, & Consiliariis Facultatis Philosophicæ. Die et Anno quibus supra. Ex parte Rectoris.
Cui Convocationi data loco; resoluta sunt Ædicta puncta præsentes

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Revisi sunt & lecti coram Jis ut supra labores CC. & EE. Professorum Facultatis Philosophicæ, latumq; est de iis judicium ad mentem Legis novellæ & Statutorum.
Ad 2dum. Fecit relationem Illris D. Procurator Universitatis se collegisse pecuniam ex Pensionalibus Beneficiis inter CC. & EE. Professores Facultatis Philosophicæ dismembrandam. Et quidem;

Ex Beneficio Premyskoviensi Flor: Polon: - - -	1000„
Ex Korczynensi - - - - - - - - -	„400„
Ex Propovicensi - - - - - - - - -	1250„
Hoc est, in Summa Floren: Polon: - - - - -	1630„

Qua Summa, ut inter CC. & EE. Facultatis Philosophica Professores servata proportione laborum dismembret, commissum est eidem Illustri Dño Procuratori Universitatis.

CONVOCATIO 8va.

Annô Domini 1779mo Die 15ta Mensis Novembris celebrata fuit Convocatio Universitatis, pridie stylo & forma solitis extradita, idque in ordine ad resolvendum sequentia puncta:
1mo. Ad approbandas Rationes D. Mattioli ex fructibus Locorum montium Româ transmissas.
2dô. Ad definiendum, quid cum Summa 4600. Florenor Polonic: pro Lapidea Medici Pauperum Fundationis Petri Posnaniensis divendita, in Erario Procuratoris Universitatis reposita, agendum? ut & securitati Summa Capitalis & censibus ab eadem provenientibus in posterum provideatur.
3tiô. Ad conferendam Professionem Medicam suprafati Petri Posnaniensis post resignationem ejusdem per Clar. D. Badurski factam.
4tô. Ad audiendam petitionem Clar. Thuschek Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, locum sibi, tum in Universitate, tum in Facultate Medica, pro omni eventu reservari cupientis.
5tô. Ad dandum consensum Clarmo D. Czerwickowski Philosophiæ & Medicinæ Doctori, p loco inter CC. DD. Medicinæ Dres respondere volenti.
6tô. Ad resolvendum, utrum Philosophiæ & Medicinæ Doctores in aliqua publica Universitate creati, debeant in posterum usum Togæ in Philosophica Facultate petere, si Cathedram Doctoralem in hac Studiorum Universitate ascensuri sint?
Tum ad alia, si qua per Rectorem proponentur. Detur omnibus Adm Rndis Patribus &c: duntaxat Universitati incorporatis.
Cui Convocationi ex unanimi omnium consensu dato loco; resolvta sunt proposita Puncta, prout sonant sequentes

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. In publica Universitatis facie productus fuit primo Numerus Locorum montium Universitatis per D. Advocatum Mattioli Româ transmissus in Nota sequenti:

Loca 4. Montium Sti Petri 2da Erectionis Scut: - - -	508.
Loca 10. Montium Sti Petri 5ta Erectionis. Scut: - - -	1270.
Loca 2. Montis Sti Petri 6ta Erectionis. Scut: - - -	254.
Loca 2. Montis Sti Petri 8va Erectionis. Scut: - - -	889.
Loca 3. Montis Restaurati 2da Erectionis donata à b.m. Advocato Claverino. Scut: - - - - - - - - -	333.
Pretium Locorum 7. Montis novi Communitatum à Camera Aplica extractor in Extractionibus 204. 205. 206. Scut. - -	700.
Valor ergo omnium dictorum Locorum, est Scut: - - -	4200.

Annuus verò Reditus erit Scutorum circiter nonaginta, juxta Specificationem

ciem, in qua investientur Scuta Septingenta extracta.
Tandem lectus fuit Computus Exacti & Epensi ex fructibus dictorum Locorum montium ad Causam S.i Joannis Cantii spectantium, per eundem D. Mattioli à die 1ma Novembris 1771. ad totũ mensem Aprilem 1779ni confectus ac transmissus, ex constitit præfatum D. Mattioli exegisse; 1.o Die 20. Junii 1779. pro totidem exactis ab Hæreditate bonæ memoriæ Advocati Dominici Claverini, et solutis ab Illrmis Exequutoribus Testamtariis ejgdẽ. Scut: 188.Ob:8.½.
2.o Die 27. Julii. 1779ni Pro totidem exactis ex fructibus Locorum 25. Montium ad Almam Academiam spectantium decursis à Q. 1. Julii 1777mi ad totam diem 30mam Mensis Aprilis proximè præteriti, 1779no Scut: - - - - 135. — „
3.o Die dicta 27. Julii 1779. pro totidem exactis ex fructibus Locorum trium Montis restaurati secundi Almæ Academiæ legatt ab eodem Advocato Claverini, decursis à Q. 1. Novemẽ. 1777. ad totam diem dictam 30mã Aprilis 1779ni Scut: — 13.Ob: 20„
In totum exegisse Scut: - - - - - - - - - - - 336.Ob: 28„½
Expendisse verò, 1.o Q. 10. Julii 1779no pro totidem solutis Secretariæ Generali Locorum montium pro Cassatione ex Locis viginti octo Reservationis Sortis et fructuum favore Canonici Lachowicz, b. m. Advocati Claverini, aliorumq̃ pro tempore Postulatorum Causæ S.i Joannis Cantii, Scut: - - - - 9.Ob:20.
2.o Die eadem pro totidem solutis Notario Eminentissimi & Reverendissimi Dñi Cardinalis Vicarii pro Recognitione Mandati Procuræ eidem D. Mattioli ab Universitate facti pro exactione tum fructuum Locorum montium, tum Crediti cum Hæreditate Advocati Claverini, Scut: - - - - 1.Ob:85„
In Summa, expendisse Scut: - - - - - - - - - 11.Ob: 5„
Und manent apud eundem D. Mattioli ad dispoõe Univtis. Scut: „325.Ob:23„½.
Quem Computum, sic ùt præmittitur, exactè factum, Universitas approbandum esse censuit, & in effectu approbavit hac sua Coõe ad Pm: medẽ.
Ad 2dum. Donec subsecuta fuerit expressa dispositio Excelsi Collegii Præfectorum Institutioni circa Summam pro divendita Lapidea Fundationis Petri Posnaniensis, commissum est Facultati Medicæ, quatenus Securati dictæ Summæ omni meliori modo provideat, cum consensu Illustrissimi et Reverendissimi Domini Hugonis Kollątay Canonici Cathedralis Cracovienẽ ab Excelso Collegio Præfectorum Educationi Regni ad Universitatem nostram Delegati Visitatoris, necnon cum assistentia Perillris D. Procuratoris Universitatis. Jam verò loco divenditæ Lapideæ Petri Posnaniensis olim Medico Pauperum applicatæ, facta est ab Excelso Collegio Præfectorum Educationi Regni Declaratio incorporandæ et donandæ pro eodem Medico Pauperum Lapideæ PP. olim Societatis Jesu in Platea S.i Stephani sitæ.
Ad 3tium. Memorata Professio collata est Clarmo D. M. Joanni Nepomuceno Lucy Philosophiæ et Medicinæ Doctori, in facie Universitatis eandem postulanti, cum nova Ordinatione à Supremo Educationis Magistratu eidem præscribenda.
Ad 4tum. Ex unanimi consensu reservatus est locus Cl. D. Tuschek.

Philosophiæ & Medicinæ Doctori, manutento tamen vigore Statuti Anno 1427. die 20. Julii lati, prout reperitur in Metrica Almæ Promotorum Facultatis Philosophicæ, asservata in Bibliotheca Collegii Majoris, de tenore sequenti„ In Decanatu Mri Bartholomæi de Radom, Convocatione facta omnium Magistrorum actu Regentium, & conclusum nullo contradicente: quòd Magister Henricus Haasz de Monten Haken Universitatis Lovaniensis, ad nostram Universitatem assumptis, suaq. Responsione solemni, omnibus Magistris juxta Statuta nostra disputantibus priùs facta; inter nostros Magistros illos habeat locum ultimum, qui eodem anno ad magisterium sunt promoti, quo & ipse in sua Universitate est promotus, videlicet Anno Domini 1427 prout hoc docuit ex sufficienti suarum testimonio Literarum. Cum ergo prænominatus Mr Henricus inter Magistrum Albertum de Philgwar ipsum præcedentem, & Magistrum Sandigovium de Czechel, ipsum sequentem, juxta præmissa obtinebit„

Ad 5tum. Ad Responsionem pro loco inter CC. DD. Medicinæ Doctores obtinendo, recepit ab Universitate consensum Clar. D. M. Raphaël Czerwiekowski Philosophiæ et Medicinæ Doctor Romæ 1776. die 16a Mensis Martii renunciatus, atq; à Celsissimo Illustrissimo & Reverendissimo Domino Michaële Principe Poniatowski Episcopo Plocensi Coadjutore Cracoviensi Supremi Collegii Præfectorum Institutionis Præside per Literas Universitati nostræ honorificè commendatus.

Ad 6tum. Ex rationibus benevisis placuit hoc punctum differri.

CONVOCATIO 9na.

Annô Domini 1780. die 14ta Mensis Januarii celebrata fuit Convocatio Universitatis, extradita stylo & forma solitis, idque in ordine ad auscultanda & resolvenda sequentia puncta.

1mô. Ad incorporandum Universitati Clarissimum D. M. Raphaëlem Czerwiekowski Philosophiæ et Medicinæ Doctorem, post expeditam Responsionem pro loco inter CC. DD. Medicinæ Doctores.

2dô. Ad referendum de Lapidea in Platea Sancti Stephani sita, pro Medico pauperum Studiosorum donata.

3tiô. Ad legendam Dispositionem Præclari Collegii Educationis Juventutis Præfectorum favore Facultatis Medicæ de Collegio ad Sanctam Barbaram consistente.

4tô. Ad legendas Literas Illmi & Andissimi D. Hugonis Kollontay Canonici Cathedralis Cracoviens. ad Universitatem nostram à Supremo Educationis Juventutis Magistratu Delegati.

5tô. Ad legendam Dispositionem Procuratoris.

Ex parte Rectoris.

6tô. Ad videndum præsentari VV. Secundæ Laureæ in Philosophia Candidatos, iisque solitum Examen aperiendum.

Detur omnibus Admodum Andis Patribus, Egregiis DD. Doctoribus & Magistris Venerabilibus duntaxat Universitati incorporatis

Ao Dñi 1780. Die 13tia Januarii. Ex parte Pro-Cancellarii.

Cuiscm

Cui Convocationi ex unanimi omnium consensu dato loco; facta est Su: praescriptorum Punctorum resolutio, ut sonant sequentes

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Praestito solito juramento incorporatus est Universitati Clarmus D. Raphael Czerwiekowski, cum admissione ad participationem Jurium, Privilegiorum, fructuum, emolumentorum, in eaipsa forma, juxta quam haec singula aliis concedunt.

Ad 2dum. Cessio et Donatio Lapidea in Platea Sc̃i Stephani sita post extinctum Institutum Societatis Jesu, ad cujus Collegium Sancti Mathia Cracovia illa spectabat; relicta, & vigore Constitutionum Regni plenaria Dispositioni Supremi Magistratus Educationis Juventis Regni tradita, facta est in rem Universitatis, commodumque Medici Pauperum Studiosorum ex singulari munificentia ejusdem laudati Supremi Magistratus, & per Illustrissimum & Reverendissimum Dominum Hugonem Kollątay, Canonicum Cathedralem Cracoviensem à Supremo Magistratu Educationis Regni ad Universitatem nostram Deputatum Visitatorem nomine dicti Supremi Magistratus eidem Universitati perpetuò et in avum est incorporata. Cujus quidem Incorporationis Originalis authentica in papyro à Thesauro Regni in quota grosi argentei signata, in facie Universitatis lecta, tenor sequitur estque talis.

|| Jasnie Wielmożny Jomć X. Kollątay Kanonik Katedralny Krakowski od Przeswietney Kommissyi nad Edukacyą Narodową do Akademii Krakowskiey Wizytator, maiąc sobie zlecono, ażeby z pozostałych w Krakowie dwoch Po-Jezuickich Kamienic, iedną na Ulicy Szpitalney będącą oddał Miastu na wyreparowanie Szkoły Panny Maryi podług umowionego abrysu, drugą zaś na Szczepanskiey Ulicy dla Lekarza ubogich Studentow do Akademii przyłączył: gdy iuż pierwsze zlecenie z strony Miasta wskutecznił, drugie niniejszym rozporządzeniem wypełnia, oddaiąc Akademii Krakowskiey z woli y wyraźney Rezolucyi Przeswietney Kommissyi pomienioną Kamienicą na Ulicy Szczepanskiey będącą, a to dla Lekarza ubogich Studentow, ktorey to Kamienicy własnośc Akademii na zawsze służyc będzie, a zaś użytek y rozrządzanie Lekarzowi ubogich Studentow, a to podług tego, iak Facultas Medica Ordynacyą ułoży, ktorey ułożenie niniejszym polecił Dekretem. Działo się w Krakowie dnia Ośmnastego Xbris 1779. Roku. Z Aktow Wizyty JWć Jomći Xc̃a Hugona Kollątaia Kanika Katedralnego Krakowskiego, od Przeswietney Kommissyi nad Edukacyą Narodową do Akademii Krakowskiey Wizytatora wyiszło. Dnia 20go Miesiąca Grudnia Roku Panskiego Tysiącznego Siedmsetnego Siedmdziesiątego Dziewiątego. X. Jan Kanty Toriani Wizytey Akademii Krakowskiey Sekretarz. Mpp. Quod tam insigne Clementia ac Beneficii monumentum Universitas cum annexis conditionibus ac obligationibus eidem Donationi appositis distinctissima recognitione suscepit, rogavitque M.D. Rectorem, ut nomine ejusdem testimonius grati animi, qua par est significatione

Literis eidem Supremo Magistratui deferre dignaretur. cui petitioni annuit Magnificus D. Rector. Insuper disposuit eadem Universitas quatenus Cessio, Donatio, Incorporatio prafata Lapidea in Platea Sti Stephani sita Actis Castrensibus Capitanealibus Cracovien, vel Terrestribus, tum Officii Consularis per Oblatam insereretur, ipsum vero Originale Exemplar una cum Extractu ex Actis pradictis Archivio Universitatis diligenter asservandum redderetur, officiosaq ad sapefatam Lapideam Intromissio per Perillrem Procuratorem reciperetur.

Ad 3tium. Lecta est in papyro à Thesauro Regni in quota grossi argenti signata Originalis Donatio ac Incorporatio Collegii Cracovia ad S. Barbaram consistentis, in rem Universitatis nostra per Supremum Magistratum Praefectorum Educationis Regni facta tenoris sequentis „Działo się w Warszawie na Sessyi Ekonomicznej Kommissyi Edukacyi Narodowey Dnia Siodmego miesiąca Stycznia Tysiącznego Siedmsetnego Osmdziesiątego Roku. Kommissya maiąc Sobie uczynione przełożenie, iż pozostałe Collegium Po-Jezuickie, w Krakowie przy Kościele S. Barbary będące, iest nayprzydatnieysze do założenia w nim Szpitala dla Szkoły Cerulickiey przy Akademii Krakowskiey potrzebnego; postanowiła rzeczone Collegium ze wszystkiemi murami do niego należącemi oddać y obrocić na Szpital pomieniony. Jakie przez Rezolucyą niniejszą na fundamencie Prawa, przez które wszystkie Collegia y Rezydencye Po-Jezuickie do Dyspozycyi y Rozrządzenia Kommissyi Swoiey są zostawione; toż Collegium ze wszystkiemi do niego należącemi murami ustępuie na zawsze Akademii Krakowskiey, Koncem obrocenia onegoż na przerzeczony Szpital: w którym Kommissya ze strony swoiey czyni Fundusz wieczysty na dwa łożka, wyznaczaiąc dochodu rocznego na każde z osobna po Złotych Tysiąc Osmset, co wynicsie Summę Trzytysiące Sześcset Złotych, ktora z Kassy Kommissyi płacona będzie: ostrzegaiąc, iż na tę Fundacyą Kommissyi chorzy Professorowie, y Studenci Akademii Krakowskiey pierwsi przed innemi w przypadku choroby przyimowani byc maią. Warunie iednak, iż pod teraznieysze Ustąpienie Collegium Po-Jezuickiego przy Kościele S. Barbary będącego pociągane byc nie maią Fundusze, Zapisy, y wszelkie Dochody temuż Domowi dawniey służące, oraz place, ktore przedtym do niego należec mogły. Z Protokołu Ekonomicznego Kommissyi Edukacyi Narodowey wypisano y wydano. Joa: Gintowt Dziewiałtowski. K.C. Sekr.

Gratiam hanc cum appositis conditionibus ac praecustoditionibus pari animi obligatione, ac simili Juris forma, ut immediatè praecedenti puncto exaratum est; suscepit Universitas: nimirum, ut Donationis ac Incorporationis hujus Authentica suprafati Collegii ad S. Barbaram Exemplar Originale Actis Castrensibus Capitanealibus vel Terrestribus Cracoviensibus, & Magistratus Cracovien, per Oblatam porrigeretur, Extractus Oblatarum cum Originali Authentica Donatione Archivio Universitatis redderetur, necnon Intromissio Officiosa per Perillrem D. Procuratorem ad idem Collegium obtineret. Debitam verò gratiarum actionem pro tanta beneficentia Supremo Magi-

Magistratui Prefectorum Educationi Regni referendam Literis à Se nomine Universitatis dirigendis M. D. Rector se exhibiturum obtulit.

Ad Atum. Lecta sunt Litera Illustrissimi et Reverendissimi D. Delegati, quibus commissa inante negotia, tum Universitati, tum distinctis Facultatibus, Collegiis, ac Personis, ratione descriptionis Statutorum Universitatis, Legum Facultatibus servientium, Bibliothecæ & Archivi coordinationis, de statu Fundationum, Borcanarum, item Collegiorum, Contuberniorum Scholarum, sufficientis informationis, etc: rum commendata, ut quantocyus ad effectum deducantur?

Ad 3tum. Lecta est Dispositio Procuratoris Universitatis pro tempore existenti ab Illmo & Reverendissimo D. Delegato intimata.

Ad 6tum. Præsentati sunt Juvenes Artium Baccalaurei ad Secundâ Lauream aspirantes Nros 16. quibus ut in ordine ad obtinendam dictam Secundam Lauream possit aperiri Examen, post factam ab iisdem petitionem, Universitas consensum præbuit.

CONVOCATIO 10ma

Annô Domini 1780. Die 9na Mensis Martii celebrata, quæ prædicto stylo & forma solitis extradita fuit, ad resolvendû Puncta sequentia.

1mô. Ad referendum & concludendum de Summis in Locis Montium per Universitatem Roma locatis.

2dô. Ad audiendas Actiones Perillustris olim Procuratoris Fabricæ Ecclesiæ Sæ Anna per Executores ejus Testamentarios faciendas.

3tiô. Ad eligendum novum Procuratorem ejusdem Fabricæ.

4tô. Ad deputandum Revisores Regestror Administratoris Typographiæ.

5tô. Ad referendum de Summa 5100. Florenorum Polonicalium pro divendita Lapidea Medici Pauperum Studiosorum, super quibus Bonis est locata. Item de Summa 7000. pro Lapidea Hungaroris vendita.

6tô. Ad referendum de Intromissione ad Lapideam in Platea Sancti Stephani Medico prafato pauperum Studiosorum per Supremâ Educationis Juventutis Collegium donata, tum de Intromissione in Collegium ad S. Barbaram pro Hospitali cessam.

7mô. Ad audiendam informationem Deputati ad compilandum Actum Canonizationis Sti Joannis Cantii in hac Urbe expeditum, & adhuc inter pralum hærentem. Tum ad alia, si qua apponentur? Cui Convocatio ex unanimi omnium consensu datô loco; facta est resolutio suprascriptorum punctorum, ut sonant sequentes

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Loca Montium diversis temporibus in suos annuos proventus per Universitatem nostram Roma fundata, quantam Summâ constituunt, quantumque reditum? Libro huic Conclusionum Anno præcedenti Convocationis videlicet Nros 8vos Resolutione ad Punctû 1mum data, invertum est. Fuere plura: sed cæteris pro expensis Canonizationis divenditis, hac ibidem specificata, post Canonizationem subsunt. Requirebat quidem necessitas, ut & hæc venderentur, verum, attentis aliis rationibus; visum est Universitati conservanda esse

cum suo annuo fructu, ob quorum conservationem contraxit Debitũ Universitas à RR. Patribus Camaldulensibus montis Argentei ad Cracoviam, vulgo Bielany dicti in Summa Florenorum Polonicalium Sexaginta millium pro Canonizatione ejusdem Sancti. Post tres verò annos Summam hanc restituere, & è Bonis suis deportare volens Universitas; Summas nonnullas particularium Fundationum suscepit in eadem Bona, & super iis locavit ac inscripsit, cum onere solvendi Census annuos pro anniversariis, ac signanter Czyrnicciano, celebrandis. Cùm verò eidem Universitati placuerit introducere ad Ecclesiam Collegiatam Sctæ Annæ Solemnem Octavam Sti Joannis Cantii, juxta celebritatem superiùs descriptam, vivum quoq; fuerat applicare eidem Collegiatæ Sctæ Annæ Loca prænarrata Montium Romæ existentium. Innotuit tandem Supremo Magistratui Praefectorum Educationis Regni ea res, simulque Celsissimo Principi Illustrissimo & Reverendissimo Domino Michaëli Poniatowski Episcopo Plocensi, Coadjutori Cracoviens. Qui ad Universitatem direxit Literas, repræsentando, quòd hæc Loca Montium possent converti in Typographiæ Universitatis renovationem, & Bibliothecæ Generalis auctionem, cum obligatione, ut ex reditu annuo ejusdem Typographiæ certa Summa quovis anno Ecclesiæ Collegiatæ Sctæ Annæ ob celebritatem Octavæ Sti Joannis Cantii tribueretur, quo pacto, per vulgandos in publicum bona nota Libros, & Honor Sti Joannis Cantii, & Religionis decus, ac defensio, & Literarum ac Regni gloria, Universitatis etiam cum emolumento fama amplior augeretur. Cui animadversioni & voto Celsissimi Principis, Universitatis Summi Protectoris, munificentissimorum Mecænatum longè amplissimi Universitas detulit, tanquam Ejus, Cujus Clementia, Gratia & Interventu ad Sacram Regiam Majestatem, potenti Commendatione apud Serenissimam Rempublicam Polonam, Studiorum ad genium Sæculi in hac Universitate Reformatio, Instrumentorum, tum de Regia Stanislai Augusti, Summi Literarum in Regno Patris ac Præsidii, tum de aliorum Procerum gratioso intuitu auctio, Cathedrarum Professoralium cum longè ampliori reditu ac publica Protectione, ut Anatomia sub Anno 1779no acceptio, Musarum Academicarum larga dotatio ab Anno 1777mo inchoata, quanta nunquam à condita hac Universitate fuit, in dies major speratur cum incredibili Universitatis & Honore & felicitate juxta Declarationem Nomine tum Serenissimæ Regiæ Majestatis, tum Supremi Magistratus Præfectorum Educationis, recenter ejusdem Celsissimi Principis in Actu Visitationis per Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Hugonem Kollątay Canonicum Cathedralem Cracoviensem testatam multoties, ac ad effectum magna ex parte deductam.

Ad 205

Ad 2dum. Producta, lecta, & auscultata fuerunt Rationes Percep-
ptorum & Expensorum pro Fabrica Ecclesia Collegiata Sa Anna.
Et quamvis Summa Expensorum superabat Perceptorum Summa,
eam tamen DD. Executores Ecclesia ac Universitati cesserunt.
Unde, non solùm approbationem ejusmodi Rationum, utpote exa-
ctissimè factarum, sed etiam gratiarum actionem receperunt.
Ad 3tium. In Procuratorem Fabrica Ecclesia Collegiata Sa Anna
electus est Perillris Clar. Adm Rndus M. Adamus Jagielski Phia
Doctor, Matheseos Profr, ejusdem Collegiata Præpositus, qui ultrò, li-
benter ac benevole animum suum ad id Officium obtulit.
Ad 4tum. In Revisores Regestrorum Administratoris Typographia
Universitatis electi sunt; Illris Adm Rndus M. Andreas Sleczkowski
Sa Theologia Profr, Si Floriani Canonicus, & Clar. M. Josephus Theyzel
Philosophia Doctor Matheseos Profr, Contubernii Jagelloniani Senior.
Ad 5tum. Quod attinet Summas in puncto specificatas, de iis talis per Per:
illustrem Procuratorem Universitatis facta est informatio: videlicet;
1ma Summa Floren: Polonj Quatuor Millium Sexcentorum pro ven:
dita Lapidea Medici Pauperum Studiosorum in Platea Vistulana
consistente: nam, ex Summa totali Florenorum Polonj Quinque mil:
lium Centum, Floreni Polonicales Quingenti intuitu Reparationis di:
cta Lapidea cesserunt Clarmo Badurski interea Pauperum Studio:
sorum Medico: locata & inscripta est super Horto & adificiis cum Fun:
dis in Suburbio Cracoviensi Piasek dicto sitis, Illustrissimi & Reveren:
dissimi D. Hugonis Kollątay Canonici Cathedralis Cracovienj propriis
et Hareditariis, in Castro Cracovienj Feria 2da post Dominicam In:
vocavit Aa Dni 1780. Altera item Summa Florenor Polonicalium
Septem millium inscripta est super Bonis Villa Niecieczawice in Pa:
latinatu Sandomiriensi Districtu Visliciensi jacentibus, suprafati
Illustrissimi D. Hugonis Kollątay propriis & Hareditariis, in Castro
Cracoviensi Feria 2da post Dominicam Invocavit Anno Dni 1780.
Ad 6tum. Retulit Perillris D. Procurator Universitatis in Lapidea
Medici Pauperum Studiosorum in Platea Si Stephani sitam, non:
dum esse Intromissionem factam propter mandatum Illustrissimi
Domini Delegati. Commissa tamen descriptio revisionis & Inventarii
eidem Perillri D. Procuratori. Clarmus verò D. M. Andreas Badurski
rogatus est, ut iterum per literas consilium et dispositionem ab Illu:
strissimo D. Delegato petat: an non opportuna sit Intromissio officiosa,
ut Actis Magistratus Cracoviensis innotescat, ad quemnam spe:
ctet dicta Lapidea possessio. Quod verò attinet Collegium ad S. Bar:
baram, ad illud subsecutam jam esse Intromissionem officiosam i:
dem Perillustris D. Procurator Universitati detulit.
Ad 7mum. Informavit Universitatem Perillustris et Reverendissimg
D. Nus Josephus Lutanowicz Sa Theologia Doctor & Profr Canonicus
Cathedralis Plocensis, Descriptionem Actus memoria Canonizationis
Si Joannis Cantii in hac Urbe celebrati jam sub prælo finem sortiri,
eamque dedicandam esse Celsissimis Principibus Illustrissimis, Ex:

cellentissimis & Reverendissimis DD. Cajetano Soltyk, Episcopo Cracoviensi, & Michaëli Poniatowski Episcopo Plocensi Coadjutore Cracoviensi &c. &c. ipsamque Dedicationem satis gravi, accommodo, & eleganti sermone à Se compositam legit. Laudavit utrumque Universitas, atque eidem Reverendissimo Canonico prafatæ Descriptionis Authori pro suscepto labore gratias egit.

CONVOCATIO Itma
DD. Decanorum

Annô Domini 1700mo Die 13tia Mensis Martii celebrata fuit Convocatio DD. Decanorum triduo inante extrâdita stylo & forma solitis, videlicet de tenore tali: Adm Rnde Pater, Egregie Domine Doctor, & Decane unius cujusque Facultatis. Adsit Dignitas Vestra die 13tia Mensis Martii Anni currentis 1700mi in Stuba communi Collegii majoris hora Secunda pomeridiana non expectato pulsu campanæ, idque ad excipiendas Rationes omnium et singulor Contuberniorum, ac Borcanarum, tum quoque nonnullarum Fundationum ad Officium Rectoris et Decanorum omnium Facultatum spectantium juxta antiquum & laudabilê morê Univtis nræ.

Et quidem, Contuberniorum;

Hierosolymitani, Jagelloniani, Philosophor, Starnigeliani & Siviniani Fundationum; Novodvorsciana, Roszczeviana, Garvarsciana pro Oratorio, Philippoviciana pro Capella Musicorum Ordinata.

Borcanarum; Alexandroviana, Boracciana, Baranoviana, Borkoviana, Boroviana, Chaszkoviana, Obtomkoviana, Preclaidana, Przewosciana, Jabtonsciana, Janidtoviana, Karnkoviana, Lepieccina, Lqcciana, Luczkieviciana, Zamoysciana, Golczeviana, Novodvorsciana seu Vladislaviana, Raciborouiana, Siradiensis, Szyzycensis, Srzeniaviana, Szamotuliana, Trzeciakoviana, Dembinsciana, Striensis, Fusoriana, & aliarum. Detur omnibus &c:

Cui Convocationi dato loco, facta sunt ex prafatis Contubernii, Fundationibus & Borcanis Rationes in hunc qui sequitur modum.

M. D. Rector ex Fund: Roszczeviana ostendit in Perceptis fl. 1202. gr. 11.
In Expensis. - - - - - - 632. - -
Superat Percepta Expensam - - - 650 - 11.

ex Contubernio Starnigeliano in Perceptis 3944 - - 1.
In Expensis. - - - - - - - 2212 - 25.
Superat Percepta Expensam. - - 1731 - 6.

ex Contubernio Siviniano in Perceptis. - 21178. - 2.
In Expensis. - - - - - - - 12173. - 2.
Superat Percepta Expensam. - - - 9005 - -

Perillvis D. Krzanowski ex Contubernio Hierosolymitano
In Perceptis - - - - - - - 2047. - 27.
In Expensis. - - - - - - - 1999 - 18.
Superat Percepta Expensam. - - - - 48 - 8.

Idem

Idem Perillris D. Krzanowski ex Borcana Lacciana ostendit

In Perceptis. - - - - - - - - -	176„ 29„
In Expensis - - - - - - - - -	132„ - -
Superat Percepta Expensam. - - -	44„ 29.
ex Borcana Zamoyciana in Perceptis. - - -	143„ 16.
In Expensis. - - - - - - - - -	190„ 10.
Superat Expensa Perceptam - - - -	46„ 24.
ex Borcana Szamotuliana in Perceptis. - - -	42„ —
In Expensis. - - - - - - - - -	43„ - 4.
Superat Expensa Perceptam. - - -	1„ - 4.
ex Borcana Dembinsciana in Perceptis - - -	158„ - 5„
In Expensis. - - - - - - - - -	154„ 10„
Superat Percepta Expensam. - - -	3„ 25„
ex Borcana Przewoscana in Perceptis - - - -	150„ - -
In Expensis. - - - - - - - - -	165„ - 28„
Superat Expensa Perceptam. - - -	15„ - 28„
Perillris De-Clos ex Contubernio Philosophor in Perceptis - -	2292„ - 22„
In Expensis. - - - - - - - - -	2280„ - 13„
Superat Percepta Expensam. - - - -	12„ - 9„
ex Borcana Srzeniawiana in Perceptis. - - -	2430„ - -
In Expensis - - - - - - - - -	2429„ - 29„
Superat Percepta Expensam. - - - - - -	1„
ex Borcana Borkowiana in Perceptis. - - - -	396„ - 16„
In Expensis. - - - - - - - - -	174„ - 20„
Superat Percepta Expensam. - - -	221„ - 26„
ex Borcana Siradiana in Perceptis. - - -	348„ - 2„
In Expensis. - - - - - - - - -	209„ - 15„
Superat Percepta Expensam. - - -	138„ - 17„
ex Borcana Preclaidana in Perceptis. - - - -	111„ - 25„
In Expensis. - - - - - - - - -	76„ - 20„
Superat Percepta Expensam. - - -	35„ - 5„
Illris Czerwinski ex Borcana Alexandroviana in Perceptis.	216„ - 8„
In Expensis. - - - - - - - - -	58„ - 24„
Superat Percepta Expensam. - - -	157„ - 24„
ex Janidlowiana in Perceptis. - - - - - -	498„ - 8„
In Expensis. - - - - - - - - -	138„ - -
Superat Percepta Expensam. - - -	360„ - 8„
ex Jablonsciana in Perceptis. - - - - - -	124„ - 2„
In Expensis. - - - - - - - - -	89„ - -
Superat Percepta Expensam. - - -	35„ - 2„
ex Boracciana in Perceptis. - - - - - -	26„ - 28„
In Expensis. - - - - - - - - -	23„ - 24„
Superat Percepta Expensam. - - -	3„ - 4„
ex Vladislaviana in Perceptis. - - - - -	168„ - 5„
In Expensis. - - - - - - - - -	70„ - 15„
Superat Percepta Expensam. - - - -	90„ - 10„
ex Stężyciana in Perceptis. - - - - - -	130„ - 2„
in Expensis. - - - - - - - - -	81„ - 15„
Superat Percepta Expensam. - - - -	48„ - 17„



Idem Illris Czerwinski ex Borcana Striensi in Perceptis -	602„ - 25.
In Expensis. - - - - - - - - - -	182„ - -
Superat Percepta Expensam. - - - -	420„ - 25.
Illris Znaczekski ex Borcana Oblomkoviana in Perceptis. - -	158„ - 5
In Expensis. - - - - - - - - - -	154„ - -
Superat Percepta Expensam. - - - -	4„ 5.
ex Baranoviana in Perceptis. - - - - - - - -	377„ - -
In Expensis. - - - - - - - - - -	53„ - -
Superat Percepta Expensam. - - - -	324„ - -
Clar: Meyzel ex Contubernio Jagelloniano in Perceptis. - - -	2190„ - 5.2
In Expensis. - - - - - - - - - -	1340„ - 17„
Superat Percepta Expensam. - - - -	849„ - 18.2
ex Borcana Boroviana in Perceptis. - - - - -	296„ - -
In Expensis. - - - - - - - - - -	61„ - 6.
Superat Percepta Expensam. - - - - -	235„ - 24.

Quas Rationes uti exactè factas, Officium Rectorale cum DD. Facultatum Decanis approbandas esse censuit, & in effectu approbavit.

CONVOCATIO 12ma.

CC. DD. Decanorum.

Annô Domini 1780. Die 12ma Mensis Julii celebrata fuit Convocatio CC. DD. Decanorum stylo & forma solitis extradita, videlicet de tenore tali: Adm Rnde Pater, Egregie Domine Doctor, ac Decane unius cujusque Facultatis. Adsit Dignitas Vestra hodierna die in Stuba communi Collegii majoris hora Secunda pomeridiana non expectato pulsu campanæ, ad resolvendum sequentia puncta.

1mò. Ad revidendos labores CC. et EE. Professor Facultatis Philosophicæ

2dò. Ad dismembrandam pecuniam ex Beneficiis pensionalibus per D. Procuratorem Universitatis collectam.

Tum ad alia, si quæ per Rectorem proponent; Detur DD. Decanis singularum Facultatum, necnon Procuratori Universitatis, ac Facultatis Philosophicæ Consiliariis, & Tylicciano Oratori. Anno Domini 1780mo die 12ma Mensis Julii. Ex parte Rectoris.

Cui Convocationi dato loco; facta ē Punctor resoluō, ut sonant seqntes

CONCLUSIONES.

Ad 1mū. Lecti & revisi sunt Labores CC. & EE. Professorum Facultatis Philosophicæ, latumque est de iisdem judicium ad mentem Legis novellæ, & juxta obloquentiam Statutorum.

Ad 2dum. Fecit relationem Perillustris D. Procurator Universitatis, se collegisse pecuniam ex Pensionalibus Beneficiis inter CC. & EE. Professores Facultatis Philosophicæ dismembrandam.

Et quidem, ex Beneficio Premykoviensi Flor. Pol. -	1000„
ex Prossovicensi - - - - - - - - - - -	150„
ex Korczynensi - - - - - - - - - - -	300„
hoc est, in Summa Flor: Polon: - - - - - - -	1450„

Quòd verò ex Beneficio Korczynensi „300„ duntaxat Floreni Polon

dati

dati sint, informavit, ideo factum esse, quòd ex Bonis Senislawice ad Decimas Korczynenses spectantibus nihil sit perceptum, ob re: nitentiam Celsissimi Principis Lubomirski Capitanei Visliciens; qui agros Praediales cum agris Colonorum commutavit, transferen: do Colonos in agros praediales desertos verò agros post Colonos non jussit inseminari. Quocirca, cùm olim Decima ex agris Cme: thonalibus penderetur, dicti verò agri Anno 1779. absque inse: minatione derelicti fuerint, hinc idem Celsissimus Princeps de: negavit prafata Decima solutionem ex supradictis Cmethonali: bus agris. Cujus sic denegata Vindicatio Perillustri D. Procura: tori commissa est, quatenus de Causa hac Supremam Commissio: nem Educationis Regni informet, & quid hoc in negotio sit agen: dum, expostulet. Quod attinet Dismembrationem collecti sit pramissum est peculii, hac dilata est, eò, quòd dicta Margaritalis Pensio per Illustrissimum Dominum Visitatorem Delegatum de: signata sit propter ipsos Professores actu ex Cathedris laborantes, unà cum CC. MM. Andrea Czucki & Mathia Tylkowski Colle: gis minoribus, jam verò Extranei Professores ex thesauro Excel: si Collegii Praefectorum Educationis Regni distincte suas Pensi: ones participaturi erant. Cùm verò iisdem extraneis Magistris nihil hactenus oblatum sit, hinc visum est, ut super hac re ab Illustrissimo Domino Delegato Visitatore consilium peteretur, quod ad Ejus adventum /: qui indies speratur :/ est dilatum.

CONVOCATIO 13tia

Anno Domini 1780. Die 22da Septembris celebrata fuit Con: vocatio Universitatis, stylo et forma solitis extradita, idque in or: dine ad legendam & auscultandam querimoniam Illustrissimi Delegati Visitatoris contra Illustrem Niegowiecki Sae Theologiae Doctorem. Cui Convocationi ex unanimi omnium voto & assen: su, dato locô; facta est propositi Puncti Resolutio, put enunciat seq.

CONCLUSIO.

Annô Domini 1780me Die 22da Septembris in Congressu U: niversitatis Studii Cracoviensis Illustrissimus D. Kollątay De: legatus Visitator in & contra Illustrem Jacobum Niegowiecki Sae Theologiae Doctorem, in Scheda exposuit querimoniam. Quia ipse in Congressu particulari Palatinatus Cracoviensis Scriptus quoddam Praelsi Collegii Educationis Juventutis Praefectorum lasivum porrexit, cumque pro ejusmodi ausu puniri institit. Universitas, non intrando tantisper in cognitionem seriamne: gotii; cùm supradictus Illustris Niegowiecki non animo me: moratum praelsum Collegium ladendi, sed bonum Universi: tatis, & statum ejus, in eo in quo abantiquo fuit, conservandi, Scriptum suum quibus supra porrexisse, intulisset, quatenus motiva scribendi Illustrissimo Visitatori Delegato exponeret,

errorem suum fateretur, & veniam per Personas condignas depre-caretur, convulsit.

CONVOCATIO 14ta

Annô Domini 1700. Die 29na Septembris celebrata fuit Convocatio Universitatis, pridie stylo & forma solitis extradita, de tenore talis. Adm Rnde Pater, Egregie Domine Doctor, & Magister Venerabilis. adsit Dignitas Vestra die crastina hora 2da pomeridiana in hypocausto communi Majoris Collegii, dum signum pulsu campana datum fuerit, in ordine ad resolvendum sequentia Puncta.

1mô. Ad legendam repetitam querelam Illrmi Dñi Delegati Visitatoris.
2dô. Ad incorporandos Universitati Illres CC. Josephum Bogucicki, Sae Theologiæ, Antonium Poplawski, & Stanislaum Minocki, U. I. Doctores.
3tiô. Ad eligendos Calculatores Regestror. Procuratoris Gnalis Universitatis.
4tô. Ad deputandos Revisores Bonorum Universitatis.
5tô. Ad conferendam Ecclesiam Parochialem Vetero-Corcinensem.
6tô. Ad conferendam Concionaturam Neo-Corcinensem.
7mô. Ad legendas Literas Illustrissimi Advocati Mattioli.
8vô. Ad deputandum Seniorem Contubernii Philosophorum.
9nô. Ad audiendam petitionem Illris M. Nepomuceni Gaworski.
Tum ad alia, si qua proponentur. Detur omnibus Adm Reverendis Patribus, Egregiis DD. Doctoribus, et Magistris Venerabilibus, dictæ Universitati incorporatis. Ex parte Rectoris. Ae 1700. d. 20. Septembris.
Cui Convocationi dato loco; facta è Punctorum Resolutio, ut sonant sequ.

CONCLUSIONES.

Ad 1mum. Quoniam prafatus Illustrissimus Delegatus non se, sed Excelsum Collegium Educanda Juventutis Lasum esse, Personis ad impetrandam veniam Delegatis Rectori exposuisset, & pro parte contra Illustrem Niegowiecki decernendis institisset; Anno quo supra die 29na Septembris, lecta denuò est & auscultata Illustrissimi Delegati repetita Querela. Et quoniam Is idem Illustrissimus Visitator videbatur sinistrè suspicari, quòd Universitas clanculum & tacitè ad Scriptum in Comitiis particularibus Palatinatus Cracoviensis acsi nomine suo porrectum influxisset, præprimis Illris Niegowiecki tacto pectore juravit, quòd ipse solus & unicus Scripti per subordinatas Personas in prafatis Comitiis exhibiti Author fuerit, illiusque nonnisi ex amore Boni communis Universitatis promovendi porrexerit. His tamen minimè attentis; siquidem Scriptum, de quo res est sine scitu Universitatis, & respectivè Rectoris, ex indiscreto & imprudenti zelo acsi manutenendi Boni communis compilatum, & insgresu publico Palatinatus Cracoviensis exhibitum, communi omnium suffragio honoris & authoritatis Excelsi Educanda Juventutis Prafectorum Collegii lasivum, & injuriosum declaratum est; idcirco dictum Illustrem Niegowiecki punibilem esse Universitas consuit. Ut verò in decernenda panalitate maturiùs procederetur, obviando differentiis, dissensionibus, ac exinde emergentibus odiis, quasi palam vota expedirentur; contingere possent; quatenus unusquisq;

Doctorũ

Doctorum & Magistrorum votum suum in scripto cum appositione manus
suæ obsigillatum ad manus Secretarii quàm primùm consignet, conclusit.
Ad 2dum. Prævio solito juramento admissi sunt ac incorporati Univer:
sitati Illustres CC. Adm Rndi; M. Josephus Bogucicki, Sæ Theologiæ,
M. Antonius Poplawski, Seminarii Majoris Academici, in Collegio olim
Societatis Jesu ad S. Petrum neo-erecti Rector, Utriusq Juris; & Stani:
slaus Minocki, Consistorii Gnalis Crac: Actuarius, U. I. Doctores.
Ad 3tium. Insistendo Articulis Fundamentalibus Procuratori Gene:
rali Universitatis præscriptis, Calculatio Regestrorum ejusdem Magni:
fico D. Rectori, & 4. Facultatum Decanis, sive Regentibus Collegiorum comissa est.
Ad 4tum. Ex mente Illustrissimi Delegati Visitatoris dilatum. De:
siderium verò Clarissimi Badurski Philosophiæ & Medicinæ Docto:
ris Bonorum Szczodrkowice Tenutarii, ratione reparationis in iis:
dem Perillri Procuratori commissum ad conferendum cum Illrmo Delegato.
Ad 5tum. Ecclesia Parochialis Vetero-Corcinensis Perillustri Clar:
Adm Rndo M. Stanislao Patelski Sæ T. D. unanimi voto collata est.
Ad 6tum. Concionatura Neo-Corcinensis Rndo Martino Antonii
Ankiewicz AA. LL. et Philosophiæ Baccalaureo, Commendario in
Otfinow collata est, vacans post mortem Adm Reverendi Hyacinthi
Golinski Philosophiæ Doctoris, ejusdem immediati Possessoris.
Ad 7mum. Lectis Literis Illrmi Advocati Mattioli; eidem Pensio
Scutorum 24. per Universitatem assignata est.
Ad 8vum. In Seniorem Contubernii Philosophorum Excellens Ad
modum Rndus M. Sebastianus Czaputowicz electus est.
Ad 9num. Audita petitione Illris M. Nepomuceni Gaworski U. I. Pro:
fessoris, Ecclesiarum; Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ Canonici, Parochialis
in Zebrzydowice Curati, Geometræ Jurati, Universitatis Vice-Procurato:
ris, quatenus Sibi Romam discedendi consensus daretur, ac locus reser:
varetur, per Perillustrem Procuratorem Generalem instituta, ob ejus, ne:
gotiis Beneficii exigentibus; absentiam, Universitas unanimiter annuit.
Sub Puncto: Tum ad alia: Perillustris et Reverendissimus M. Josephus
Putanowicz Sæ Thiæ Doctor, Collegii Theologici Præses, Ecclesiarum;
Cathedralis Plocensis Canonicus, Collegiatæ SS. OO. Præpositus, Paro:
chialis in Opatowiec Curatus, Librorum in Diœcesi Cracoviensi Cen:
sor, Bibliothecæ Universitatis Præfectus, retulit, quòd commisso Sibi
per Universitatem officio compilandi Actum Canonizationis Si Joan:
nis Cantii Cracoviæ Annô 1775. celebratæ satisfecerit, ac in hujus
rei evidentius documentum; Opus compactum Magnifico Domino
Rectori in facie Universitatis obtulit, simulatque rogavit Revisores
Perceptorum & Expensorum in hoc negotio, deputari. Et Magnificus
Dominus Rector, laudato zelo ac pietate in Cantium; amore in U:
niversitatem Clarissimi Authoris; oblationem Sibi factam huma:
nissimè acceptavit, Universitas verò debitis pro suscepto labore eidem
Reverendissimo Canonico actis gratiis; Revisionem Perceptorum et Expen:
sorum hoc in Opere edendo erogatorum Magnifico D. Rectori, ac Perillri M.
Carolo Marxen Generali Procuratori commisit.


Centimetres
Colour Chart #13
Blue
Green
Yellow
Red
Magenta
White
Black

716


Colour Chart #13
Blue
Green
Yellow
Red
Magenta
White
Black


IHS


Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White

Colour Chart #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color


IHS
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White

Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
Inches
Centimetres